


6.a.4-
-9-



Biblioteca Universitaria	
CALLE DE...	
NUMERO...	...
CIUDAD...	...
...	



400 40 **Saba** MADE IN SPAIN

PROMPTUARIUM
DIVINÆ PROVIDENTIÆ

SEU

DE PRAESCIENTIA

QVA DEVS COGNOSCIT CONTINGEN-

TIA, POSSIBILIA, ET FUTURA CONDITIONA-

secunda Cong. de Leuitico 2^a TA, ET ABSOLUTA. *Fr. Jacome*

TRACTATUS APOLOGETICVS

IN QVO NON VVLGARIS VIA APERITVR CIRCA PRIMAM,
RADICEM COGNOSCIBILITATIS DETERMINATÆ CONTINGENTIVM;
ET MEDIAM, IN QVO DEVS ILLA COGNOSCAT, SALVANDI DEI
plenum dominium, & ad prædestinationem regulandam
infallibilis notitia.

ADMENTEM FVN DATISSIMI DOCTORIS

ÆGIDII ROMANI, S. R. ECCLESIAE CARDINALIS,

ET AVGVSTINENSIVM ANTE SIGNANL

AUCTORE Fr. IOSEPHO A VILLANOVA, SOLANENSI; IN REGI
gali Collegio Augustiniano Complutensi Sacrae Theologiae Lectore Se
mel, & iterum emerito.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO

M. D. D. FRATRI PAYO DE RIBERA, SVPREMI SANCTÆ IN-

quisitionis Senatus Qualificatori, Caroli Secundi Hispaniarum Regis à Con-

silijs, Apud Indos, Episcopo primum Goatemalensi, electo deinde

Mechoacanensi; & nunc demum Mexicanensi dignissimo

Archiepiscopo ex Illustrissima Augustinensium

familia assumpto.


CVM PRIVILEGIO

Compluti: Apud Mariam Fernandez, Typographam Vniuersitatis

Anno 1670.



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDIS-
 SIMO M. D. D. FRATRI PAYO DE RIVERA; SVPREMI
 Sanctæ Inquisitionis Senatus Qualificatori, Caroli Secundi Hyspaniarum
 Regis à consilijs. Apud Indos Episcopo primùm Goatemalen-
 si, electo deinde Mechoacanensi; & nunc demum Mexicanensi
 dignissimo Archiepiscopo ex Illustrissima Augusti-
 nensium familia assumpto.



ACCESIT iam (Princeps Illustrissime) optata dies, qua celsitudinē
 tuæ grati animi speciem mea tenuitas per tentaret. Præsus namque
 animus vndique beneficij non respirasset, ni obsequētissimus ad
 tuam aspiraret munificentiam: dumque communem auram sitibun-
 dus exoptat, nisi secundæ auræ gratitudinis, tuæque magnificentiæ
 lenocinio libenter obstrictus, exantlaret. Innumera quid recen-
 team beneficia? Immenſum namque pelagus, cuius vorticibus mū-
 neris mei debilis Phatellus demergitur. Ea in primis quibus Augustissima Tagastensis
 familia, sub qua gloriaris alumnus, se se fatetur obstricta amore, more, ore, re. Testen-
 tur scripta tua, quibus Eremicolarum tuorum æstus amore, religiosæque disciplinæ
 more, ore filiali condecoras, & re, & operibus impleſ patrociniū. Ea in super quibus
 hoc regale Collegium, dum te veneravit Regentem, sapientia, & auctoritate vsque in
 cœlum euectum, tibi se deinctum agnoscit. Sed specialius animus in tui reuincitur ob-
 sequio, dum te in Salmantino Lycœo consodalem, atque in hoc Complutensi Collegio
 Colectorem amico foedere me tibi felix fors copulauit (Patiatur excellentiā tuā hac
 feruulum honorari gloria, quæ ita condecorat, vt mei sit ambire, tuique expendere ful-
 gores). Ast denique eo maxime animus captiuatur affectu, quo te vbique inuenit Pa-
 tronem, Parentemque fuerit expertus, quin ad aliū transmigrasse orbem (vt vterque
 tua lustraretur luce) tuæ obstiterit recordationi, nec meæ offecerit gratitudinē.

Hanc beneficiorum cumulum quis soluere? Quis ve meras gratitudi-
 nis poterit transilire, quantumvis sit omnium in votis satisfactio. Atamen vt præcor-
 dia laxent habenas, solamen præstet illius, apud Senecam, grati animi specimen, quo
 Æschines Socraticæ disciplinæ addictus, eiusque discipulus, præceptori suo, videns
 consodales suos eximia dona offerentes, paterrati subiacens, omnibus bonis indi-
 guus, exiguumque reputans tanto magistro quodcumque donum, semetipsum il-
 li præstitit, quo excellentiora omnibus videretur impertitus: *Socrati* (ait Seneca)
cum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent: Æschines pauper audi-
tor: Nihil (inquit) dignum te, quod dare tibi possem, inuenio: & hoc modo pauperem me
esse sentio: Itaque dono tibi, quod vnum habeo. Me ipsum. Hanc igitur de futurorum con-
 tingentium cognitione speculationem meis visceribus conceptam, proprioque Marte
 de promptam, ita per triginta annorum spacium coalitam, emitto, vt me metipsum in ea,
 dum alia præ inopia non suppetant, nec itto sint paria cōspectui, arbitrer offerre. Ac-
 cipe ergo quale quale munitis, vt quidquid in me sit ad tuas aras videatur appensum. Vt
 cum ipso met Æschine profferam: *Hoc munitis rogo qualecumque est, boni consulas, capi-*
tesque alios cum multa tibi darent plus sibi reliquisse. Non minus, vt tuæ celsitudinē
 tam exiguum munus exhibeam, Socratis responsum facessit, nam dum præ paruitate
 tuam magnitudinem refugit: præ celsitudine tuā, si illud non dedigneris recipere, ita
 coalescet, vt illud, & me in melius vertens, maximum in tuis manibus beneficium putē
 obtulisse: *Cui Socrates: Quid ni tu (inquit) mihi magnū munus dederis, nisi forte par-*

Lib. 1. de
 beneficij
 c. 8.

no te estimas? Elabebo itaque curae ut te meliorem tibi reddam, quã accepi. Tunc Alcibiades hoc munere (Seneca subdit ex suo) Alcibiadis parem dicitur animi, & omnium iuuenum opulentorum magnificentiam.

Non igitur in grati obsequij pignus profert exiguitas mea, dum me metipsum in tam assidui laboris partu consecrat, & libat. Me quidem in seruum, opusculique hoc exiguum protectum, & correctum in melius quam acceperis, rediges, ut munusculum ita euectum parem, Alcibiadis diuitijs animum exuperet. Si enim olim quacumque manu conscripta, tibi corrigenda libens porrigebam: nunc cum ad Archiepiscopalis muneris fastigium conspicio euectum, religiosi cultu, honoratiorique lucro, etiam prelo mandata obsequentius corrigenda substernam, ut tua sub umbra opus hoc, quia pusillum ita crescat, quod vnius, & alterius orbis percurrat theatrum.

Corrige ergo illud, qua sapientia viges, pollesque prudentia. Tuere, & pro tege, qua potius dignitate. A quibus, si tua non ob esset modestia, laudum tuarum præmerentur volumina. A sanguinis stemmatè ex Hispaniæ præcipuis Proceribus progenitus. A corporis præstantia, genij, ingenijque excellentia, qua gaudes. Sed quæ sũt ista tibi? Laudandus potius ab animi magnitudine, qua Archiepiscopales redditus in pauperes glorioso tribuis dispendio. A sapientia, qua opera à te in lucem edita, redolent. A prudentia, qua regnum ipsum moderaris. A Verbi præconio, quo eximius coluces Ecclesiastes. A Religione denique, qua non tam Ecclesiæ Princeps, quam Monachorum Pater, & exemplar admiraris. Quæ omnia, & singula pluribus impertita singulos illustrarent, & in te vno collecta rapiunt in admirationem, & decerant de primatu, ut excellentius prius cogitetur, quod cogitatur prius.

Testis est tuarum virtutum hæc alma Prouincia Castellæ, quæ taliter illarum sumpsit experimentum, ut pro fluxis lachrimarum riuulis adhuc te deplorat absentem, & non secus ac mater illa Anna Tobia: Iunioris exclamat *Hæc Hæc mi fili* (dicit) *ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrarum baculum senectutis nostræ solatium vitæ nostræ? Omnia simul in te vno habentes: te non debuitis dimittere à nobis.* Testis etiã est hoc regium domicilium, & hæc Complutensis Academia, in quibus nunquam tui memoria oblitterata marcescit. Quæ, & si pluribus glorie: ut foetibus, te vnum fat esset illis Magistrum habuisse, alijs quantamvis foelicitudinibus orbarentur, cum Martiali canendo: *Vnum pro cunctis fama loquatur oppus.*

Accipe ergo Præsul amplissime quale quale munusculum, & non qualem qualem voluntatem, tuæ licet dignitati imparia, meæ tamen supparia pusillitati. Valeas in columis ad munimen Ecclesiæ, Hispaniæ decus, atque Augustinianæ religionis gloriam, tuorumque emolumentum.

Tuæ celsitudinis

Addictissimus seruulus

Fr. Iosephus à Villanoua

CEN.

CENSURA P. M. Fr. ALVARII S. ALG. ADO, S. ACRIE THEOLOGIE
Lectoris emeriti, & Regalis Complutensis Augustiniani Collegij
Rectoris.

Libentissime obsequens mandato R. A. P. M. Fr. Francisci de Paredes huius Almae nostræ Prouinciæ Castellæ, Ordinis S. P. N. Augustini Prouincialis, tractatum de cognitione contingentium à P. M. Fratre Iosepho à Villanoua, huius Regalis Collegij Complutensis iterum, atque iterum Sacræ Theologiæ Lectore emerito, non modico sudore elaboratum, & legisse fateor, & studuisse confiteor, profiteorque doctrinam non vulgarem, quam non semel, iam priuatis, publicis iam disputationibus acclamata videram, modo in hoc tractatu, Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, & Doctorum Scholasticorum testimonijs locupletatam, rationū pondere, non mediocris eruditionis, variegatam farragine apparere video. In ea nihil à fide reperi denium, imo consonum, nihil contra bonos mores, sed nouam viam, qua (ut Auctoris modestis utar, verbis) veritates Catholicæ de conciliatione Diuinæ prouidentia, & prædestinationis cum creata libertate, non vno, sed pluribus modis defendantur. In illa neque sursum, neque deorsum, neque ad hoc, neque ad illud extremum declinando medius procedit Auctor. Vnde huius ingenij, ingenij semitam gradienti, genuino, orthodoxoque Lectori dicere possim cum prof. no illius sententiam in vero sensu enucleando.

*Nec preme, nec summum molire per atera curram,
Altius egressus, caelestia tecta cremabis,
Inferius terras, medio tutissimus ibis.
Nec te dexterior tortum declinet ad anguem,
Nec sine sterior præssam rota ducat ad aram
Inter vtrumque tene.*

Hoc meum iudicium, saluo semper meliori: in hoc Regali Collegio S. P. N. Augustini Compluti. Die 29. Aprilis Anno Domini 1669.

Fr. Aluarius Algator

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS HUIUS PROVINCIAE Castellæ.

Ego F. Franciscus de Paredes Sacræ Theologiæ Lector emeritus Prouincialis huius Prouinciæ Castellæ Ordinis S. P. N. Augustini, præuisa approbatione supra scripta, facultatem concedo P. Magistro F. Iosepho de Villanoua, ut seruatis alijs seruandis, typis mandare possit tractatum de cognitione contingentium. Datis in hoc nostro Conuentu S. P. N. Augustini Sarriensi Die 12. Mensis Maii Anno 1669.

Valeat sic

Fr. Franciscus de Paredes Prouincialis,

Iussu P. N. Prouincialis

Fr. Nicolaus de Revilla

Secret.

CEN

Tobia
30.

Onid.
Metam.

CENSURA SAPIENTISSI D. DOCTORIS D. DIDACI ROS, ET MEDRANO, Olim in Doctissimo Theologorum Collegio Complutensi Togati, & in Ecclesia Magistrali Sanctorum Iusti, & Pastoris meritisimi Canonici, nunc insigniti per illustri Toga Collegij Maioris D. Ildefonsi, Vniuersitatis Complutensis, & in ea Cathedram Theologiae primariam regentis.

Reuereudissimus P. M. Fr. Iosephus à Villanova, in Regali Augustiniano Collegio semel, & iterum Sacrae Theologiae Lector emeritus, & suae Religionis Magister quandam viam, & sententiam, vel prorsus nouam, vel non tritam, vel ad minus in Scholis non auditam, nec disputatam circa medium, & modum quo Deus certo, & infallibiliter contingentia cognoscat, sola sua scientia naturali vtens, sine recurso necessario ad mediam, seu ad scientiam Thomisticam; meditatus fuit: illamque summam insinuauit, & breui de pictam penicillo, in lucem edidit, anno 1662. Quam, & ego approbaui ex commissione Vicarij illius temporis: hanc eandem sententiam, & singularem doctrinam, fusiore, magis abundanti, & erudito stylo elaboratam, & multiplicatis pro se rationibus, sacrisque scripturae, & Sanctorum PP. munimentis, & in contrarium pluribus argumentis solutis, secunda vice, publicare, & imprimere intendit: & mihi commissum est à D. Doct. D. Chrysostomo Perez Dauia, in Ecclesia Magistrali SS. MM. Iusti, & Pastoris pro dignitate Capellano, & istius curiae Archiepiscopalis, totiusque Toletanae Diocesis Vicario Generali; illam iterum recognoscere: quod diligenter feci, & in primo iudicio persistens, sentio tractatum istum secundum magis longum, sicut, & illum primum breuem, probabilem, subtilem, & ingeniosam meditationem continere: nihilque contra fidem Catholicam, bonos mores, & dogmaticas doctrinas, ac proinde dignum esse, vt typis mandetur. Datis in hoc Maiori Collegio D. Ildefonsi Vniuersitatis Complutensis S. Cardinalis Hispaniae Die 13. Iulij anno D. 1668.

Doct. D. Didacus Ros, & Medrano.

LICENTIA ORDINARIJ COMPLUTENSIS, INTOTO TOLETANO Archiepiscopatu Vicarij Generalis.

Nos Doctor D. Ioannes Chrysostomus Perez Dauia, Ecclesiae Magistralis SS. Iusti, & Pastoris pro dignitate Capellanus, Vicarius Generalis, in toto Archiepiscopatu Tolletano, & in curia Archiepiscopali Residens, &c. ex vi praesentium facultatem concedimus vt typis mandari possit tractatus de *Cognitione Contingentium* elaboratus à P. M. Fr. Iosepho à Villanueva Ordinis D. Augustini, quatenus recognitus, & approbatus est a viris doctissimis, quibus illum commissimus, & nihil in eo reperitur contra nostram Sanctam fidem, & bonos mores. Datis Compluti Die 14. Iulij Anno 1668.

Doct. D. Chrysostomus Perez Dauia.

Ex mandato D. Vicarij Generalis.

Iosephus Lopez Mogro.

CBM.

CENSURA REI. P. M. Fr. CLEMENTIS ALVAREZ, EX SACRA Praedicatorum familia, olim in curia Romana de la Minerua dignissimi Regentis, postea in Complutensi Academia dignissimi Primariae Cathedrae S. Thomae Moderatoris, nunc suae Religionis Diffinitoris.

DE mandato Senatus Regij vidi tractatum, cuius titulus est *de Cognitione Contingentium*, cuius auctor Reu. P. Fr. Iosephus de Villanova, Lector emeritus, Magister meritisimus, Magni Parentis, & Doctoris Augustini filius in genus, interpres ingeniosus: In auctore miror sapientiam Doctoris consummatam, patientiam Lectoris in deffessi, in opere, exponitur materia disputationibus Scholasticis apta, Christianis moribus nihilo opposita: Potest proinde ac debet mandari typis, commendari elogijs. Sic sentio, salvo, &c. In Conuentu S. Thomae Matriti. Die 13. Iulij anni 1669.

Fr. Clemens Alvarez.

SUMMA PRIVILEGII REGALIS.

Habet Magister Fr. Iosephus à Villanova Augustinianus facultatem imprimendi tractatum *de Cognitione Contingentium*, & quod nullus alter illum possit typis mandare per decem annorum curriculum, vt constat ex privilegio Regali. Dato Matriti Coram Ioanne de Subiza à Regalibus Secretis, Anno 1669.

ERRATA SIC CORRIGE.

IN intento operis, column. 2. linea 2. *bic*, lege *hinc*. Pag. 20. n. 57. linea 12. *creata*, lege *creata*. Pag. 21. n. 62. lin. 4. *capacia*, lege *capaces*. Pag. 25. n. 77. lin. 10. *facienda* lege *facienda*, n. 78. lin. 12. *fit*, lege *fit*. Pag. 32. n. 103. column. 2. lin. 11. *in se ipsi*, lege *in se ipsi*, n. 104. lin. 9. *inter ant*, lege *intereant*. Pag. 35. col. 1. lin. 4. *antecedenter*, lege *antecedenter*. Pag. 44. n. 171. lin. 8. *ipse*, lege *ipsum*. Pag. 57. n. 226. col. 2. lin. 19. *sunt* lege *sunt*. Pag. 60. n. 241. lin. 2. *fit*, lege *fit*. Pa. 65. n. 267. lin. vltima *illa*, lege *illa*. Pag. 76. n. 315. lin. 12. *fit* lege *fit*. Pag. 80. n. 331. column. 2. *cap.* lege *p.* Pag. 84. n. 349. lin. 16. *posterior*, lege *posterior*. 20. & 24. *prior*, lege *prior*. Pag. 95. n. 408. lin. 3. *cap.* lege *p.* Pag. 105. n. 450. lin. 5. *illus*, lege *illius*. Pag. 108. in titulo. *Cap.* lege *Dub.* Pag. 120. n. 523. lin. 2. *de quo*, lege *de quibus*. Pag. 143. n. 632. lin. 5. *dissensum*, lege *consensum*. Pag. 144. n. 641. lin. 2. *dele replica*. Pag. 146. n. 651. lin. 6. *fit*, lege *fit*. Pag. 149. n. 665. lin. 3. 661. lege. 653. Pag. 168. n. 64. lin. 5. *connexio*, lege *conditio*, & n. 65. lin. vltima *vt fit*, lege *vt nisi*. Pag. 169. lin. 2. *tentationis*, lege *tentationi*. Pag. 177. col. 1. lin. 7. *ab illo ordine met*, lege *ab illo met ordine*. Pag. 183. n. 151. lin. 10. *siquidem*, lege *siquidem*. Pag. 187. n. 175. lin. 8. *fit*, lege *fit*. Pag. 191. n. 197. lin. 2. *fit*, lege *fit*. Pag. 192. n. 200. lin. 2. *contingentij*, lege *contingenti*. Pag. 200. n. 260. lin. 12. *si non tenetur*, lege *cum non tenetur*. Pag. 236. n. 455. lin. 10. *illam*, lege *illam*. Pag. 245. n. 504. lin. 8. *postuente*, adde, *nisi in effect*. Pag. 257. n. 547. lin. 1. *dele non*. Pag. 260. n. 567. lin. 6. *requisituo*, lege *requisito*. Pag. 293. lin. vltima *conuersu*, lege *conuersu*. Pag. 297. n. 770. col. 2. lin. 18. *lib. adde*, i. Pag. 361. n. 127. lin. 3. *factur*, lege *facturi*. Pag.

Pag. 405. n. 356. lin. 14. post omnipotentia, adde, quod omnes con cedant. Pag. 406. lin. 1. fit, leg. sit. Pag. 422. n. 442. lin. 4. futurorum, leg. futurorum. In indice doctrin. n. 16. column. 2. lin. 1. illum, leg. illud, & n. 31. lin. 1. at, leg. ad, & n. 34. lin. 15. inter se, leg. intense.

Hismendis concordare cum suo originali. Compluti. Die 24. Augusti, anno 1670.

Dr. D. Franciscus Ignacius de Porres,

Corrector Vniuersitatis.



SVMMMA DE LAT. ASSA.

T Assaron los Señores del Consejo Real este libro intitulado de cognitione, quæ Deus cognoscit contingentia, compuesto por el Padre Fr. Joseph de Villanueva, del Orden de S. Augustin, à siete marauedis cada pliego del dicho libro, el qual tiene ciento, y cinco pliegos, y medio, sin principios, ni tablas: como mas largamente consta de su original. Despachado en el officio de Pedro Hurtiz de Ipiña, en la Villa de Madrid a Diez de Octubre de 1670. años.

Pedro Hurtiz de Ipiña.



REVERENDO AD MODUM PATRI MAGISTRO FRATRI IOSEPHO DE Villanueva, in suo Regali Augustiniano Complutensi Colegio Sacre Theologiae Primario meritoque Lectori, Sancti Cyrilli Carmelitarum exalceatorum Collegium Complutense amicissimam salutem.

T Am illos ab scopo studijs vtilioribus præfixo ab errare credimus, qui nil, nisi nouum, amplectuntur, quam eos, qui tantum vetera conseruant. Quum enim veritas neque antiquitati, neque nouitati adnexa necessario sit, sed ab vtraque abstracta; nec vetera, quia talia præcisse, suspicienda, neque aspernanda nouitia sunt: Nemo bibens vetus, statim vult nouum; licet enim, vetus melius est, turbis Christus Dominus obiecit: Quia Iudeis vitæ veteris saltem imbutis noua gratiæ præcepta sorduerant. Et traditionibus suis profus addicti, sic obstinationis ferreæ vectibus Euangelicæ veritati cordium ostia obserauerant, vt nouitatis auersandæ prætextu, non modo legis obsoletæ umbras exorientis gratiæ soli præferrent, sed, & solem ipsum iustitiæ, nouatoris instar in legem, condemnarent.

Sit suus antiquitati venerandæ honos, Patrumque doctrina, tot sæculorum plausu firmata, (innouandi prurigine iudicio sedata) qua par est, reuerentia obseruetur; at si hæc ipsa conuenienti ab recentioribus tradatur methodo, licet noua, non ideo explodatur, quin imo, si torosis rationum innitatur fulcris (quemadmodum in aureo isto

Bernard. ad calcem gratulemur, quia vetera nouiter tractantes Rempublicam litterariam ad augent, nec Patrum aduersarij audiant, sed Adseclæ, tametsi nonnulla super addiderint; nam si quid super mis dictam est post Patres, quod non sit contra Patres, nec Patribus arbitramur, nec cuiquam fas est displicere debere.

Ar.

Ar cam Domini, quam Philistini iure iniurio belli ab Israele de prædatis fuerant, calamitatibus à Deo immisis ex terre facti restituere decreuerunt; quod, vt exequerentur, consilio inito, ipsam Plaustrum imposuere nouo, cui vacca duas, quibus non fuerat iugum impositum ad iuxerit. Ibant autem in directum vacca per viam, quæ ducit Bethsames, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Ecquid Plaustrum nouum? Ecquid vacca iugi in expertes? Vt scilicet doctrina sacra, quondam Mosis manu Israelitico populo concedita, intra venerabilis Aræ sinum tabulis insculpta lapideis ad seruata, modo nouo, seu methodo nupera iterum traderetur.

Indirectam vero vacca pergebant per viam, quæ ducit Bethsames, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes, quia nimirum solis ad Regiam (Hebraicè Bethsames) siue ad veritatis domicilium eo passu gradebantur, vt nullibi exorbitarent.

Haud aliter R. admodum Magister, dum Augustini, ac Venerabilis Egidij doctrinam (vt adieris) noua in pertuli tractatu hocce methodo tradis, licet tantis æstimeris vt,

Quam tecum est, quid vis satis sit;

In domum solis, tui nempe Augustini luminaris in Ecclesia cælo maioris, seu maximi, recessus pergis via. Et quod lummis laudibus e ferendum, neque ad dexteram Scholæ huius, neque ad alterius sinistram digrederis. Arduum sanè hac tempèstate negocium, tot inter vtrinque pugnantium exercituum tela, musculos, catapulta, & restudines arietarias illæ sum euadere.

Ea propter, quum doctrinam hæc ab Augustino traditam, & ab Egidio auctam, vt masculis rationibus comprobas; ingenij tui acutissimi recentis Plaustrum in Scholæ aduehis, & adueritatis, seu solis vsque ad yta inferis, tibi vndique in celeberrima nostra Complutensi Academia argumentorum missilibus impetito per vnde viginti annos, non blandientium Lenocinio, sed iustissimo ad gratulantes elogio rescribimus: Inuadis primis aciem solis irrupis, obumbrant eantem telorum irruenti iactus, sonant iustibus umbo. At quo spissiori argumentorum nube ob nubilita veritas radios emittit, eo fulgentius mentes illuminat, quod acius impugnetur, eo propugnatur gloriolius.

Quare non modo tua Augustiniana, Augustissimaque familia innumeras tibi debet grates rependere, verum, & totum litterarius orbis, cui te oppugnantium caliginis dispellente, tametsi non nouus sol Augustinus, nouo tamen Horizonte ad fulget. Ita censemus in hoc nostro Sancti Patris Cyrilli Complutensi Collegio Carmelitarum exalceatorum XV. Kalèd. Aprilis anno à deuictio mortis aculeo M. DC. LXVIII.

Fr. Ioseph à Sancta Maria, Rector.

Fr. Ioseph à Sancto Thoma;

Lector Primarius Sacræ Theologiæ;

Fr. Ildephonsus à Sancto Hieronimo, Sacræ Theologiæ Lector Vespertinus;

Fr. Petrus à Iesus Maria, Lector Sacræ Scripturæ;

DO

Luce 5. 39. Beda ibi.

Lucilius lib. 15. Sat. 174.

Martian in panegyri. ad Constantina

DOCTORIS FVNDAMENTALIS; AV-
gustinensium Antesignani (quem in omni-
bus autor sequitur) vitæ, &
epictectorum.

SYNOPSIS.

EOS inter, quos ceu Parentes Eremitarum conspicatur familia, non in-
feriorem occupat locum *Magnus Egidius* (sic eum appellat passim Hie-
ronimus Romanus in *Centurijs* anno 1299.) Nec immerito quidem, tum, quo-
nia a *Laminare maius nostræ religionis* (vt ait Thomas Argentinenfis, & eiusdem Agi-
dij discipulus, & Aurelianæ religionis Generalis in 3. dist. 40. q. 1. a. 3.) tum, quia in
Egidium natura suam vltimum videtur intecisse conuatum, vt de Aristotele suis dixit
commentator Auerroes, tum, quia in Egidium gratia benefica largitione non parce
refusa, & in Aurelij Augustini carum per Egidium, cui Deus Egidium in lucem desti-
nauit, & fulgentissimum splendorem. Hinc subtrillissimus ille Paulus Venerus, & ipse
Augustinianus in 2. post. (vt refert Noster Augustinus de Viela: *In quæst. de medio de-*
monst. quæ habetur, post libros Elench. Egidij S. in hac quæstione) arebat *Diuum Egi-*
tus, iux- dium e caelo nobis missam fuisse. Qua propter vt magnificentia Diuinæ pignus, Tha-
ta ali- saurusque ab Eremiticis æstimatur præciosus. Nec aliunde fortassis Egidio tam vche-
quos. mens inerat, erga suum ordinem vehementissimus vsque ad æstuationem affectus. *Hic*
Doctor venerabilis Pater, & *Doctor Eximius* (ait B. Iordanus de Saxonia Egidij discipulus,
eximius, & auditor, in *uitis fratrum, lib. 2. cap. 22.*) *magnus extitit Zelator Sanctæ matris religio-*
sue reli- nis sue, & *quantumcunque in tanta dignitate Primatæ sublimatus fuisset, animum*
gioni af- tamen semper habuit ad ordinem suum, quod in extremo vitæ sua ostendit, &c.
factus.

2. Hoc ergo egregium Eremiticæ familiæ ornamentum Roma protulit, su-
blimum fetuum fecunda semper parens. Nec alia, quam Roma protulisset Egidium.
Vnde, & Egidius a patria per Antonomasiam dicitur *Romanus*, Origo illi ex columnæ
Columna suam per illustri profapia. Vt nec sanguinis stigmata ei defuissent illustriora. *Illustrissi-*
us di- mus *Cardinalis Egidius* (ait Gaspar Ram. in *Epist. nuncupat ad tract. de Diuinis præ-*
claus. motionibus) per excellentiam *Romanus*, (quod iam ex illustrissima Columnarum profa-
pia erat oriundus) primus fuit *Sancti Doctoris discipulus, qui Thomistica doctrinæ es-*
D. Th. cepit defensionem. Vt nec defédæ doctrinæ Thomisticæ ei ab esset palma, & deficeret
discipu- trophæum: in quo procul dubio nactus est primatiam. Ei professio Augustiniana: talé
lus, & enim decebat Aurelium Augustinum in Schelis habere primogenitum. Post B. *Augu-*
defensor num (ait B. Iordanus supra) inter omnes huius religionis professores, in quantum nos re-
miniscimur, & ad nostræ generationis notitiam potuit peruenire, primus *Doctor in Sa-*
Primus *cræ Theologia fuit frater Egidius Romanus*. In primo adolescentiæ flore huius mundi,
Doctor & sæculi vanitatibus contemptis in antiqua domo Sanctæ Mariæ de Populo de Vrbe
Augu- eremitica Augustini instituta suscepit: *In ætate adolescentali ingressus ordinem* (ait Ior-
stinianus) *danus) a parentibus, & amicis sæculi blandimentis pluribus redire ad sæculum fuit alle-*
ctus, sed ipse maluit Deo insucepta religionem seruire, quam parentibus, & mundi ama-
toribus obedire. *Hic* (prosequitur) *tanta ingenij velocitate præditus erat, vt licet pæne*
Mariæ nullius litteraturæ in suo ingressu fuerit, in progressu tamen, ita notabiliter profecit in
de Popu- studio, vt post modicam temporis ad *Sacræ Theologiæ studium* destinaretur. Erat enim
lo cæno- Egidius ingenio sagaci, acri iudicio, & memoria, supra quam credi potest, tenaci: ar-
bio ad que feracissimo Tagastensi campo infertus non blandientiū foliorum duntaxat, nou
seribitur. *videlicet stirpicum amplius, & amplius se propagauit, sed opimorū fructuū aceruus*
re-

redundantibus horrea Tagastensi superimpleuit sapientia, & Augustinensium
animos ad vltimum vsque fecit redundare. Animum, quem ad pietatem dederat,
ad Scholarum appulit studia, tanto conatu, vt æquales sine æqualitate supera-
ret, omnia Phylsophiæ abdita tam perspicua illi, vt hallucinaretur nunquam
tam aperta illi, ac alijs obstrussa.

3. Primis studiorum instructus rudimentis à Clemente Auximate tunc
temporis (vt plurimum anno 1270.) Augustinensium ordinis primum Generali, vnâ,
cum Augustino Triumpho Theologorum Fœnice (qui, & postea in locū S. Tho-
mæ e vnus sublatus, iuuenis adhuc, ad Concilium Lugdanense a Gregorio 10. fuit
votatus) est missus. Religio ergo Egidio Parisiensem Vniuersitatem, & hæc illi
Ecclesiæ lumina Sanctos Bonauenturam, & Thomam magistros dedit. Et quid mi-
nus ab his didicisset Agidiana docilitas, quam Seraphicum amorem, & Angeli-
cam doctrinam? Ad hæc vtrique, sed magis Sancto Thomæ, quem audiuit se-
mel, & iterū, atque iterum audiuit. *Et vero audiuit* (ait Aubertus Miræus in *Biblio-*
teca Ecclesiastica in auctario, cap. 409.) *(summo cum ractu eius quæuestigia, tam re-*
ligiose legit, vt qui à Thomæ dissentiret, Egidium hominem alioqui mansuetissi-
imum in ueniret aduersarium. Fuit adeo solemniter Sancto Thomæ Egidianus dis-
cipulatus, vt celebriores inter habeatur celebrior. *Nullus erat eruditione, vel di-*
gnitate tam illustis (ait author vitæ Sancti Thomæ, quæ habetur in principio, i.
tomi. *S. i. a ter infinitos*) qui non se Thomæ discipulum præstaret, Doctoribus, Epis-
copis, Archiepiscopis, Cardinalibus, omniumque tandem generum hominibus ip-
sius, Schola florebat, Romæ præsertim, & Latetia Parisiorū. *Plures referre possem,*
qui cum eius Schola frequentauerint, in præstantissimos viros evasere. Verum
vnde Egidias Cardinalis rem hanc nobis testatam faciat, cuius, & libuit de *Ma-*
gistro suo testimonium rescribere, tantum videlicet constantiam eum fuisse, vt ab ea sen-
tentia, quam iuuenis veram didicisset, nunquam in aliam transierit: cum nos (in-
quit) debilis ingenij homines, leuia quælibet argumenta trepidate vacillareque
faciant.

4. Igitur adepta Parisiis magistrali laurea tanta cum maiestate ma-
gisterium impleuit (verba sunt Damasi Coninck in *uita Egidij noua quodlineto-*
rum editioni affixa) vt post *Doctores, Angelicum, & Seraphicum primas ei. Ac de-*
merita merito lubensque detulerit. Cœpit Aristotelem, & alios Phylsophos, Ma-
gistrumque sententiarum explanare, & libros edere in abundantia tanta, vt
duo supra viginti enumerentur tomi, vlla absque additione Commenti, Scho-
liorumue aucti additione. Hinc Tritemius Egidius de Roma (inquit) *ordinis Fra-*
trum Eremitarum Prior Generalis, ac deinde Biturizensis Archiepiscopus, Bea-
ti Thomæ Aquinatis auditor, vir in Diuinis Scripturis eruditissimus, & in Phy-
losophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, Sermone Schola-
sticus, vita, & conuersatione deuotus scripsit fere infinita Opuscula. Idem habet
Sixtus Senensis *Bibliotheca Sanctæ lib. 4.* qui addit, & *ob doctrinæ constantiam*
Fundatis simi cognomen adeptus. Additque Sabelicus tom. 2. *Encadis 7. lib. 9.*
Egidio post Aurelium Augustinum, neque plura quisquam scripsit, neque accu-
ratus. Hac de causa nonnulli apud Baronium, ann. 1297. n. 13, & apud Bzobium
ibidem, hoc elogium Egidio scripserunt.

Egidius magni magni ordinis incrementum
Romanus, culmen virtutis nobile, libris
Doctrina grauidis, vigilique labore Parentem
Insequitur, mitraque pares sortitur honores.

De quo profecto (subiunxit Fabianus Genuensis ante librum Egidij de Renuntia-
tione

Litteris va-
cat Parisijs.

Inter disci-
pulos D. Th.
eminentior.

Aristote-
lem, &
Mag. sent.
librorum
abundantia
est interpre-
tatus.

Ingenio sub-
tilis, sermo-
ne Scholasti-
cus, & vita
deuotus.

Memoria tenacissima polluit.

Nunquam sibi aduersatus, nec retractauit.

Fundamenta eius irrefragabilia, ideoque fundatissimi Doctoris nomine insignit.

Eius doctrina vniuersitatis Parisiensis pabulum.

B. Iordanum de Saxonia, Aluertum Patavinum habuit discipulos.

A Philippo 3. in Philippi Pulchri filij sui Pedagogia proficitur.

Insa Philippi Pulchri librum edidit de regimine Principum. Parlamenti constructio Egidij documentis debetur.

Egidio viuente eius doctrina sequi sinitur.

ratione Papæ) non tantum librorum ad miranda est multitudo, quantum sui acumen ingenij, & tenacissima memoriæ donum stupendum, quod in tot, tantisque eius dictis, in nullo vnquam sibi ipsi est aduersatus: nihilque reprehensione, aut retractatione dignum pronunciauit. Non enim tum hoc, tum illud, ut plerique faciunt, sed semper idem asseruit. Pectus in solucendis questionibus habuit amplissimum fundamenta irrefragabilia, rerum exquisitor diligentissimus: indicendo singularis: & quidem ita clarus, ut hic omnis humanæ, & Diuinæ sapientiæ ex omnibus Scholasticis solus archana ditacida esse videatur.

5 Hoc elogium perennaturæ gloriæ, & laudi Egidianæ solum sufficere videretur. Est equidem adeo mirabile, ut pene miraculum videatur Damaso Choianco supra. Miraculi loco (inquit) habendum est, quod Egidius, qui voluminibus tam multis, magnisque conscribendis tot annos impendit, nunquam memoria lapsus sit, ut in sententiarum ambiguitate, ubi sentire aliter, & aliter ubi bis culisset licet, ille idem sentire potuerit: namquam a se diuersus, nihil ediderit transfero calamo, aut censoria virgula dignum: ut hinc Sorbonista eum Doctoris Fundatissimi titulo insignierint.

6 Hinc Egidio tantum venit plausus, & authoritatis pōtus apud Sorbonicos, ut habita coram vniuersitate Parisiensi oratione (id referente B. Ierdano supra) qui fortè testis fuit ocularis) vniuersitatem cum eodem Egidio alloquentem introduxerit pro regmate assumpto versiculo illo,

Est qui nutritur, & qui nutritur alumnus

Declarat: (ait Iordanus) quomodo ipse ab olim nutritus fuisset in ea vniuersitate, & nunc ipse suo doctrinæ pabulo nutritur eandem.

7 Prodiere ex Egidij Schola innumerabiles discipuli. Sed præcipue inter eius auditores numerantur B. Iordanus de Saxonia (sic appellatur in libro, qui dicitur vitas fratrum Sixto 5. Pont. Magno dicatus) de quo Miræus sup. cap. 471. Herrera in Alub. litt. 4. classe 1. fol. 373. Aluertus etiam Patavinus (quem aliqui Beatum appellant) de quo Herrera lit. A. classe 3. fol. 5. & Miræus sup. cap. 433. qui ait Patavini ob nominis celebritatem ei statuum marmoream posuerunt. Obijt autem iuuenis ut ait Iordanus, lib. 2. cit. vide Herreram litt. A. fol. 51.

8 Cum latere non possent virtus sapientiaque Agidiana Gallorum Rex Phylippus 3. Cognomento. Audax eius affectu ex æstus tanti Egidium æstimauit, ut Phylippi Pulchri filij sui, ut ipsum scientia virtutibusque imbueret præfectum constituerit: cuius Phylippi Pulchri iussione aureum illum de Regimine Principum librum scripsit eidemque dicauit. Hinc Parlamenti domus, iustitiæ administrandæ perita, atque parata, const. utio Egidianis deberet documentis. Cam enim Phylippus Pulcher (ait Damasus supra ex Claudio Roberto) a Re mensi in vniuersitate Lutetiam nouus Rex aduentaret: ubi non ignorabat se pro Scholæ rum more solemniori oratione exceptum iri, iussit cum, cuius præcepta adolescens liber ter audierat, etiam tunc dicere, & se iam virum ac Regem Pedagogica auctoritate instruere. Quod tam localem fecit, ut Regis animus ita commoueret, ut iustitia, quæ mortalium flagitia terris proscripserant post luminio, in Gallie regia vrbe domiciliu perenne conderet, & Sacrum Parlamenti Tribunal dedicaret. Idem referunt Baronius ad ann. 1297. qui, & orationem Egidij ad Principum instructionem ad litteram refert, Bzouius, & alij

9 Augustinenses interea Eremicolæ participandæ Egidianæ doctrinæ (quæ iam vniuersum reboauat per Orbem) cupidi, ut quæ exteris impertiebatur ab vnde ipsis met veris hæredibus ad saturitatem vsque esset, in comitijs Generalibus Florentiæ ann. 1287 (vel potius 1284. ut Herrera ait,) ipso Egidio viuente, doctrinam Fratris Egidij scriptas, & scribendas, ab omnibus Augustinianis fo-

re defendendas sanxerunt. Verba decreti sunt: Quia Venerabilis Magistri nostri Fratris Egidij doctrina mundum vniuersum illustrat, definiat, & mandamus inuolabiliter obseruari, ut opinione, positione, & sententias scriptas, & scribendas prædicti Magistri omnes ordinis nostri Lectores, & studentes recipiant, eisdem præbentes assensum, & eius doctrinæ, omni quæ poterant sollicitudine, &c. & ipsi illuminati alios illuminare possint, sint sedali defensores. Fuit hoc capitulū congregatum (ut in nostris constitutionibus fertur p. 3. cap. 12.) per B. multisque miraculis decoratam Fratrem Clementem de Auximo, iam tunc iterum Generalem. Vt videas hunc Clementem, qui (ut plurimum) anno 1270. Egidium iuuenem ad Scholas Parisienses destinauit, iam anno 1284. vel 87. ut totius religionis Theologiarum, & patronum recepisse, ut videas item Egidij acumen, & ingenij viuacitatem, qui fortè vigesimum annum attingens, tere ignarus ad Scholas missus, cum trigessimum secundum, & ad summum trigessimum quintum annum attingeret, iam mundum eius scripta illustrabant vniuersum, obidque in religionis Augustinianæ Magistrum, ducemque sequendum in perpetuum designatum, & viuente adhuc. hinc ad hanc dignitatem supervixit 32. vel ad minus 29. annis.

10 Obsecuti libenter huic decreto Egidium secuti pro viribus in primis Iacobus Viterbiensis obingenij subtilitatem Doctoris speculatiui cognomen adeptus (qui referente Iordano supra) Egidium subcesit in cathedra Parisiensi: Prædictum autem venerabilem virum (loquitur de Egidio) multi alij huius religionis viri vira præclari, & scientiæ famosi secuti sunt in cathedra Parisiensi, inter quos fuit Magister Iacobus de Viterbio, qui fuit Archiepiscopus Neapolitanus, quæ plures Beatum appellant. Gerardus deinde Senensis, qui vsque ad apices Egidij doctrinam defendit. Cuius de mortui venerandum caput inter lachrymales exequias solemniter Academi magistrali diademate condecorarunt. Thomas postea Argentinentis totius nostræ religionis Generalis. Post modum Alphōsus de Vargas Toletanus inter alia, Archiepiscopus Hypalensis. Ioannes Darhus Episcopus Imolensis, Dionisius à Sigillo, Michaelius de Mafa, & alij, quorum scripta maiori ex parte ob nostrorū tepiditatem tenebris obscuritas obuoluit. Quibus addendum reor Egidium alterum Viterbiensem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem in cœlum vsque laudibus à Clemente 8. Pontif. Max. euectum apud Herreram, in Alp. litt. A. fol. 42. Hic enim Egidij Romani libros physicorū a mendis purgatos in lucem edidit, & etiam Angelum Rochensem Apostolici farerij præfectū, Iagastensem Episcopum, qui, & propria plura, & Egidij opera non pauca Scholijs, & a mendis purgata dedit communis luci.

11 Nec ommittendum Eminentiſſimum Cardinalem Scripandum Sancti Concilij Tridentini Præsidem, dum nostræ religionis ageret Generalem, dentio sanxisse nemini Augustinensium licere, quempiam Doctorum huius Egidium sequi. Sic Egidius Bonus in Epistola nuncupatoria, super Egidium in Authorem de causis eidem Scripando directâ, ubi, & illud elogium de Egidij doctrina Bonus adiecit, Id dumtaxat de tanto viro (Egidio scilicet) ad mentem reuocandum velim, quod omnis eius posteritas (nec quidem immerito) Doctorem eum Fundatissimum nominat, doctrinamque eius non secus ac Diuinam recipit, veneratur, et colit. Igitur decretum de sequenda Egidiana doctrina postea fuit constitutum, & sic a tempore immemoriali habetur. Vt autem (dicitur 5. p. capit. 1. 2.) vniuersitas quoad doctrinam, quemadmodum quoad alia, in ordine nostro custodiatur, volumus, ut Magistri regentes in lectionibus, & determinationibus disputationū, in omnibus sequi, & tueri debeant sanctam, & catholicam doctrinam

35. dicitur agens Augustiniana Religio Magister Antesignanus

Eius doctrinam qui secuti

Confirmatur decretum de sequenda Egidij doctrina

Fundatissimi Doctoris Nostri, B. Egidij Romani, quondam nostri Sacri Ordinis Generalis, &c. Nec scio, quare Gomeus cum in principio 1. tom. in apparatu hæc verba transcripserit aliquod Verbum ommississet. Et hoc idem decretum (ut audio) constitutionibus inseruere nuper in me Patres discalearum nostri, ex quò non paucum gloriæ Egidio erit eorum autoritas, & in ipsi um defendendum procliuitas, idque anno 1660. cum hanc Prouinciam uisitarer, id denuò custodiri præcepit Reuerendiss. P. N. M. Paulus Luchinus Pisauriensis, totius nostri Ordinis Generalis, qui me, ea solum de causa, quòd audierit Egidianâ doctrinam licet effutiuitam, tradiderim ab studio primis rudimentis, magistrali Laureâ cõdecorauit.

12 Cœpit ergo iam Egidiana lux non intra Lutetianæ Academiæ parietes latere, sed super candelarum Diuina constituitur prouidentia, & ut lucretet primum omnibus, qui in domo Augustini erat. Sicque sub initium an. 1292. coactus totius Eremiticæ religionis Prior Generalis eligitur. Quam sarcinam sicut accepit coactus, portauit sedulus, sollicitus administravit. Quamuis id referre N. Augustino Panizzono in uita Egidij, quæ habetur in logica Egidiana post triennium sponte officiose abdicarit. *Nec unquam plus incrementi accepit familia Augustiniana (ait Miræus supra) quam sub hoc præfecto, quem ob uitæ integritatem ac sapientiam totus orbis uenerabatur. Fratres Penitentia a uili ueste succitæ nuncupati, cum a primæ uita instituto paulatim se desiccare animadverterent, fundū, quem Lutetia à Sancto Ludouico Rege sibi donatam, annis amplius 30. incoluerāt, Egidio ceteri Ordinis Eremitici a primo præfili anno 1293. cesserunt, Philippo Palchro Rege, & Simone Parisiensi Episcopo approbantibus. Regem Angliæ sibi dedit Egidius, commentario illo, quem in librum (scilicet post.) Aristotelis scripsit (flagitante nempe Stephano Mauley viro Principe inter Britanos, ut Coninck addit) ut huic uili lucubrationi debeantur quodamdammodo monasteria, quæ in Britania olim plurima Augustiniani possederunt. Guidonē Flandriæ Comitē sibi conciliauit, cum filio eius Philippo roganti libros Elenchorum Sophysticorū explicauit, ut huic etiâ scripto acceptū referri possit monasteriū Galatensis, quod Borla. ij illa ætate suo infuado erexerūt. De quo uide Herrerā lit. G. in vltima clasc fol. 316. Leges etiâ salubres nobis, etiâ Augustinēsis imposuit. Refertur decretū unū in constitutionibus nostris, p. 3. 2. quod ut maius autoritatis pōdus acquireret, additur ibi: *Prout diffinitū fuit in capitulo generali Romæ, celebrato à Fundatissimo Doctori B. Egidio Romano nostro Sacri Ordinis Priori Generali an. 1292.**

13 Scripsit Egidius libellum ad petitionē Ordinis illustrissimi Minorum (ut ipse Egidius ait in 3. dist. 2. p. 2. q. 2. a. 2. dub. 4.) contra phantasticas positiones Petri Ioannis, quæ ipse ordo Minorum persequeretur, qui, & postea dānatus fuit in Concilio Vienensi (cui Egidius inter fuit) ut constat ex his, quæ refert Scuerinus Binius tom. 3. concil. p. 2. fol. 1511. §. 3. Petri Ioannis.

14 Scripsit in super correptorium corruptorij cātatissimæ Doctrinæ S. Th. sui amantissimi Magistri, quod an. 1644. denuò excudere curauit Neapoli R. P. Fr. Angelus à SS. Sacramento, Prior Collegij Sancti Ianuarij PP. Carmelit. Discaleariorū. Vix, & nondū vix uita functo Doctore Angelico an. 1274. Guilielmus Lamarensis e Seraphyca familia Theologus Oxoniensis S. Th. Doctrinæ corruptorij in lucē emisit, in quo ex operibus S. Doctoris 110. propositiones sugillauit, plures censuris inuendo, *Angelicæque S. Th. Aquinatis Egidij Præceptoris* (ut ait Fr. Angelus à SS. Sacramento in Epist. nuncup. Principi Prospero Colūnæ, in correp. appositā) *vix ortā doctrinā Colūnā, & firmamentū ueritatis temere corrupit, laniauit, dilacerauit, infecit.* Sed ecce Egidianā mansuetudinē in Leoninā fortitudinē uersam. *In hunc ergo (ait Miræus supra) strinxit Egidius stilū, & Magistri sui doctrinā fortiter defendit. Et illo nomine omnes Thomistæ pluri-*

num Columnæ debeant. Refert hoc latius Mendoza nost. q. 3. Scholast. u. 5. *Facere (ait) qui eo temporis doctrinam S. Thomæ prorsus abijcerent, aut quia agris oculis lucem Doctoris Angelici ferre non poterant, aut, ut aiunt, quia nebulones, quidam multorum errorum nebulis purissimos eius libros offuderant, ac repleuerant. Quamobrem calamam stringere, & acere in Thomæ mastiges, necessarium sibi iudicauit Egidius, aut quia pauci, aut quia nulli super erant, qui in defensionem D. Thomæ militare, aut possent, aut uellent. Militauit itaque non sine gloria Noster Egidius, librū cõstruendo, & euulgando, quem prætitulauit defensorium seu correptorium in corruptorium Fratris Thomæ. Aquinatis Ordinis Predicatorum: ubi diligentissime, & acutissime ab hostium calumnijs asseruit, ac uindicauit D. Thomam; et iam inde factum est, ut paulatim omnes ferè Theologorum Scholæ susceperint, fouerint, amplexati uerint D. Thomam. Vides bene, Lector Thomistæ, quantum nostro debeas Egidio? Ibi Egidius in prologo in persona S. Thomæ assumit uerba illa Iob 6. *Quare detraxisti sermonibus ueritatis, &c.* ibi eum appellat Doctorem, & inquit cuius doctrina fulget Ecclesiæ, & alia plura elogia illi supeditat, & passim per totum correptorium, sed præcipue in fine, postquam ad omnes articulos ex doctrina ipsius met S. Thomæ satisfecit, subdit se secundum suum, modulum satisfecisse, & solum ad alius sapientibus occasionem lucidius respondet, & illius ad eum attollendi uerius præbere, qui Doctorem istum sapientia radio illustrare, & super Ecclesiæ candelabrum pro orbis terrarum instructione dignatus est sua clementia exaltare.*

15 Sed maiora expectabant Egidium pro suo Magistro subeunda certamina. Cum enim circa annum 1270. Parisiensis Academia sub Episcopo Parisiensi Stephano aliquos articulos damnaret, ut erroneos, quorum nonnulli ex parte erant contra S. Thomam adhuc de genere primū: *Quod Deus non potest in diuina multiplicare sine materia. Item, quia intelligentia non habent materiam; Deus non possit plures res eiusdem specie facere. Et quod materia non est Angelus nobiliores, alij, &c.* Egidius contra hanc determinationē reclamauit, protestādo hos articulos non esse maturiori consilio ordinatos, nec ab omnibus Doctoribus. Neque hoc uoce tenuis dumtaxat, sed, & scriptis, & publice clamauit. Nā quodl. 2. q. 7. agendo de multiplicatione Angelorum infra eandem speciem: relato 2. art. dixit: *Optandum uero foret, quod maturiori consilio tales articuli fuissent ordinati, & ad hoc sperandum, quod forte de ijs in posterum sit habendum consiliū sanius.* Idem repetit q. 18. agendo de æqualitate animarum. Sed, & in 2. dist. 32. q. 2. a. 3. *Sciam ergo in damnationem articulorum inuehit: Licet possit esse opinio (inquit) apud multos omnes illos articulos non esse bene damnatos. Nam, & nos tunc eramus Parisijs, & tanquam de re palpata testimoniam perhibemus, quod plures de illis articulis transferunt non consilio Magistrorum, sed capitate quorundam paucorum. Hæc, & alia Egidius contra illam suo, uideri, & experientia immaturam, & minus consultam determinationem illorum articulorū. Quæ quòd cōtra decorē, & aut horitatē illius illustrissimæ cederet uniuersitatis, stomachati articulorum putarunt, & diuulgauerunt censors. Quæ propter magnæ fuerunt cōcertationes, & Scholastica iurgia, Egidio S. Th. defendenti, alijs defendētibz articulorū dānationē. sed cū in sectatores in Egidium manus iniicere nequirent, eo quod tantæ esset autoritatis, uel quoniā ab uniuersitate ab erat, ad Pōrificem Maximum, tunc temporis Benedictus undecimus D. Petri nauem guernabat, accurrerunt. Adductus in suspicionē (ait Raynaldus in. Annalibus ad an. 1285) à Parisiēsis Doctoribus Egidius. Augustinianæ familiæ insignis Theologus, ipsū Thomam ad nō recte de nonnullis (scilicet censuris articulorum) sentire. Post uarias concertatio-*

*Discalearum
suis constitu-
tionibus
inseruere
hoc decretū.*

*In Priorem
Generalem
eligitur.*

*Post trien-
nium ces-
satio
officio
Scripsit
suis Princi-
pes denu-
xit.*

*Plura mo-
nasteria re-
cuperauit,
& erexit.*

*Ad instan-
tiam fratru
Minorum
scripsit con-
tra Petrum
Ioannem.*

*Scripsit cor-
reptoriū in
defensionem
sui Magi-
stri D. Th.*

*Egidij Be-
fensione in
columnes mā-
fensione in
fensione in*

*Pro defen-
sione articulo-
rum D. Th.
contra Do-
ctores Sorbo-
nicos decem-
tatis*

*Apud Pontē-
ficem procem
sura data cō-
tra impug-
nantes D.
Thomam ad-
ducitur.*

Summa
eius humi-
litas.

nes, ad subsellia apostolica accersitus, christiana demissione seseuadescripta (sub-
missit. Iussus est itaque Parisijs ea reuocare, quae Doctores Sorbonicos offenderat,
atque ab Stephano Episcopo fuerant damnata. Vbi Egidius, sicut in defenden-
daminus (suo videri) matura articulorum quorundam censura, sibi dignam osten-
dit constantiam, sic in obsequenda Pontificia iussione dignam (vt par erat) osten-
dit submissionem. Refert ibi Raynaldus Pontificium decretum de reuocandis
ab Egidio, a Parisiensibus Doctores sibi obiectis, Stephano Parisiensi Epif-
copo directum. Sed illud non fuit executioni mandatum. Vel quia Doctores Pari-
sienes simul congregati damnatos, articulos reuifere, sicut Egidij ex postula-
tio vrgebat, & Pontificium continebat rescriptum: vel quia summus Pontifex
certior rei factus rescriptum reuocauit, aut suspensum voluit haberi. Huius rei
signum est certissimum talem reuocationem, non haberi apud sententiarum Ma-
gistrum, sicut habentur aliae, per illud tempus sub eodem Stephano habitae: &
nō credendum Egidij in sectatores hanc Egidij (si facta fuisse) omissuros in tā
arduae concertationis trophaeum a tam insigni Theologo reportatum. Et praeter-
erea quia articulorum damnatio, quam Egidius damnabat, se ipsam ostendebat
indemnem. Nam quis condemnet erroris negantem, posse Angelos numero mul-
tiplicari, & affirmantem Angelis non esset materiam? Esset autem vtrumque
erroneum, si semel de reuocatione Egidiana autoritate Pontificia facta, con-
stitisset; nec posset defendi Angelos infra eandem speciem esse immultiplicabi-
les, neque ipsos esse materiae expertes.

Mansit illis
irresoluta.

16 Mansit ergo illis haec irresoluta, vsque dum postea idem Stephanus,
vel alius eiusdem nominis Episcopus Parisiensis, conuocato Magistrorum, siue
legentium, siue non legentium catu, illorum articulorum solemniter, ac maturo cō-
silio damnationem reuocauit (quod Egidius sperandum fore affirmabat vt di-
ximus, n. 15. prudenterque prauidisse, vltimum sibi fuisse dicemus, ne dicamus qua
si prophetafse, nisi forte D. Th. Diuino lumine illustratus illius reuocationis futu-
ra Egidium certiore fecit, quod non videtur incredibile) constat haec reuoca-
tio ex Epistola, quae adducit Bergomensis in principio Tabulae ibi. *Solemniter ma-
turo consilio super hoc habito, supra dictam articulorum condemnationem, & ex
communicationis sententiam, quantum tangunt, vel tangere afferuntur sanam do-
ctrinam S. Thomae praedicti, & Doctoris eximij, ex certa scientia, tenore praesentium
totaliter annullamus, & in expurgatorio lib. prohibet. Verbo articuli in 3. class.
ponuntur. Articuli reprobatu a facultate Parisiensi contra doctrinam S. Thomae.*

Et postea re-
uocata Sor-
bonica con-
demnatio.

17 Haec causa, quare a Ram dicatur Egidium fuisse priorem, qui S. Th.
suscepit defensionem, vt diximus n. 2. & quare a Cardin. Bellarm. de Script. 2. c.
cles. 11. 1290. Egidius vocatur S. Th. iudex, & eius doctrina defensor accerrimus,
& quare Chronichō General. & Phylip. Bergomensis, & alij dicant Egidij: *Plu-
rimo labore receptoris sui S. Th. Aquinatis opera apud Parisios defensasse.* Nō quia
in Scholis, aut Scholasticis concertationibus illum defendaret, hoc enim nō mag-
nae esset materia laudis, sed potius esset materia lucri.

Inspiratio-
nem diuinā
de sua do-
ctrina habi-
tā D. Th. vi-
detur com-
municasse
Egidio.

18 Per soluit quidem Egidius defensionem, qua S. Th. Parentis Augusti-
ni doctrinā defendit, & magistralē affectum, quo ipsum Egidium S. Th. fuit pro-
secutus, cuius mihi illud est indicium, apparitionem illā Fratris Romani iam vi-
ta functi, & ad S. Th. interrogantem. An videret Deum per speciem? Responso-
neque: *Sicut audiuimus sic vidimus* (de qua Castillo in vita S. Th. c. 13. & Alphon-
sus Michael 1. n. 9. 12. n. 2. dub. 1. num. 34.) Egidio sibi dilectissimo communi-
casse. Ad eā enim alludit Egidius incorreptorio, in 1. v. art. 1. *S. istam verita-
tē. Vbi loquendo de sententia illa S. Th. (quae corruptor falsam, & cōtra autho-
ritates Sanctorū appellat) cuius doctrinae (inquit Egidius) Diuinitus inspirata*

si recte intelligatur, omnes praedictae euersiones, & tenebrae evanescent. Vbi ly-
dianitus inspirati ad illam reuelationem alludit.

19 Verum ad aliud beneficium, quo Pontifex Maximus Bonifacius 8.
vniuersae Ecclesia fuit obstricta Egidio, per transeo. Exemplum visum nun-
quam, neque posthac repetitum Coelestinus praebuit, qui ad summum pontifica-
tum euectus dignitati Apostolicae, cuius oneri se imparem agnouit, renuncia-
uit Principibus, Regibusque dolentibus, qui Ecclesiae bona rodere ceperat, reg-
naque integra de voraturi subcessore Bonifacium amissa Ecclesiae recuperantem
recusantes, quod Pontifex esset, & laedoris aspergentes, iam prope aberat, vt
a sede retraheretur, nisi Egidius, libro de Renuntiatione Papae inscripto, ipsum
defenderet, suaque sanctitate, & dignitate Ecclesiae totius aboleret scandalum.
Propterea eandem miraculorum claritatem (inquit loquendo de Coelestino Cardi-
nalis Baronius, anno 1296.) *cum innumerabiles eum iniuria affectum fuisse dice-
rent, adeoque Bonifacij Pontificatum in dubium reuocarent, multi etiam laedoris
aspergerent: Egidius Columna Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professor,
vir propter sanctitatem, & doctrinam apud vniuersos Reges, & Principes mag-
nae autoritatis, pro Bonifacio apologiam doctissimam, titulo de renuntiatione
Papae, librum vnum scripsit, clarissimeque ostendit Bonifacium verum, & legiti-
mum Romanae Ecclesiae Pontificem esse: nulla iniuria Coelestinum fuisse, nec sita-
teque Ecclesiae vniuersalis adductum. Repetit idem Bzobius anno 1296. vnde di-
xerunt nonnulli, Bonifacium non fore Bonifacium, nisi illi Egidius bene faceret
cuius beneficio fecit, ne Bonifacius ad Benedictum rediret.*

Defendit ita-
dem Egi-
dium Bonifa-
cium P. M.

20 Extitit Bonifacij Egidiana protectio ea de causa praeclearior, qua
tenus Bonifacij in sectatores Philippus 4. Gallorum Rex, cuius pedagogia fun-
ctus Egidius fuerat, & Columnenses Cardinales Egidio sanguine conuictissi-
mi praecipui erant. Hi namque (referente Raynaldo in annalibus, tom. 15. in addi-
tionibus repetendis ad annum 1297. ad v. 34.) publice professi sunt grauissimam
obortam controversiam. An Coelestinus Pontificatu se abdicare potuerit? Ac li-
bellum publicarunt, plura argumenta congerendo, quibus persuadere contende-
bant Coelestini cessionem fuisse irritam. Libellum ad litteram adducit Raynaldus,
contra quem Egidius, nec sanguini acquiescens, nec carni, alterū scripsit Apologea-
ticum, & Columniorum satis fecit argumentis. Omnia siquidem argumenta in li-
bello illo adducta ad litteram, & per ordinem, per quem in eo sunt, ab Egidio re-
feruntur refellunturque, lib. de Renunt. Papae cap. 3. vt vtrumque conferenti erit
perspicuum.

Ipsam in se-
quentibus
Gallorum re-
ge, & Colu-
nensibus,

21 Bonifacius porro hominem bene de se, bene de Ecclesia vniuersa meritū (ait
Miraeus sup.) pontificia infula ann. 1295. honorauit, & Biturigibus Archiepisco-
pū dedit, Philippo Pulchro laudate, bonisque omnibus applaudentibus, sed & ordi-
ni nostro, ne ablata ab eo Colūna laboretur, multa contulit beneficia, & priuilegia

Archiepis-
copus Bituri-
censis eligi-
tur.

22 His alijsque atque alijs dignitatibus Egidius noster adeo summi-
sione suffultus, humilis adeo erat, vt nescires, vtra in eo resplenderet micantius sa-
pientiae eminentia, animive voluntaria submissio? Imo extitit tanto excellentior
humilitas, quanto in caelum vsque eius ab omnibus evehebatur excellentia. Tā-
ta equidem erat abiectio voluntaria sui, vt (in viro alias a Patria, a profapia, a di-
gnitate, a Principum, & Regum plausu, & quod plus est ab eminentia sapientiae,
quae Apostolo teste inflat, comendatissimo) valde mirabilis fuerit. Eadem tem-
pestate (inquit Baronius ad annum 1297.) apud Eremitanos Augustinenses flor-
uit Egidius Columna Romanus, nobili Columnarum stirpe natus. Fuit hic pro-
pter singularem vitam sanctitatem, atque doctrinam, in primis charus Philip-
po Pulchro Gallorum Regi, quo iuente libros de Regimine Principum

Humilitas
& modestia
Egidij.

scripsit, & coram quo à Remensibus regressuro loculentissimè per oravit. Eum Bonifacius Pontifex Maximus Archiepiscopum Bituricensem, & Aquitania Primatem creavit. In tanta tam generis, tum doctrinae, tum Sanctitatis prestantia de missionem, & modestiam animi sic cōiunxit, nihil ut in eius descriptionibus, quas per multas, & doctissimas, & Catholica veritati commodas reliquit, in alienis opinionibus refutandis eo temperatius appareat. Proram, & Pupim Theologorum Hieronimus Scripandus Cardinalis doctissimus, & ipse Augustinianus, appellabat. Eadem scribit Bzouius ad annum 1297. & anno 1285. n. 10. Egidius Romanus Theologus (ait Bzouius) Conciliante litterarum, & Sanctitate vitæ creatus est. Archiepiscopus Biturigum. Idem habetur apud Paulum Emiliam, lib. 6.

Eius doctrina catholica veritatis explanationi commoda. Proram, & Pupim Theologorum: Pissimus in celestia PP. & Doctores.

23 Ex tam profunda suimet submissione ortum ducebat pietas in Patres, & Doctores Sacros, quos si contrarij indictis quandoque videbantur, eorum conciliationis satagebat. Verum, & Scholastici Doctores ei venerationi erant, maxime S. Thomas, cui nunquam aliud, quam Magni nomen dabat, & quando ab eius sensu, & sententia putabat ab eundem, etiam in re parula, sui excusabat ingenij tarditatem, exemplum inter alia sit. Cum de subiecto physicae agit, hæc ait humillimus Egidius: Ad hoc potest dici Magistros fuisse huius opinionis: quod in naturali philosophia subiectum esset non corpus mobile, sed ens mobile. Nos, non ut eorum intellectum reprobemus, id quem non attingimus, sed ut teneamus positionem, quam melius intellectu capimus, dicemus in naturali philosophia subiectum esse corpus mobile. Hæc Egidius, quem omnes Doctorem Fundatissimum, quem Tritemius Senensis, & alij in Aristotelica doctrina nulli, suo tēpore secundum: quem Chronicon Generalis, Bergomensis, & alij Theologorum Principem fuisse habitum: quem Cardinales Scripandus, & Baronius, atque Bzouius Pupim, & Proram Theologorum appellarunt.

24 Iustitiam adeo adamavit Egidius, ut illud Ciceronis usurparet nō raro. Solem de medio tollant, qui iustitiam tollunt. His iam alijs, atque alijs virtutibus ornatus, inter primas curas Bituriges suos Divini Verbi pabulo ab vnde lauteque pascere præcipua erat Egidius: & quod maximum omnibus in rebus pondus habet, exemplo ad sanctiorem adeoque cœlestem vitam, & mores quotidie excitare, eorumque se Divinarum rerum dare contemplationi, nauseare terrena omnia, nil sapere, nil cogitare humanum, nisi cum morbida oues opportunè explorarent remedium. Cum quadam die (refert Iordanus) mulier graui morbo vexata, ad eum tanquam pontificali gloria fulgentem accessisset, petens remedium sanitatis, ipse reputans se ad huiusmodi meritum in partem omnino, & indignum, & intendens eam a se curialiter repellere dixit ei. Vide bona mulier, sit tibi secundam fidem tuam: at illa recedens mox curam se persensit. Verum nempe est Verbum Domini dicentes. Quia omnia suntabilia credenti, & alibi fides tua te saluam fecit, sed hæc alio expectant, ut Damascus supra ait.

25 Affedit Concilio Oecumenico Vienenfi sub Clem. 5. ann. 1311. in quo Templariorum Equitum ordo, Ecclesie oppido pridem salutaris, damnatus est, & toto terrarum orbe, simul extinctus. Vnum enim ex illis Patribus fuerunt plusquam trecenti, ut affirmat Binius in notis ad illud Cōcilium) extitisse comperum est. Propter eaque librum contra exemptos scripsit, ut damna, quibus ordo ille fœdatus, ac conspurcatus fuit, quæ, & enormia, & horrenda refert Egidius ibi cap. 21. & 22. præcauerentur in futurum. Hoc constat (ait Miræus supra) ipsum Concilio Vienenfi, in quo Templariorum ordo damnatus est an. 1311. & eadem, quam Biturigis isti habuerunt suis sodalibus impetrasse.

26 In numero Cardinalium ad scriptus, sed non enunciatus est mor-

te præuentus. De quo plura Damascus Coninck supra Andreas Victorinus in Bonifaciam 8. Alphonsus Bricenius in Apparatu ad 1. tom. in Scotum §. 20. n. 49. Sed maior eius gloria (ait Herrera in Alphab. litt. A.) quod tam miraculis, quæ Sanctis operibus exemplarique vita, tantum apud homines nomen comparaverit, quod ab Authoribus communiter titulo Beati decoretur, eiusque effigies beatifico etiam diademate insigniantur. Eum Vener. Alphonsus ab Orozco, & Philippus Bergomensis Beatum, & miraculis clarum: Ambrosius vero Coriolanus in Sancti montis, & in Doctrina singularissimum, & Beatum appellarunt. Sed, & postea addere Herrera Tritemium, & Sixtum Senensem, quos reulimus n. 4. qui Egidium dicunt fuisse vita, & conuersatione deuotum. Et Raynaldum, qui post ea, quæ ex ipso adduximus n. 16. concludit: Coniuncta itaque virtutis, & scientiæ laude in die florescens ad Bituricensem Archiepiscopatum est erectus. Et eos qui apud Baronium, & Bzouium ibi relator Egidium appellarunt Culmen virtutis nobile, Iordanus relator n. 10. qui eum appellat Venerabilem vitam, & constitutiones, ut ibi diximus, quæ eum Beatum appellant, & Miracum, quem reulimus, n. 12. qui ait, quod Egidium modum integritatem totus orbis venerabatur, & Cardinalem Baronium, & Bzouium adductos, n. 19. ubi ait, quod erat, ut propter Sanctitatem, & doctrinam apud Vniuersos Reges, & Principes magnæ auctoritatis, & n. 22. ad id iunxit eundem. Fuit hic (scilicet Egidius) propter singularem vitam Sanctitatem, atque doctrinam charus Philippo Palchro Gallorum Regi, & Bzouium ibi adductum dicentem conciliante litterarum, & Sanctitate vitæ. Posset in super adducere Augustinum nostrum Finitianum Palatii Apostolici Sacristam, qui in Scholijs ad vitas Fratrum, Sixto 5. Pontif. Max. Abato. Ad cap. 22. lib. 2. in Scholio ponit Miraculum B. Egidij Romani. Posset adducere Chroniconem Generalem, & Philippum Bergomensis, qui ut dicimus n. seq. aiunt, quod Egidius miraculis clarus beato sine quieuit, quo Sanctitatis merito Doctor Beatus appellatus est. Posset alios adducere, sed hi sufficient, ut constet Egidium ab immemoriali nomenclatura Beati positum, quare ex recentioribus Beatum appellat Egidium Herrera supra, Damascus Coninck in edit. noua quodlibet. Laurentius Beyerlinck in theatro vitæ humanae litt. R fol. 190. litt. E, Antonius à S. Nicolao in Hist. August. Recollet. i. introduit. 155.

26 Studijs demum (Concludit Miræus supra) ac laboribus exhaustus Auenione anno 1316. decessit, eiusque obitum Chronichō Generalis his Verbis refert anno 1295. Egidius Romanus Ordinis Eremitarum, & Bituricensis Archiepiscopus, ac Primas Aquitanie declaratus, his temporibus ob ingenij magnitudinem Theologorum Princeps appellatus est. Quod quidem Ob ingenij conijci potest, si a curioso lectore eius volumina prospiciantur. Hic namque ex illustri Columnensium Romanorum familia natus cum longo tempore ordinem suum, omnemque Ecclesiam doctrina, & moribus illustrasset, plurimoque labore præceptoris sui S. Thomæ Aquinatis opera apud Parisios defensasset, tantum miraculis clarus beato sine quieuit, quo Sanctitatis merito Doctor Beatus appellatus est. Scripserunt eius auctores Generalem Chroniconem anno 1494. Eadem Philippus Bergom. ad annum 1296: qui sua scripta publicæ luci dedit anno 1488.

27 Hæc perodus Egidiana vitæ, hæc gloria periturā nunquam, tardo licet penicillo adumbrata. Corpus eius Lutetiam translatum sepultumque in Conuentu Augustiniano, iuxta aram templi præcipuam hoc epitaphio insignitur:

*** 4

Hic

Quæ maior eius gloria

Eius obitus, laboribus, & studijs conspicuus Auenione anno 1316: magnitudinem Theologorum Princeps appellatus. Doctor Beatus appellatus.


Corpus translatum Lutetiam Parisiorum.

Hic iacet aula morum, vitæ munditia,
 Archiphilosophiæ Aristotelis
 Perspicacissimus commentator, clavis,
 Et Doctor Theologiæ, lux in lucem
 Reducens dubia, Frater Ægidius
 De Roma Ordinis Fratrum Eremitarum
 S. Augustini, Archiepiscopus Bituricensis,
 Qui obiit anno Domini M. CCCXVI,
 Die 22. Mensis Decembris.

Disticha ad Ægidium Columnam, per F. Petrum Lorente in Comp. Regali Co:
 leg. Aug. Curiolem.

*Herculis in laudem veteres scripsere Columnis
 Hinc non plus ultra, Martis in arte licet
 Non minus Ægidij poterant per arare Columnas
 Hinc non plus ultra. Palladis arte valet.*

Protestor (iuxta decretum SS. D. N. Urbani 8. anno 1625. publicatū, & anno 1634.
 confirmatum, & anno 1631. explicatum) me in hac synopsi elogia virtutes, aut
 miracula virorum, quæ in ea attinguntur, non referre prout ab Ecclesia approba-
 ta, sed manere fidem penes authores, quos refero, viris ipsis manentibus in no-
 men claruræ possessione centum, & amplius annorum, quam possident: iuxta ip-
 sius SS. Urbani 8. permissionem.



IN

INDEX DISPUTATIONVM; ET quæstionum, quæ in hoc opere conti- nentur.

TOTIVS OPERIS INTENTVM TOTIVS OPERIS MATERIA.

DISPUTATIO I.

*De cognitione contingentium merè pos-
 sibilium.*

DVBIVM I.

*An contingentia habeant veritatem de-
 terminatam, & cognoscibilitatem ob-
 iectivam in statu meræ possi-
 bilitatis?*

- Cap. 1. Contingentia in statu meræ
 possibilitatis non habere veritatē
 determinatam, docent communiter
 Patres Thomistæ, & Iesuitæ.
 Cap. 2. Contingentia in statu meræ pos-
 sibilitatis habere veritatem determi-
 natam, ut sententia Ægidij eligitur,
 & a posteriori explicatur.
 Cap. 3. Contingentia in statu meræ possi-
 bilitatis habere veritatem determi-
 natam cū Ægidio explicatur a priori.
 Cap. 4. Contingentia habere veritatē
 determinatam in statu meræ possibi-
 litatis probatur à posteriori.
 Cap. 5. Contingentia habere veritatem
 determinatam in statu meræ possibi-
 litatis, probatur à priori ex actualita-
 te Diuinarum idearum.
 Cap. 6. Contingentia habere veritatem
 determinatam in statu meræ possibi-
 litatis, probatur ex continentia ipso-
 rum in omnipotentia.
 Cap. 7. Contingentia habere veritatem
 determinatam in statu meræ possibi-
 litatis, probatur ex modo essendi co-
 tingentium in Deo.
 Cap. 8. Contingentia habere veritatem

determinatam in statu meræ possibi-
 litatis, probatur ex in distinctione esse
 ab essentia in Deo.

- Cap. 9. Contingentia ut possibilia habe-
 re veritatem determinatam, proba-
 tur ex præsentialitate quam habent
 in æternitate.
 Cap. 10. Contingentia in statu meræ pos-
 sibilitatis habere veritatem determi-
 natam, probatur ex principijs aduer-
 sariorum.
 Cap. 11. Contingentia habere veritatē
 determinatam in statu meræ possibi-
 litatis, probatur ex Scholasticis, Patrē-
 bus, & Scripturâ.
 Cap. 12. Soluitur p̄ i num argumentum,
 & explicatur, quare sit determinatus
 in statu possibilitatis consensus ma-
 gis quam dissensus?
 Cap. 13. Soluitur secundum argumentū,
 & explicatur quid sit actualitas, quæ
 habent contingentia in statu meræ
 possibilitatis?
 Cap. 14. Soluitur tertium argumentum,
 & explicatur, An dētur in Deo idea
 rerum complexarum?
 Cap. 15. Soluitur quartum argumentum,
 & explicantur aliqua difficultates in
 eo implicitæ.
 Cap. 16. Soluitur quintum argumentum,
 & explicatur, An genus causæ forma-
 lis, & materialis cōtineantur in Deo?
 Cap. 17. Soluūtur omnia alia argumēta.
 DVBIVM II.
*An Deus cognoscat contingentia, ut de-
 terminate vera in statu possibi-
 litatis?*
 Cap. 1. Deum non cognoscere contingē-
 tia,

ria, vt determinate vera in statu meræ possibilitatis affirmant plurimi.

Cap. 2. Deum Cognoscere contingencia vt determinate vera in statu meræ possibilitatis proponitur, explicatur, & eligitur.

Cap. 3. Deum scientia naturali cognoscere contingencia, vt determinate vera in esse possibilem, fuit, sententia Egidij.

Cap. 4. Deum cognoscere scientia naturali contingencia, vt determinate vera in statu meræ possibilitatis, fuit sententia S. Thomæ, & aliorum.

Cap. 5. Deum cognoscere contingencia vt determinate vera in statu meræ possibilitatis, rationibus probatur.

Cap. 6. Deum cognoscere contingencia vt determinate vera in statu possibilitatis, probatur ex modo cognoscendi Dei.

Cap. 7. Deum cognoscere contingencia vt determinate vera in statu meræ possibilitatis, probatur ex regulatione, qua scientia Diuina regulat creaturam.

Cap. 8. Deum cognoscere contingencia habere veritatem determinatam in statu meræ possibilitatis, probatur ex Scriptura, & Patribus.

Cap. 9. Soluitur primum argumentum, & explicatur, à quo determinetur Deus in statu meræ possibilitatis vt cognoscatur magis possibilitatem consensus, quam dissensus?

Cap. 10. Soluitur secundum argumentum, & explicatur. An volūtas creata possit impedire scientiam, aut representationem contingentium?

Cap. 11. Soluitur tertium argumentum, & explicatur. Quomodo Deus vi scientiæ naturalis, possit homines prædestinare absque periculo frustrationis?

Cap. 12. Soluitur quartum argumentum, & explicatur. Quomodo contingencia possint esse obiectum scientiæ naturalis?

Cap. 13. Soluitur quintum argumentum, & componitur libertas creata cum præscientia.

Cap. 14. Soluuntur alia argumenta:

DVBIVM III.

In quo medio cognoscat Deus scientia naturali possiblem contingencia, vt determinate vera?

DVBIVM IV.

Sub qua ratione Deus cognoscat contingencia possiblem?

DVBIVM V.

Quomodo appellanda sit hæc cognitio? Et an distinguatur a scientia simplicis intelligentiæ?

DVBIVM VI.

An, & quomodo hæc præscientia distinguatur à scientia media?

Cap. 1. Præscientia distinguitur à scientia media, & visionis ex contingencia contingentium secundum diuersum modum essendi.

Cap. 2. Præscientia hæc ex alijs capitibus distinguitur à scientia media.

Cap. 3. An, & quomodo hæc præscientia distinguitur à sententia Thomistarum explicatur.

DVBIVM VII.

Quas utilitates adducat hæc præscientia ad Theologicas difficultates solvendas?

Cap. 1. Præscientia hæc utilis est ad explicandam summam perfectionem Dei.

Cap. 2. Præscientia hæc est utilis ad explicandam efficaciam auxilij Diuinæ gratiæ.

Cap. 3. Hæc præscientia est utilis ad Diuinam prouidentiam, & prædestinationem explicandam.

Cap. 4. Est utilis hæc præscientia ad componendam libertatem creatam cum Diuina prædestinatione.

DVBIVM VIII.

Quæ in conuenientia euet hæc præscientia?

DV:

DVBIVM IX.

Quæ in conuenientia incurrere videatur hæc nostra sententia, & quomodo vitanda?

Cap. 1. Sententia nostra non incurrit in conuenientia Iesuiticæ sententiæ obiecta.

Cap. 2. Sententia nostra non incurrit in conuenientia, quæ inducuntur contra Thomisticam.

Cap. 3. Sententia nostra non incurrit noua alia in conuenientia, quæ alia euitant.

DVBIVM X.

Quæ sit prima veritas, & prima radix veritatis determinate contingentium?

Cap. 1. Prima radix veritatis determinate contingentium non desumitur à decreto exercito.

Cap. 2. Prima radix veritatis determinate contingentium non desumitur à futuritione absoluta obiectiua, quam habent ante decretum.

Cap. 3. Prima radix veritatis determinate contingentium non est futuritio conditionata ipsorum.

Cap. 4. Prima radix veritatis determinate contingentium est determinatio ipsorum in esse ideali, & representatiuo vt sunt possiblem.

Cap. 5. Deducuntur aliqua pulchra confutatoria.

Cap. 6. Soluuntur argumenta Perezij, & explicatur. Quomodo cognoscat Deus actus liberos nostros, per scientiam à nobis in euitabilem?

Cap. 7. Soluuntur argumenta alterius Recentioris nuper obiecta.

Cap. 8. Soluuntur alia argumenta.

Cap. 9. Cuiusdam alterius Recentis argumenta soluantur.

Cap. 10. Soluuntur adhuc alia argumenta.

Cap. 11. Recopilatur nostra sententia, & in alio sensu iterum explicatur.

DISPUTATIO II.

De cognitione contingentium futurorum sub conditione.

DVBIVM I.

Quid sit contingentis futuritio?

Cap. 1. Sententia constituens futuritio nem in existentia contingentis pro duratione subsequenti proponitur.

Cap. 2. Proponitur sententia constituens futuritionem in determinatione causarum de presenti.

Cap. 3. Futuritio prouenit ab ordine causarum præmissis per scientiam naturalem, quo potest vtraque sententia componi.

Cap. 4. Soluuntur argumenta primæ sententiæ prout militat contra nostram.

Cap. 5. Soluuntur argumenta secundæ sententiæ prout militat contra nostram.

DVBIVM II.

Quid sit futuritio conditionata contingentium?

Cap. 1. Proposito plurium conditionatorum genere dubij titulus explicatur.

Cap. 2. Proponuntur duæ extremæ oppositæ sententiæ, & reijciuntur, vt in sufficientes.

Cap. 3. Proponitur sententia Syluæ, & vt in sufficiens reijcitur.

Cap. 4. Futuritio conditionata est illa, quæ esset, si esset ordo causarum sub quo videtur determinate possiblem.

Cap. 5. Soluuntur aliquæ difficultates circa hanc materiam.


DVBIVM III.

Quæ nam sit prima radix futuritionis contingentium?

Cap. 1. Prima radix futuritionis contingentium non est decretum Diuinæ voluntatis se solo.

Cap. 2. Prima radix futuritionis contingentium non est cognitio conditionata eorum in sua futuritione.

Cap. 3.



Cap. 3. Prima radix veritatis determinatae contingentium regulatiue est præscientia, determinatiue Diuina voluntas.

Cap. 4. Conciliantur duæ sententiæ, cap. 1. & 2. propositæ, & ad nostrâ reducuntur.

DVBIVM IV.

An contingentia vt futura absolute, vel sub conditione habeant veritatem determinatam?

Cap. 1. Proponuntur variæ sententiæ, & dubium aperitur.

Cap. 2. Futura conditionata absoluta, vel conditionata vt talia, neque ante, nec post decretum habent veritatem determinatam.

Cap. 3. Contingentia vt futura nobis, vt existentia, & necessaria, habent veritatem determinatam existentia post decretum, & possibilitatis ante decretum.

Cap. 4. Soluuntur argumenta contra primam partem nostræ sententiæ.

Cap. 5. Soluuntur argumenta contra secundam partem nostræ sententiæ.

DVBIVM V.

An Deus certo cognoscat futura contingentia conditionata?

Cap. 1. Propositis sententijs affirmatiua vt certa eligitur, & ab auctoritate probatur ex Scriptura.

Cap. 2. Sententia affirmatiua probatur ex Patribus.

Cap. 3. Sententia affirmatiua probatur à ratione examinatis prius, aliquorum probationibus.

Cap. 4. Soluuntur argumenta.

DVBIVM VI.

An Deus non solum cognoscat futura contingentia conditionata, creaturarum existentium, vel futurarum, sed etiam possibilem?

Cap. 1. Propositis sententijs affirmatiua vt certa eligitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta.

DVBIVM VII.

An Deus cognoscat futura contingentia conditionata, sub ratione futurorum, an sub ratione possibilitatum?

Cap. 1. Proposita communi sententiæ nostrâ aperitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta.

DVBIVM VIII.

An Deus cognoscat futura contingentia disparata?

DVBIVM IX.

An Deus cognoscat suos actus liberos futuros sub conditione?

Cap. 1. Propositis sententijs negatiua eligitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta.

DVBIVM X.

An Deus cognoscat futura contingentia conditionata in suo decreto per scientiam visionis?

Cap. 1. Proponuntur sententiæ.

Cap. 2. Deus non cognoscit contingentia futura in suo decreto, sed non bene probatur ex exprobratione Berthaidarum.

Cap. 3. De duabus alijs rationibus, quibus probatur Deum non cognoscere contingentia conditionata in decreto, fertur iudicium.

Cap. 4. Deum non cognoscere futura contingentia in suo decreto, probatur efficaciter ex impossibilitate decreti.

Cap. 5. Soluuntur argumenta.

DVBIVM XI.

An Deus cognoscat futura contingentia conditionata, in sua futuritione per scientiam mediam?

Cap. 1. Proposita sententia affirmatiua, negatiua eligitur.

Cap. 2. Deum non cognoscere contingentia conditionata in sua futuritione,

non

non probatur ex discretione vnus ab alio.

Cap. 3. De duabus alijs rationibus, quibus probatur Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in sua futuritione, fertur iudicium.

Cap. 4. Deum non cognoscere futura conditionata in sua futuritione, probatur efficaciter ex Scriptura.

Cap. 5. Deum non cognoscere futura conditionata in sua futuritione, probatur efficaciter ex carentia futuritionis ipforum.

Cap. 6. Deum non cognoscere contingentia futura sub conditione, probatur ex carentia determinatiue scientiæ mediæ.

Cap. 7. Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in sua futuritione, probatur ex impossibilitate obiecti scientiæ mediæ.

Cap. 8. Soluuntur argumenta ab auctoritate Scripturæ sacræ.

Cap. 9. Soluuntur argumenta à ratione.

DVBIVM XII.

An Deus cognoscat contingentia sub conditione futura in suis Ideis per scientiam naturalem?

Cap. 1. Propositis sententijs affirmatiua eligitur.

Cap. 2. Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis ideis per scientiam mere naturalem, à ratione probatur.

Cap. 3. Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis ideis per scientiam mere naturalem, probatur ab auctoritate.

Cap. 4. Soluitur primum argumentum, & explicatur an obiecta conditionata extrahantur ab statu mere possibilitatis?

Cap. 5. Soluitur secundum argumentum, & explicatur, an, & quomodo habeat consensus specialem possibilitatem ab aliquibus causis?

Cap. 6. Soluuntur argumenta Ram, & Nauarreti.

Cap. 7. Soluuntur alia cuiusdam recentioris argumenta.

DVBIVM XIII.

Quomodo Deus cognoscat peccata sub conditione futura?

Cap. 1. Proponuntur tres Sententiæ, & in eis resoluitur dubium consequenter ad dicta.

Cap. 2. aperitur nostrâ sententia de modo concurrendi Dei cum creaturis concurrenti vniversali, & duæ primæ conciliantur.

Cap. 3. Explicatur, quomodo homo per rationem, & dominum se determinet ad actus in particulari.

Cap. 4. Soluuntur argumenta.

Cap. 5. Resoluitur dubium iuxta predictâ doctrinam.

DVBIVM XIV.

Quid senserint Augustinus P. & eius discipuli, circa cognitionem obiectorum conditionatorum?

Cap. 1. Proponitur Semipelagianorum, & Malsilienſium error, & modus quo illum defendebant.

Cap. 2. P. Augustini sententia proponitur, & explicatur.

Cap. 3. Quam præscientiam operum posuerint Malsilienſes, & quam P. Augustinus?

Cap. 4. Soluuntur argumenta Thomistarum prout militant contra nos.

Cap. 5. Soluuntur argumenta Iesuitarum prout contra nos posunt militare.

DISPUTATIO III.

De cognitione futurorum absolutorum.

DVBIVM I.

An Deus cognoscat certo contingentia absolute futura?

Cap. 1. Reiecto errore negante, sententia affirmatiua, vt fide certa statuitur.

Cap. 2. Deum cognoscere futura contingentia, ratione naturali demonstratur.

Cap. 3. Soluuntur argumenta.

DV

DVBIVM II:

An Deus cognoscat futura contingentia in suis causis proximis?

Cap. 1. Proponuntur sententia, & modi quibus defenduntur.

Cap. 2. Deus non cognoscit futura contingentia in suis causis proximis.

Cap. 3. Soluuntur argumenta.

DVBIVM III:

An Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis, ante decretum Divinae voluntatis?

Cap. 1. Propositis sententijs negatiua eligitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta.

DVBIVM IV:

An Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis, post decretum?

Cap. 1. Propositis sententijs, negatiua eligitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta ab auctoritate, & explicatur. An Deus cognoscat futura quia futura sunt, an e contra?

Cap. 3. Soluuntur argumenta à ratione de sumpra.

DVBIVM V:

An Deus cognoscat contingentia nobis futura, ut sibi presentia in aeternitate?

Cap. 1. Propositis sententijs affirmatiua eligitur, & probatur.

Cap. 2. Soluuntur argumenta.

DVBIVM VI:

Qua presentialitate cognoscat Deus ab aeterno futura nobis, ut sibi presentia?

Cap. 1. Proponuntur sententia, & modi quibus defenduntur, & impugnantur.

Cap. 2. Presentialitas qua cognoscuntur futura ab aeterno, non tenet ex parte modi essendi ipsorum in se ipsis, sed ex parte modi essendi in Deo.

Cap. 3. Presentialitas futurorum ex parte ipsorum non est necessaria, ut ab aeterno intuitiue cognoscantur.

Cap. 4. Soluuntur argumenta ab auctoritate.

Cap. 5. Soluuntur argumenta à ratione.

DVBIVM VII:

An Deus cognoscat futura contingentia in decreto sua voluntatis?

Cap. 1. Proponuntur sententia, & modi quibus defenduntur.

Cap. 2. In decreto non cognoscuntur futura contingentia, licet non cognoscantur absque decreto.

Cap. 3. Soluuntur argumenta.

DVBIVM VIII:

An Deus cognoscat futura contingentia in suis ideis practicis?

Cap. 1. Ideae sunt Deo ratio cognoscendi, non respectu actus intelligendi Dei, sed respectu cognitorum.

Cap. 2. Deus cognoscit futura contingentia in suis ideis, posita eorum futuritione a decreto.

Cap. 3. Soluuntur argumenta.

DVBIVM IX:

An futura cognoscantur à Deo in alijs perfectionibus Divinis?

Cap. 1. Proponuntur sententia.

Cap. 2. Defenduntur omnes istae sententiae.

Cap. 3. Haec nostra sententia magis explicatur.

Cap. 4. Soluuntur argumenta.

AD LECTOREM.


DVAS inter de cognitione futurorum contingentium, maxime conditionatorum, hac tempestate celeberrimas sententias (quae optime lector) mediam quandam (Nostrae Fundamentalis Doctoris Aegidij, & aliorum, ut reor, Antiquorum) viginti, & amplius ab hinc annis, sententiam aperire coeperam, & defendere. Accedere nostri huius Collegij nobiscum in lectura concurrentium Lectorum suffragia, & accurata meditatio; ac praecipue P. M. Fr. Petri de Moura, tunc temporis Collegij Lectoris, & Rectoris, huius Provinciae nunc meritisimi vilitatoris, viri tum viuacis ingenij, tum eloquentiae, tum eruditionis, tum ad Aegidianas doctrinas evulgandas proni. Is non semel conferendo, defendendo, & arguendo, & domesticis, & publicis disputationibus sententiam istam auctoritatis pondere euexit. ut quae recenter nata, & vix nota, fuerit non paucum incrementum nacta; adeo ut ipsius potius, quam mei potuerit merito proles nuncupari. Compulit me Magister hic, ut epilogatam ipsam in qua stiuncula ederem: editamque Graues, & Docti vniuersitatis huius Doctores diffusisse impugnant, Nostratibus Theologis, tum in hac Prouincia, tum in Bethica illam defendentibus. Nec defuere Magistri Sacrarum Religionum, qui hic, Compluti, in publicis disputationibus illam etiam propugnarent. Hinc vtrinque litteraria lite agitata, conglomeratis illinc difficultatibus, instinc non vulgaribus doctrinis extricatis, facta est magni ponderis materies. & quae iam iam praemagnitudine laborat, & praegravitate venerabunda discuti petita: & explicari exoptat.

Hac de causa stipulationem, quam tibi obtuleram in quaestione, ad impleturum, ad hunc tractatum apologeticum edendum cogor: in quo sententiam Aegidij valde locupletatam; tum Sacrae Scripturae, tum Sanctorum Patrum, eum Scholasticorum testimonijs refertam tuis obiectibus, & correptioni subterno. Apologeticè satisfacio obiectis, & praecaptor doctrinam, obijciendis forte, praenatio: & grauisimis in theologia difficultatibus eruendis viam aperio faciliorem, fallor forte, sed graui motiuo fallor, si fallor.

Inscribo tractatum hunc *Promptuarium Diuinae Providentiae*: quia ipsius materia est assignare. Quo pacto Deus habeat dominium absolutum praedestinandi homines, independenter a scientia media, & à Physica praedeterminatione; scilicet aspiciendo promptuarium suae omnipotentiae, & idearum, in quo subsunt sibi in promptu media efficacia (sive sint talia à se, sive à consensu) quibus possit hominem perducere ad finem vltimum, vltio absque periculo frustrationis decreti, salua etiam libertate non solum omnibus auxilijs, sed etiam singulis, esto indifferentia sint.

Fuit iste à me labor susceptus, ea praecipue de causa. Quia ver-

ritatibus fidei catholice de saluando perfecto Dei dominio, de notitia Di-
uine prouidentie, & predestinationi pralucenti, alijs, atque alijs valde in-
seruire non raro fuerim conspicatus, conspicabiturque sedulus Lector, hoc
enim viri Theologi debet esse studium, hoc Theologice scopus. Non utique
(ait P. Aug. 14. de Trinit. cap. 1.) quidquid sciri ab homine potest in rebus hu-
manis, ubi plurimum super vacante vanitatis, & noxie curiositatis est, huic scien-
tie tribuens, sed illud tantum modo, quo fides saluberrima, quae ad veram beatitudi-
nem ducit, erigitur, nutritur, roboratur. Hic meus scopus, a quo si a quibusdam
aberrare reputer, defectus corrigatur, non affectus. Vale.



DE




DE COGNITIO- NE, QVA DEVS COGNOSCIT CONTINGENTIA POSSIBILIA, ET FUTVRA CONDITIONATA, ET ABSOLVTA.

TRACTATVS APOLOCETICVS!

AD MENTEM DOCTORIS FVNDATISSIMI AEGI-
dij Romani, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Augusti-
nensium Antesignani.

TOTIVS OPERIS INTENTVM.



IVIS Tracta-
tus materia,
quanto ma-
gis est de co-
tingentibus,
eo minus est
de determi-
natis, & necessarijs; & id circò de mi-
nus cognoscibilibus: qua propter dif-
ficultas de modo, quo Deus cognos-
cit futura contingencia, ex vno partu
nata est cum Philosophia, & gemella
est etiam Theologie Sacrae; in qua
enucleanda non parum sudarunt Doc-
tores, & Theologi, varias semitas ape-
rientes, vt hoc Oceanum transfreta-
rēt. Et licet difficultas de cognitione,
qua Deus cognoscit futura conting-
tia absoluta, & de modo quo illa cog-
noscit, à tempore Magistrī sententia-
rum Petri Lombardi Episcopi Pari-
sienfis (& vt fertur, Sancti Patris Nos-

tri Augustini Regularis Canonici)
hic inde fuerit à Theologis agitata:
tamen difficultas de cognitione, qua
Deus cognoscit futura contingencia
sub conditione, & de modo quo illa
cognoscit, minus acri concertatione
ad haec vsque nostra tempora, imò oc-
casionaliter dumtaxat fuit attracta.
Difficultas vero de cognitione con-
tingentium, vt possibilem, supposita
(meo videri) potius fuit, quam in exa-
men adducta.

2 Igitur cognitionem futuro-
rum contingentium sub conditione,
& modum, quo Deus illa cognoscat
attigit P. Augustinus locis adducendis
disp. 2. dub. 14. occasione erroris Se-
mipelagianorum impugnandi: & pos-
tea aliqui Theologi Scholastici illā
obiter attingere, occasione temporis
aduentus Christi Domini, & item ag-
do de causa predestinationis, ex par-

*Aug. P.
Difficult-
tas de cog-
nitione
conditio-
natorum;
capit tem-
poris Aug-
gust.*

te prædestinati: sed ex professo post Sanctum Cōcilium Tridentinum exagitari cepta vehementi (si quæ alia) concertatione: quia ex tunc Scholastici de efficacia gratiæ, & concordia illius cū libero arbitrio, contra nostri temporis hæreticos acuratus agere coeperunt: Et in duas præcipuas sententiâs abierunt; circa primam radicem futuritionis contingentium conditionatorum; & medium in quo Deus illa cognoscat.

3 Prima igitur sententia docet Deum cognoscere futura contingentia conditionata in se ipsis, & in sua futuritione conditionata, in dependenter ab omni decreto exercito Dei. Sic vno ore Patres Iesuitæ, & plurimi alij, qui eis suffragantur, qui putant futura contingentia conditionata ante omne decretum Diuinæ voluntatis, absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti habere in se ipsis, & in sua conditionata futuritione, determinatam veritatem, & cognoscibilitatem obiectiuam, sub conditione auxiliij indifferentis, ex vi contradictoriarum; & ex alijs principijs: & sic dicunt Deum talia futura cognoscere ante omne decretum exercitum Diuinæ voluntatis; non per scientiam visionis, quia talis notitia ad omne decretum exercitum Diuinæ voluntatis præsupponitur, neque per scientiam naturalem; quia futura illa conditionata, non sunt merè possibilis, sed futura sub conditione auxiliij; sed per scientiam mediam inter naturalem, & liberam, qua regulatur Diuina prouidentia ad suos effectus executioni mandandos, & ad suos fines consequendos, per media libera. Quia existimant prædicti Doctores sine directione huius scientiæ impossibile esse Diuinam prouidentiam, & prædestinationem in demni creaturarum libertate, ad suos fines perducere.

PP. Iesuitarū sententia.

4 Secunda sententia ex diametro opposita docet Deum futura contingentia conditionata cognoscere in suo decreto absoluto, ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti. Sic omnes Thomistæ, qui putant futura contingentia conditionata nullam habere veritatem, nec cognoscibilitatem determinatam ante tale decretum, sed manere in statu merè possibilitatis; & si non dari scientiam mediam inter naturalem, & liberam. Thomistis ad hærent plures Scotistæ (licet in modo ponendi decretum à Thomistis differant) qui omnes putant impossibile esse contingentia extrahi ab statu merè possibilitatis ad statum futuritionis conditionatæ, nisi medio illo decreto absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti; & sic contingentia non posse participare conditionatam futuritionem, & veritatem determinatam; quæ in illa fundatur, nisi ratione huius decreti.

PP. Thomistarū sententia.

5 Tertiam sententiam, docuerunt Agidius (& ut opinor omnes antiqui, Nominalibus demptis) & in terminis non pauci ex recentioribus, in discursu huius operis referendi: qui putant Deum cognoscere futura contingentia scientia merè naturali; ideo que ad illa cognoscenda necessariam non esse scientiam mediam, neque decretum illud absolutum ex parte actus; neque etiam esse possibilem scientiam illam mediam, neque decretum: sed merè scientia naturali posse dirigi, & regulari; & necessario regulandam Diuinam prouidentiam, & prædestinationem, absque præiudicio frustrabilitatis Diuinæ prouidentia, & in demni manente creatura libertate. Quia illa scientia naturali cognoscat Deus se habere in sua potestate consensum liberum voluntatis creatæ (etiam si auxilia sint ab intrinseco indifferentia) & posse illum prædiffinire, si velit.

Agidij, & aliorum sententia.

Quam

Quam sententiam sex ab hinc annis epilogatam nos edidimus in quadam questione: quæ sententia explicatur vno antecedenti (quod est fundamentum totius sententiæ) & duobus corollarijs, quibus sententia hæc stabilitur; & duæ aliæ impugnantur.

Contingentia, & possibilis habent veritatem determinatam.

Probat.

6 Antecedens est. Contingentia in statu merè possibilitatis habent veritatem determinatam, cōsequentem, pro aliquo signo merè possibilitatis: in quo non habent veritatem determinatam eorum contradictoria, aut contraria: & cōtingentia, sicut habent specialem modum possibilitatis, habent specialem modum cognoscibilitatis, intra statum merè possibilitatis, qua cognoscuntur à Deo scientia merè naturali, seu præscientia speculatiua.

7 Verbi gratia cognoscitur à Deo scientia merè naturali hæc veritas, repræsentata in sua essentia, tanquam in prima arte, & idea omnium. Possibilis est voluntas actu, & determinate libere consentiens, virtute huius auxiliij in hoc instanti, & circumstantijs, cum impossibilitate consequenti dissensus. Quod probatur à posteriori, quia in tempore datur hæc veritas determinata. Existit voluntas actu, & determinate libere consentiens, virtute huius auxiliij, in hoc instanti cum impossibilitate consequenti dissensus. Ut patet, cum voluntas consentit auxilio; siue auxilium sit indifferens, siue determinatum. Ergo hoc modo fuit possibilis, & sic cognita à Deo scientia naturali: alioquin aliud quod existens, eomodo quo est existens, non esset possibile, & sic impossibile esset existens. A priori probatur, quia essentia Diuina, & Diuinus intellectus sunt prima regula omnium nostrarum operationum, etiam contingentium, & liberarum. Ergo naturaliter repræsentant illam veritatem sub ratione possibilis: alioquin illa veritas creatæ non esset re-

gulabilis prima arte, & prima regula, nec esset ens per participationem, nec Deus, ut primus artifex, illam veritatem regulareret, quando creatura illam operatur: & sic prima regula non esset prima regula. De quo *sub. 10.*

8 Primum corollarium est. Veritas contingentium sub conditione futurorum non distinguitur ab speciali, & determinata veritate possibili ipsorum, ex parte rei significatæ, sed tantum ex parte modi significandi; sed est eadem veritas possibilis explicata modo conditionali. Inferitur per legitimam consequentiam ex illo antecedenti, nam si hæc propositio est vera. Possibilis est voluntas actu, & determinate libere consentiens, virtute huius auxiliij, in hoc instanti cum impossibilitate consequenti dissensus, etiam hæc est vera, imò est eadem explicata modo conditionali, si esset voluntas in hoc instanti, & cum his auxilijs, sub quibus est possibilis actu, & determinate consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus; erit in ea consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus: nam bene valet, est possibilis determinate consensus ab his causis in hoc instanti. Ergo si fuerint ista causa, à quibus est determinate consensus, erit determinate consensus. Est enim dicere, si ponerentur ista causa influentes determinate in consensus, erit consensus, quæ est per se nota: quia consequens est de intrinseca ratione antecedentis.

Veritas conditionata eadem, ac possibilis.

9 Similiter valet in scientia Diuina, nam si Deus habet hanc notitiâ naturalem, video possibile esse consensus liberum determinate à voluntate, virtute huius auxiliij, cum impossibilitate consequenti dissensus. Ergo si esset in voluntate hoc auxiliij in hoc instanti, in quo est possibilis determinate consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus, erit consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus, est enim

A2

dice-

dicere, si prædifferem consensum in hoc instanti, faciendum per causas liberas, à quibus video possibilem determinatè consensum, erit consensus determinatè.

Non datur scientia media.

10 Secundum corollarium unum est, non est necessaria scientia media, imò neque datur: neque etiam decretum absolutum, ex parte actus, ad cognoscenda obiecta conditionalia, sed hæc cognoscuntur scientia mere naturali. Inferitur per legitimam consequentiam ex antecedenti. Nam ideo necessaria est scientia media, ut fiat consultatio de futuritione consensus liberi, sub conditione auxiliij indifferentis, & aliarum circumstantiarum: ad hoc autem necessaria non est, nec possibilis; nam consultatio est de effectu non dū cognito, ut cognoscatur, utrum futurum sit, nec ne? ergo si scientia naturali præintelligitur Deum cognovisse quid erit futurum, vel non erit, sub quocūque auxilio, pro quocumque instanti, necessaria non est consultatio, nec possibilis, de tali futuritione: quia hæc debet esse de rebus non dū notis à consulenti, & de illi contingētib, alioquin consultatio erit impossibilis.

Nec decretum absolutum ex parte actus.

11 Eadem de causa non est necessarium decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti, ut Deus cognoscat contingētia futura sub cōditione, neque ut contingētia illam futuritionē ideatā, & cognoscibilitatem habeant. Quia tale decretum, ideo est necessarium, ut contingētia extrahantur ab statu mere possibilitatis, & habeant determinationem, & veritatē determinatā, futuram sub conditione, & ut media electioe Diuina, sit vera determinate altera pars, sub illa conditione: ad hoc autem non est necessariū, nec possibile. Quia veritas conditionalis non extrahitur ab statu mere possibilitatis, ut dictum est in primo corollario: & in eo statu habent veritatem deter-

minatam futuram sub cōditione, licet absolute possibilē. Nec est, possibilis electio Dei sub illa conditione, sicut nec consultatio: Quia electio est de his, quæ non habent esse determinatū eligenti: nullus enim eligit, ut sit sub tali cōditione, quod infallibiliter scit sub ea cōditione futurum: si enim hoc semel scit, frustranea est electio, & impossibilis. Non enim est possibilis in Deo electio, quæ eligat, quod sit, vel non sit alius mundus, sub conditione, quod ipse velit efficaciter, quod sit alius mundus. Quia electio est de contingētib, & sub cōditione quod Deus velit efficaciter, ut sit alius mundus, necessario erit alius mundus. Ergo semel admissa notitia illa naturali, non est necessarium, nec possibile in Deo decretum illud, absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti ad cognoscenda futura, sub cōditione, esto possibile sit ad alios effectus.

12 Hoc est huius operis intentum; hoc late probandum, & explicandum (absq; præiudicio probabilitatis aliarum sententiarum) ut veritates Catholicæ non vno, sed pluribus modis contra hæreticos defendantur. Ideoque antecedens, seu fundamentum Agidianæ, & nostræ sententiæ, cui tota sententia nititur, probandum erit, tota prima disputatione huius tractatus. Prima vero cōsequētia, seu primum corollarium disputat. 2. à dub. 1. usque ad 5. exclusive; secunda vero cōsequētia, seu secundum corollarium à dub. 10. disputat. 2. usque ad finem: præcipue dubio 10. capis. 4. & 11. cap. 4. & in 3. disputatione agemus, de cognitione futurorum contingētium absolutorum; & sic quidquid de cognitione contingētium tractant Theologi, diffusisse dabimus.

13 Placuit totius tractatus intentum epilogaū in fronte illius dare, ut eo, ut cumque concepto, possit lector facile totum tractatum comprehen-

Intentia hoc ubi probandum.

Contingens est duplex.

hendere, in quo si quid boni inueniatur, Deo erit auxiliante receptum, & à Patre luminum derivatum: ei exhibendæ gratiæ. Si quid ignorantia, & à veritate devium, meum erit, & ex nunc reuoco, & tanquam non dictum haberi volo. Et totum opus non solum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ (ut par est) submitto correctioni, verum & Doctorum iudicio corrigendum subterno.

Authenticis protestatio.

14 Et quia Pontificijs decretis non semel sancitum, ne de efficacia gratiæ puncto, directe, neque indirecte quidpiam prælo mandetur, si aliquando in hoc opere reperitur verbum, quod de determinatione voluntatis creatæ videatur intelligi, semper accipiendum est de determinatione extrinseca causæ secundæ. Nam de determinatione intrinseca, nec ver-

bum adducam: nisi forte referendo, quæ alij Doctores dicunt, ut eorum mens intelligatur, in puncto de cognitione contingētium, ideoque solum referendo, non tractando, nec resolvendo punctum de efficacia gratiæ attinguntur. Nec ex toto opere poterit adduci verbum, ex quo directè, vel indirectè colligi possit, an gratiæ efficacia intrinseca sit, vel extrinseca. Nam nostra doctrina in utraque sententia æque defenditur. Quin potius plurimum possent doctrina nostra conciliari sententiæ: quod Theologi debet esse intentum: & forte nos faceremus, si aliquando possemus: & quis que videbit, hæc nostra sententia semel admissa, difficultatem de efficacia gratiæ feremane pure Philosophicam.

TOTIVS OPERIS MATERIA

1 **H**VIVS Tractatus materia sunt contingētia. Contingens vero illud dicitur, quod potest esse, & non esse. Et est duplex, unum quod est contingens ab extrinseco, aliud quod est etiam contingens ab intrinseco. Contingens ab extrinseco solum, est, quod licet determinate, & absque vlla contingētia perat oriri, & ex se oritur à suis causis proximis, si non impediatur, tamen impediti potest ab extrinseco, ab aliqua causa creata, vel saltim à Deo. Ut pullulatio fructus ab arbore, ex se, & naturaliter petit oriri, & orietur ab arbore, si non impediatur. Quia virtus arboris ex se, & ab intrinseco determinata est ad fructificandum; potest tamen impediti, & sæpe impeditur à corruptione subiectiva feminis, seu radicis, impediēte, ne fructus prodeat, vel recte prodeat; vel à gelu, vel aere, seu ab alia causa extrinseca prohibente fructificationem. Et huius ge-

neris contingētium plures sunt gradus, iuxta magis, vel minus frequentiam prohibitionem: secundum quam magis, vel minus participant rationem contingētiæ. Vnde alia sunt contingētia frequenter, alia raro: ut latè explicat Agidius q. 10. & 11. de cogn. Angel. Et in 2. dist. 7. q. 2. art. 1. in corpore. Et S. Thomas in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. Equibus ea, quæ valde raro à Deo impediuntur, ut motus solis, & similia, simpliciter dicuntur necessaria, licet non sint omnibus modis necessaria.

2 Contingens ab intrinseco est illud, quod ex se, & ex suis prædicatis intrinsecis indifferens est, ut oriat, vel non oriat, à sua causa, & petit à sua causa proxima contingenter, & libere oriri, & causa proxima ex se est indifferens ad illud causandum, vel non causandum: & huiusmodi sunt actus liberi arbitrij; & horum contingētium genus habet aliquam latitudinem penes maiorem inclinationem ipsius causæ

Agid. S. Thom.

Contingētia habent latitudinem

libera ad vnam partem; & penes maiorem, vel minorem motionem cause extrinsece mouentis, scilicet Dei, per suasionis extrinseca, tentationis, &c. ratione quorum possunt magis, vel minus participare rationem contingentiae, & libertatis: vt explicant supra citati Doctores: & haec dicuntur simpliciter contingencia, licet secundum quid possint dici violenta, & necessaria, & de his procedit praesens tractatus.

Contingentia in triplici statu.

3 Rursus haec contingencia ab intrinseco possunt in triplici statu considerari, & esse. Primo, in statu merae

possibilitatis, & vt mere possibilium, & quatenus procedere intelliguntur omnem statum futurationis, & omne decretum exercitum Diuinae voluntatis. Secundo, vt sunt futura sub conditione aliqua, videlicet auxiliij, vel voluntatis Diuinae. Tertio, vt sunt futura absolute. Quare tractatus iste in tres diuidetur disputationes. In prima disputabimus de cognitione contingentium vt mere possibilium. In secunda de cognitione contingentium, vt futurorum sub conditione. In tertia de cognitione futurorum absolutorum.

DISPUTATIO PRIMA

De cognitione contingentium mere possibilium.

De materia huius disputationis nihil astringunt Recentiores Theologi, & an illam potius supponerunt, quam agitarunt, idque circumlatere a nobis tractanda: quia omnium dicendo: um in hac materia basis est, & clavis; & ea bene intellecta coetera facile percipiuntur.

4 DE huius disputationis materia nihil; aut fere nihil astringunt Recentiores Theologi, & an illam potius supponerunt, quam agitarunt, idque circumlatere a nobis tractanda: quia omnium dicendo: um in hac materia basis est, & clavis; & ea bene intellecta coetera facile percipiuntur.

Contingentia posibilia quae.

5 Contingentia mere possibilium sunt illa, quae procedere intelliguntur omnino decretum exercitum Diuinae voluntatis, & omnem statum futurationis exercitae, tam absolute, quam conditionatae, & sic quatenus considerantur secundum sua praedicata essentialia, individualia, & accidentalia, conuenientia ipsis in statu merae possibilitatis, absque ordine ad futurationem exercitam. Et de his procedit haec disputatio.

6 Rursus disputatio haec procedit de cognitione omnino infallibili, & non solum coniecturali; aut probabilis: quia procedit de cognitione qua

regulatur Diuina Prouidentia, & Praedeterminatio.

DVBIVM I.

An contingentia habeant determinatam veritatem, & cognoscibilitatem obiectiuam in statu merae possibilitatis?

7 D Vplex in statu merae possibilitatis potest esse determinatio, & determinata veritas, & cognoscibilitas contingentium: vna qua contingentia sine determinate contingencia, & distincta a non contingentibus: & hanc absque dubio habent contingencia, in statu merae possibilitatis: quia contingentia determinate sunt contingencia, & distincta a non contingentibus, quae sunt determinate necessaria. Altera qua vnum contingens sit determinate possibile comparatione sua causa in ali-

Duplex determinatio contingentium.

qui-

quibus circumstantijs, in quibus non sit determinate possibilis eius contradictorium, aut contrarium, scilicet comparatione liberi arbitrij, in hoc determinato instanti, & sub hoc determinato auxilio: ita vt verbi gratia, in statu merae possibilitatis sit liberum arbitrium determinatum, & actu vnicum cum consensu praedissensu, in hoc instanti, & sub hoc auxilio, ita vt in statu merae possibilitatis detur representatio actualis determinationis voluntatis Petri, exempli gratia, ad consensum, in hoc instanti, & sub hoc auxilio: & in eisdem circumstantijs non detur representatio determinationis eiusdem voluntatis ad dissensum etiam possibilem: sicut in xta eos, qui admittunt scientiam mediam, in statu futurationis prauidetur voluntas conditionate determinata ad consensum, in hoc instanti, & sub hoc auxilio, ita vt in eodem instanti, & sub eodem auxilio non sit dabilis futurius dissensus eiusdem voluntatis, consequenter, sed tantum antecedenter.

CAP. I.

Contingentia in statu merae possibilitatis non habere veritatem determinatam docent communiter Patres Thomista, & Iesuita.

PP. Thomista, & Iesuita.

8 P RIMA sententia negat contingentiam in statu merae possibilitatis habere veritatem determinatam. Ita sentiunt, & sentire debent Patres Thomista, & Iesuita. Quia ideo recurrunt ad statum futurationis conditionatae, vt Deus cognoscat determinationem actualem voluntatis, in quocumque instanti, & sub quocumque auxilio, quia eam determinationem actualem non inueniunt in statu merae possibilitatis: si enim in eo statu cognosceret talena

actualem determinationem, non esset necessarius, nec possibilis ille recursus. Quia supposita tali determinatione, superflua esset consultatio, vel collatio illius voluntatis cum auxilio: & etiam decretum Diuinae voluntatis, quo vellet magis vnam partem, quam aliam esse futuram: vt inuenimus in intento operis, n. 10. Differunt tamen Doctores isti, quia Patres Iesuitae dicunt, illam determinationem in statu futurationis prouenire a voluntate determinante auxilium: at vero Patres Thomista dicunt prouenire a decreto actuali, & praedeterminatione determinantibus voluntatem.

9 Ex antiquis videtur expresse docere hanc sententiam Gilton apud Bachonem in x. distinct. 40. q. 1. art. 2. §. 5. Vbi docet dari in Deo praescientiam complexorum, rerum necessariarum antequam intelligatur actus Diuinae voluntatis, non autem rerum contingentium. Sed in terminis nostrae difficultatis docent hanc sententiam plures Moderni, qui sententiam in quaestiuicula positam ex professo impugnarunt. Scilicet Ioannes Prudentius ex Sacra familia B. Mariae de Mercede huius Complutensis Vniuersitatis Sancti Thomae Cathedrae Primarius, & suis scriptis satis notus, tractatu de Scientia Dei, iam post eius obitum typis mandato, vt audio, ubi hanc sententiam prout antea a nobis explicabatur a priori (quam in manu scriptis a nobis postulatis vidit) impugnat, vt audio. M. Franc. Mendoza, eiusdem Religionis, etiam huius Vniuersitatis Philosophiae Moralis Cathedrae moderatois, in manu scriptis, quae apud me habeo, Gaspar de Moncada ex Societate Iesu Doctor Complutensis, Tract. de praedest. contro. 3. praetextu 4. & alij eiusdem familiae. Et nuper Henao in scientia media hystorice vendicata, in indice Verbo a Villanova Iosephus. Atque in eadem sententia esse

Gilton Bachon.

Prudentius, Mend. Mocad. Henao.

de-

debent, quot quot dicunt scientiam simplicis intelligentiæ non sufficere ad prædestinationem, & ad cognoscendam contingentiam sub conditione futura: quos *dubio sequenti cap. 1. refer. im.*

10 Hi enim in statu meræ possibilitatis nullam determinationem actualem voluntatis agnoscunt, sed merum statum, & signum indifferentiæ: & cum determinata veritas sit necessaria, ut Deus illam cognoscat (nam scientia sine obiecto impossibilis est) ideo dicunt non esse Deum sufficienter instructum ex mero statu possibilitatis, ut videat certò quid erit absolute, aut sub conditione cuiuscumque auxiliij, aut motionis indifferentis: qua propter necessarium recurrunt ad statum conditionatum, in quo Deus conferens voluntatem cum auxilio indifferenti, videt iuxta Iesuitas voluntatem se determinaturam ad unum, & sic cognoscit consensum, vel dissensum, determinate futurum in sua futuritione; at iuxta Thomistas neque hoc sufficit, sed necessarium est decretum actuale Divinæ voluntatis extrahens consensum ab statu meræ possibilitatis.

CAP. II.

Contingentia in statu meræ possibilitatis habere veritatem determinatam, ut sententia Agidij eligatur, & a posteriori explicatur.

11 **S**ECUNDA Sententia affirmat contingentiam in statu meræ possibilitatis habere veritatem determinatam absolute possibilem, & sub conditione futuram: ut explicabimus, *num. 95.* Hanc existimari semper fuisse mentem Doctoris nostri fundamentalis: cuius doctrina non potest aliter habere verum sensum, ut late *dubio sequenti cap. 3.* ostendimus. Hanc sententiam prius explicam

bam à priori, sed quia non ita facile percipiebatur, illam explicui postea a posteriori, & magis ad sensum.

12 Igitur primo explicatur hæc sententia a posteriori, & magis ad sensum: ex his quæ videmus in tempore.

Nam voluntas quando in tempore consentit, est in triplici signo, seu statu. *Primo sine auxilio*, & tunc est in signo negationis consensus salutaris, & eius privationis: quia sine auxilio non potest elicere consensum salutarem. *Secundo est cum auxilio*, (siue sit indifferentis ab intrinseco, siue determinatum) & sic est in signo indifferentiæ, & in determinationis: quia voluntas cum tali auxilio potest se determinare ad utrumlibet: scilicet ad consensum, vel eius carentiam, vel ad dissensum. *Tertio est cum actuali determinatione*, & cum consensu libero, verbi gratia, reddenti impossibilem consequenter carentiam consensus, vel dissensum, pro illo meri instanti, sub eodem auxilio: & sic voluntas est in signo actualis determinationis, unius præalio: scilicet consensus liberi, præ eius carentia, & prædissensu: quia voluntas pro hoc tertio signo virtute auxiliij transit ad statum determinationis per actualitatem consensus, qua abstulit à se in differentiam, quam habebat in secundo signo; consentiendo vocationi: ratione cuius transitus consensus, qui in secundo signo habebat potentialitatem, & in differentiam, & consequenter veritatem in determinatam, acquirit actualitatem, & determinationem, & consequenter veritatem determinatam, subsecutam ad actualitatem: & qui ante erat futurus contingenter, acquirit esse necessarium ex suppositione, & esse existentem, & infert impossibilitatem eius carentiæ, & dissensus. *Quia omne quod est, tam est, necesse est esse.* Et sic licet, ut sit, & antecedenter, scilicet pro signo antecedenti, fuerit in potestate voluntatis, ex suppositio-

Voluntas in triplici signo existentia

Voluntas in triplici signo possibili

ne determinationis, iam non est in potestate voluntatis: quia voluntas non habet potestatem, ut non sit: neque, ut sit dissensus; quæ in potestati, est consequens usum suæ libertatis.

13 Hoc eodem modo voluntas sub ratione possibilis in Divino esse, & in ideis representatur (prout à nobis concipitur) in triplici signo. Primo, sine auxilio, & sic representatur in statu negativis: quia representatur, ut negata ad consensum salutarem: secundo, cum auxilio, & sic representatur in statu, seu signo indifferentiæ: quia representatur, ut indifferentis ad consensum, & dissensum: quia in eo signo est possibilis ei consensus, & dissensus seorsim, & in determinate: ideo que in hoc signo representatur etiam consensus, & dissensus secundum se sumpti, & ut unibiles seorsim voluntati, nullus tamen actu ei univus. Tertio, representatur voluntas cum actuali determinatione, ad consensum verbi gratia: & tunc representatur in statu actualis determinationis: quia representatur cum actuali determinatione ad consensum, & actu liberè consentiens, & ut reddens impossibilem pro illo signo carentiam consensus, & etiam dissensum, impossibilitate consequenti: quia voluntati, ut determinata liberè ad consensum, impossibile est consequenter dissensus, licet sit ei possibilis antecedenter, & etiam consequenter in alio signo, & circumstantijs, & infinitis alijs seriebus rerum.

14 Nec scrupulus subeat alicui (sicut subiit Patri Henao supra) quod dicamus voluntatem representari actu consentientem, & consensum, ut orientem à voluntate: quo videmus significare exercitiū voluntatis, quod non videtur pertinere ad statum possibilitatis, sed ad statum existentiam, vel futuritionis. Quia ille consensus liberè oriens à voluntate, & illud exercitiū non est exercitiū in tem-

porè, sed exercitiū in tempore exercendi representatio, & possibilitas. Aliud enim est ortus, vel egressio consensus à voluntate in proprio esse, & natura existens, aliud vero eius representatio; sicut aliud est Rex in esse reali, aliud vero Regis imago, & representatio. Primum enim est Rex ipse, vere existens in se, secundum autem est Rex in esse representativo, & ideali. Et sic est voluntas actu consentiens, & etiam consensus oriens à voluntate in statu possibilitatis, est enim ibi in esse representativo, & ideali, sicut sunt omnes actiones creaturarum, in sua prima arte representata, & in sua prima causa contenta, & sic existentes in Deo, & ipsi præsentis ratione aternitatis: licet in se sint in potentia, ut prædeterminantur à Deo, ut sint in actu exercito in propria natura, & in tempore. Et hoc animadverti in *quasi unum cula, num. 56.* Vbi dixi esse animadvertendum, & valde notandum, ad tollendam æquivocationem.

15 Nec rursus subeat alicui scrupulus, quod dicamus in tertio signo esse impossibilem dissensum consequenter. Quia non dicimus esse impossibilem absolute, & simpliciter; sed in circumstantijs illius tertij signi: quia absolute est possibilis, & etiam in ipsa voluntate sub eo auxilio, & in eo instanti tertij signi antecedenter, quia pro secundo signo voluntas representatur, ut indifferentis, & cum potentia ad consensum, & dissensum: sicut enim in tempore, quando voluntas in tertio signo actu consentit, est impossibile in ea dissensus pro eo instanti, & sub eo auxilio, licet sit possibilis absolute, & in eadem voluntate pro eo tertio instanti, & sub eo auxilio, etiam sit possibilis antecedenter: quia pro signo antecedenti, potuit ponere dissensum, sicut possuit consensum, quamvis ex suppositione determinationis, non possit. Sic etiam in statu meræ possibilitatis

Aliud exercitiū aliud exercitiij representatio.

Quomodo in 3o signo impossibilem dissensum.

Aduersariorum mens.

Mens Agidij, & Anthonis.

Henao

eis in tertio signo in quo representatur voluntas actu consentiens, est impossibilis in ea dissensus, consequenter pro eo signo, & circumstantijs, quibus possibilis sit ei absolute, & in eadem voluntate pro tertio signo sit possibilis antecedenter. Quia in eo statu representatur, ut factibilis voluntas à Deo, sicut defacto est à Deo facta.

Inferatur de Trina. 16 Et instatur hæc doctrina in omni sententia. Nam in sententia admittente scientiam mediam, in signo solius antecedentis, seu hypotetis auxiliij, potest esse futurus consensus, & dissensus seorsim, & tamen in signo consequentis, in quo videtur futuritio consensus, sub illa hypotetis, non potest esse futuritio dissensus. Quod ergo dicitur in hac sententia de futuritione conditionata, dicimus nos in sententia Ægidij de possibilitate. Similiter in sententia Thomistica, licet in voluntate secundum se semper sit possibilis dissensus, tamen ut stat sub prædeterminatione, non est possibilis dissensus, in sensu composito, seu consequenter. Quod ergo dicit sententia Thomistica de voluntate, ut prædeterminata à Deo, dicimus nos de voluntate determinata, & prout intelligitur, ut actu determinata representari. Quinimo hoc in alijs rebus est etiam dicendum. Homo enim iustus potest considerari in statu possibilitatis, ut homo est præcis se, & ut iustus, & licet in homine sit possibile peccatum, non tamen in homine iusto, & idem constat in humanitate Christi Domini, in homine cæco, & in alijs. Quod etiam explicui in quaestione à num. 52. sic Ægidius cap. 4. ad ducendus. Nec refert, quod pro secundo signo sit possibile, & contingens, voluntati consentire, determinare. Nam licet hoc verum sit, tamen pro 3. signo voluntatem determinate consentire, contingenter esse possibile, non est contingens, sed necessarium, non solum necessitate consequenti comparatione

voluntatis creatæ, sed necessitate antecedenti comparatione Dei. Possibilitas enim determinata consensus contingentis non dependet à voluntate creatæ, aut increata. Quod valde nota, ut sententiam nostram à scientia media distinguas ex obiectis: obiectum enim formale scientiæ mediæ est consensus contingens, & determinate conveniens voluntati: seu illa unio contingens consensus liberi cum voluntate, qua voluntas contingenter, & liberè est determinata, in qua unione, & determinatione fundatur veritas omnino contingens, quæ est obiectum formale, & ratio sub qua obiectum illud formaliter attingitur à scientia mediæ: quæ idcirco, & libera est creaturæ, & omnino cõtingens Deo. At obiectum formale scientiæ simplicis intelligentiæ, seu præscientiæ, quam defendimus, non est consensus contingenter conveniens voluntati, seu illa unio voluntatis cum consensu libero (hoc enim totum est obiectum materiale præscientiæ) sed possibilitas illius complexi, ex voluntate, & consensu contingenti constantis, seu connectio essentialis, quam habet illud complexum cum sua determinata possibilitate, sub qua attingitur à præscientiæ: & licet voluntati contingenter conveniat consentire, tamen voluntati contingenter, & determinate consentire necessario convenit possibilitas specialis: sicut, licet Petrum existere sit contingens tamen Petrum existere esse possibile est necessarium. Unde, licet voluntas contingenter sub sit suo consensui determinato: tamen voluntas contingens, & determinate consentiens necessario stat sub sua possibilitate: quare, licet obiectum scientiæ mediæ ex suppositione sit necessarium, tamè suppositio est contingens, & auferibilis à voluntate: obiectum vero præscientiæ ex suppositione necessarium est, & suppositio in auferibilis à voluntate.

*Distin-
tio præ-
scientiæ
à scientia
mediæ.*

*Divina
essentia
representat
omnibus
modis.*

*Ægid.
D. Tb.
S. Bon.
Bachon.*

tate: non enim potest facere voluntas creatæ, aut Divina, ut eius determinatio, non sit determinate possibilis. De quo Dub. 6.

CAP. III.

Contingentiâ in statu mere possibilitatis habere veritatem determinatam, cum Ægidio explicatur à priori.

17 **S**ed iam explicemus nostram sententiam à priori (ut illam videtur explicare Ægidius) iuxta quem dicendum Divinam essentiam ratione suæ infinitæ actualitatis in representando, & operando, representare, & continere in esse possibili, & sub ratione possibilis, quid quid stetit, existit, futurum est; & est possibile existere; in rerum naturâ, & eodem modo quo stetit, existit, futurum est; & existere potest, & quid quid est possibile, cum omnibus modis, & dependentijs; & circumstantijs specificis, & individualibus, & accidentalibus, quibus possibile est: & sic cum consensus liber actu oriens à voluntate, seu hoc complexum, voluntas actu, & determinate liberè consentiens, in hoc instanti, & sub hoc auxilio cum impossibilitate consequenti dissensus, sicut est defacto in voluntate Petri, possibilis sit: fit, ut talis consensus hoc modo contineatur, & representetur in esse Divino, & ideis sub ratione possibilis, & sub hac representatione habeat veritatem determinatam, ut est in esse Divino determinatus, & Deo præsens, in æternitate, sicut habet veritatem determinatam, quando defacto est nobis existens, & præsens in tempore. Sic videtur sentire Ægidius cap. 5. & sequentibus adducendus. S. Th. & S. Bonaventura, Bachon, & plures alij num. 44. adducendi.

18 Iuxta Ægidium ergo, & iuxta hos Doctores, & iuxta Patres adducendos disp. 3. à num. 252. distinguendus est duplex ordo rerum, seu duplex modus existendi rerum, tam necessariorum, quam cõtingentium: unus quo ante omnè decretum Divinæ voluntatis existunt res. Ut possibles, in Divino esse, modo representatio, & ideali, invariabili, & immutabili: quomodo representantur omnino naturaliter in ideis, & in Divina arte, sub ratione veri, & sub ratione factibilium à Deo, si velit: in quo modo essendi fundatur præsentia, quia sunt Deo præsentia secundum suum esse contingens, & determinatum in æternitate. Alter quo post decretum Divinæ voluntatis existunt res in esse reali, & exercitio in propria naturâ; modo variabili, & mutabili: in quo modo essendi fundatur præsentia, quares sunt præsentia creaturis secundum esse cõtingens, & determinatum in tempore. Et ille primus modus essendi cum sit idealis, & representativus, & primi artificis, & primæ causæ, est representativus omnino naturaliter, & in dependentia à creaturis (non enim prima, & infinita ars omnium factibilium potest dependere ab aliquo artificio) tam rerum in complexarum, quam cõtingentium: quia ab illa prima arte, & idea, tanquam à prima ratione imitabilitatis dimanat, (media Divina voluntate applicante illam artem ad operandum) totus ordo rerum existentium, tam sub ratione entis, quam sub ratione veri; tam indeterminati, quam determinati: ac proinde illa veritas determinata, quam habent contingentiâ in ordine existentium, & futurorum, dum voluntas actu, & determinate consentit, non potuit non esse actu, & determinate representata in aliqua idea propria, cuius imitatione illa veritas determinata in tempore existens,

*Duplex
modus ef-
fendi re-
rum.*

*Primæ
ars causæ
sa, & re-
gula om-
nium.*

tens, & illud complexum individua-
le. Voluntas actu, & determinate libe-
re consentiens in hoc instanti, sub hoc
auxilio, cum impossibilitate consequē-
ti diffensu, dicatur, & sit ens per par-
ticipationem, & imitationem, & sic cō-
tingentia in statu meræ possibilitatis
non possunt nō habere veritatem de-
terminatam in Diuina arte tamquam
in prima arte.

Agid. 19 Hinc Agidius de prædestina-
tione, & præsentia cap. 2. ait secun-
dam hoc ergo dicemus, quod scientia
Dei (scilicet simplicis notitia, vt con-
stat ex antecedentibus) suo modo se ha-
bet ad fienda, sicut scientia nostra ad
facta: sicut ergo, quæ scimus esse facta,
facta sunt, & propter nostram scire, il-
la non sunt facta, ita, vt contingenter,
& necessario eueniant, secundum exi-
gentiam sui generis, sic quæ Deus scit
fienda, sunt fienda necessario, & con-
tingenter, prout eorum genus requirit.
Ecce ubi Doctor fundamentalis docet
scientiam Dei suo modo se habere
ad fienda, & factibilia, sicut scientia
nostra se habet ad facta: quia scilicet
ille ordo rerum factarum, cum omni-
bus modis, quibus sunt facta, & nobis
in tempore præsentis, præsentia-
litate fundata in modo essendi, quem habent
in propria natura, & duratione tempo-
rali (quem modum essendi habent à
Diuina voluntate, & à causis secun-
dis,) fuit etiam in esse representatio,
& ideali in esse Diuino, & in ideis, &
omnipotentia, cum omnibus talibus
modis, præfens Deo in æternitate, sub
ratione possibilis, ante omne decre-
tum, præsentia-
litate fundata in tali
modo essendi in Deo: ratione cuius
æternaliter se habebant res, vt facti-
biles ad Diuinam scientiam, sicut vt
iam facta se habent ad nostram.

Agid. 20 Vnde infert Agidius, quod si
Deus scit cut nos, quæ scimus esse facta sunt, &
re facien propter nostram scire illa non sunt fa-
cta, secun-
da, ita vt contingenter, & necessario

ueniant secundum exigentiam sui ge-
neris: sic quæ Deus scit faciendæ, sunt
fiendæ necessario, scilicet modo illo ef-
fendi inuariabili, quo res Deo sunt
æternaliter præsentis, secundum esse
possibile, res representantur Deo om-
nino naturaliter, & necessario, secun-
dum modum proprium rei cuiusque,
scilicet necessaria necessario factibi-
lia, & contingentia, contingenter de-
terminata, vt factibilia necessario de-
terminanda, & contingentia, contin-
genter determinanda.

21 Ex quo vterius fit (vt ibidem
docet Agidius) quod in his, quæ sunt
præsentia, æque certissimus, & æque
non fallimur in contingentibus, sicut
in necessariis, vbi præsentia-
litate video
cælum moueri, & auem volare, æque
non fallor, & æque certus sum de vo-
lata auis, sicut de motu cæli: quæ tamen
cælum moueat, & auis cō-
tingenter. Quia scilicet præsentia-
litas, quæ est ratio formalis videndi, æqua
est in vtroque, & vtrumque sub eadē
ratione necessaria videtur, & quod cœ-
lum moueatur necessario à sua causa,
& auis contingenter à suo instinctu, de
materiali se habet comparatione meræ
visionis: licet moueri necessario, &
contingenter fiat differentia forma-
les comparatione cæli, & auis: & dif-
ferentia formales, & per se rerum in-
ter se comparatarum, sunt materiales
comparatione potentia vniuersalis,
& illis superioris.

22 Sic sub infert Agidius. Quia
totus ille cursus est Deo præfens (scili-
cet in esse Diuino, vt ipse explicat in
defensorio Sancti Thomæ 1. p. art. 31)
in nullis fallitur, & in omnibus est in-
fallibiliter certus, sicut necessario, sicut
contingenter eueniant. Quia scilicet,
licet motus solis necessario eueniat à
suis causis, & volatus auis cōtingen-
ter, & consensus liberè, hæc sunt diffe-
rentia materiales, comparatione Di-
uina cognitiois, & representationis,
qua

qua representantur in ideis Diuinis,
modo inuariabili sub ratione factibi-
lium.

23 Ex quibus iam colligitur cō-
tingentia in statu meræ possibilitatis
habere veritatem determinatam. Quia
in eo statu representatur consensus,
vt bi gratia, liberè oriens a volunta-
te in hoc instanti, sub hoc auxilio, cum
impossibilitate consequenti diffensus,
sicut habet veritatem determinatam
motus cæli, & volatus auis. Imò ab
hac veritate inuariabili regulatur ve-
ritas, quam habet consensus, vt factus
in tempore, quia vt docet Diuus Tho-
mas 1. contra gentes cap. 62. Diuina ve-
ritas est prima, & summa veritas, &
alia veritates regulantur per illam: &
se habent sicut veritas artificiarum
ad artem artificis, & vnum quodque
mensuratur primo sui generis, vt Phi-
losophus tradit, in 10. metaph. De
quo etiam plura noster Gerardus q. 1.
prolog. art. 1. & nos cap. 5. aliqua attinge-
mus, & plura dub. sequenti d. n. 257.

D. Th.
Gerard.

CAP. IV.

Contingentia habere veritatem deter-
minatam in statu meræ possi-
bilitatis probatur à poste-
riori.

24 **P**ROBATVR ergo nostra
sententia, primo à poste-
riori, & per magis nota.
Quia in esse Diuino in esse representa-
tuo, & ideali, datur voluntas actu de-
terminata ad consensum, in hoc instan-
ti, sub auxilio, & cæteris requisitis ad
consensum, ergo consensus habet ibi
veritatem determinatam. Probatur
consequentia. Quia veritas fundatur
in actualitate, & determinatione libe-
ri arbitrij ad alterum ex extremis.
25 Antecedens in quo est diffi-
cultas, probatur à posteriori. Quia

*Voluntas
est deter-
minata
in esse
ideali.*
*Quia in
tempore*

voluntas in tempore in signo tercio
cap. 2. explicato, quod est determina-
tionis, est actu determinata in esse rea-
li exercito ad consensum, in hoc instā-
ti, & sub hoc auxilio, & cæteris circū-
stantijs, vt patet. Ergo totum hoc, eo
modo, quo est existens in tempore mo-
do proprio, & mutabili, fuit possibile:
alias aliquid eo modo quo est existēs,
non esset possibile, & sic aliquid im-
possibile existeret. Ergo in esse repræ-
sentatio, & ideali datur voluntas de-
terminata ad consensum in hoc instan-
ti, & sub hoc auxilio.

*est deter-
minata
in esse rea-
li.*

26 Hoc fundamentum adeo est
firmum, vt plures dicant non posse ne-
gari. Quare Reuer. P. Mag. Fr. Petrus
del Catillo in approbatione nostre
questiuncule, loquendo de hac nostra
sententia ait. In cuius fundamentali rati-
one omnes conuenire debent. Et illud
esse certissimum, & euidentissimum,
admittunt ex aduersarijs, Doctores
Mendoza, & Moncada: vt referam du-
bio sequenti num. 230.

*Castillo
Fundam-
entum
authoris
certissi-
mum qui-
busdam*

27 Huic fundamento dupliciter
duntaxat potest responderi. Primo ne-
gando illud tertium signum determi-
nationis. Secundo, eo admissio, dicēdo
Deum non cognoscere veritatem con-
tingentium. Secundam solutionem la-
te impugnabimus, dubio sequenti, n.
231. Nunc duntaxat impugnabimus
primam: quia hic solum intendimus cō-
tingentia habere veritatem determi-
natam in tertio signo determinatio-
nis, quod est obiectum scientia Diui-
na: quomodo autem Deus cognoscat
veritatem cōditionatam dicemus. 95

*Illud ta-
men ne-
gant alij*

28 Igitur respondet Mendoza,
negando illud fundamentum, & pos-
sibile esse illud tertium signum, in sta-
tu meræ possibilitatis. Quia in cō-
tuit nō potest representari voluntas
actu determinata ad cōsensum, sed re-
presentatur actu, vt possibilis se deter-
minare. Et hoc fuit iudiciū aliorum in
hac Vniuersitate S. Thomæ Cathedrā

*Menda-
Et eorum
solutio est*

Doctor Ros.

Primariam summo plausu regentium, quos Mendoza sequitur, sententium non esse possibile illud tertium signum a nobis assignatum, prout a secundo distinctum: nec posse aliter hanc nostram sententiam impugnari. Quia illo tertio signo admissio, cetera legitima consequentia deducuntur, scilicet sufficere hanc scientiam ad Divinam providentiam, & predestinationem, & non esse necessariam, nec possibilem scientiam mediam, nec decretum Thomisticum ad cognoscenda contingentia sub conditione futura. Et in hoc (ait Mendoza) stare totam equivo- cationem nostrae sententiae, quod ex actualitate, & determinatione subiectiva, arguimus obiectivam.

Quia actualitatis solum est subiectiva, non obiectiva

29 Videtur ergo hic Doctor asserere in statu merae possibilitatis actualitatem voluntatis solum se tenere subiective ex parte representationis idearum quia actu representatur, quidquid ibi representatur, non vero obiective, & ex parte determinationis consensus representati: & sic voluntas actu representatur, non tamen actu determinata obiective, sed ut actu possibilis se determinare in statu futuritionis, vel existentiae in tempore.

Sed sibi contradicunt.

30 Sed in primis hic Doctor in principio affirmavit Thomistas, & Iulianas possuisse illud tertium signum a nobis cap. 2. positum, & non posse non ponere illud: quia est unum ex possibilibus; postea autem cum videretur vi consequentiae ad negandam necessitatem decreti Thomistici, coactus est regredi, ad negandum tertium illud signum, quod non paucis accidisse experti sumus. Qui illa tria signa tamquam certa principia, & veluti dignitates (sic enim vocantur primae animi conceptiones ut Egidius explicat in prologo ad libros posteriorum dub. 6.) admittunt. Postea autem cum vi illationum vigeantur, illa quae tamquam primas animi concep-

Egidius

tiones habebant, coguntur negare. 31 Impugno ergo hanc solutionem, probando in essentia Divina in statu merae possibilitatis non solum representari actu voluntate, ut actu possibile se determinare (hoc enim representatur in secundo signo, quod est in differentia) sed etiam representari actu, voluntatem actu determinatam ad consensum, & actu unitam consensui, praedissensu, & sic actualitate, & determinatione subiectiva, & obiectiva: & sic refutatio nostrum fundamentum.

Voluntas esse subiective, & obiective determinata.

32 Quia in tempore non solum est voluntas existens actu, in primo signo, & non solum est voluntas existens actu, & actu potens se determinare, ut est in secundo signo, sed etiam est voluntas actu existens, & actu determinata per consensum in tertio signo, ut patet. Ergo in essentia Divina in statu merae possibilitatis non solum representatur actu voluntas, ut actu possibilis se determinare, (qualiter representatur in secundo signo) sed etiam actu representatur voluntas, actu determinata per consensum, & ex parte obiectiva. Nam omne illud, quod est in tempore, & eo modo quo est in tempore representatur in statu merae possibilitatis, sub ratione possibilis, & omne quod est in statu existentiae, est in statu possibilitatis; dumtaxat variato modo status existentiae, & possibilitatis.

Probat ex determinatione tempore.

33 Unde in statu existentiae temporalis non possunt negari tria signa voluntatis constituentia tria entia omnino distincta. Primum est voluntatis absque auxilio, & hoc est signum negationis constituens hoc in complexum voluntatis. Secundum est voluntatis auxiliata, & hoc est signum indifferentiae, constituens hoc complexum voluntatis auxiliata, scilicet voluntas unita actu auxilio, & cum impossibilitate caritativae auxiliij, in quo voluntas est indifferens ad consensum, & dissensum, scorsim, & secundum se sumptum.

In tempore tria signa in voluntate.

Ter-

Tertium est voluntatis consentientis actu, & hoc est signum determinationis, constituens hoc complexum voluntatis actu determinata, & actu habens consensum, & cum impossibilitate consequenti dissensus: in quo voluntas est actu habens consensum, & determinata actu non solum subiective, sed etiam obiective, constituens aliud ens omnino distinctum a precedenti, & ab omni ente possibili, & existenti. Ergo debent dari in statu merae possibilitatis tria haec signa, & tria haec entia possible, & tria representativa horum entium possible, omnino distincta, vel fatendum aliquod ens existens, eo modo, quo est existens, non fuisse possibile, quod nullus conceder.

Aequivo- catio ad- versario- rum.

34 Unde aequivo- catione passus est Mendoza, in non distinguendo tertium signum a secundo, quia in secundo voluntas actu representatur subiective, ut possibilis tamen determinari obiective, in tertio vero representatur actu, ut actu determinata obiective per consensum, & cum impossibilitate determinationis obiectivae per dissensum. Quia quid quod est existens, eo modo quo est existens, debet esse possibile: & in tempore, in tertio signo, est voluntas actu existens subiective, & actu determinata per actualitatem unitam, & habitationem consensu obiective, & quidquid est in rerum natura temporaliter mutabiliter, debet esse aeternaliter, immutabiliter in Deo.

Egidius D. Ans. Bachon.

Nostrum fundamē- tum D. Anselmi.

35 Hanc rationem insinuat Egidius in Verbis d. n. 19. allatis, & D. Anselmi de praesentia, & praedestinatione capite primo dicens. Sic utique sine ulla repugnantia dicitur aliquid esse mutabile in tempore: antequam sit, quod in aeternitate manet immutabiliter: non antequam sit, sed in desinente: qui nihil est ibi secundum tempus. Et reddens rationem subdit. Na hoc in sum ibi est aeternaliter, quia temporaliter aliquid est. Vbi a posteriori arguit. Temporaliter ali-

quid est, ergo aeternaliter, & immutabiliter in Deo fuit. Et hoc naturaliter, & non contingenter in Deo representatum, quia ait, quod in aeternitate manet immutabiliter. Unde Bachon in 4. d. ff. 1. q. 4. art. 2. cum D. Anselmo loco citato ait, quod omnia, quae eveniunt, sunt ex necessitate, sive ex libertate, apud Divinam scientiam sunt necessario scita, & immutabilia, quia apud Deum mensurantur aeternitate (quae est tota simul apud nos) & in se ipsis sunt mutabilia, quia temporali subiecta, sunt (inquit) necessario scita, & immutabilia. Quia mutabilia in tempore, in Deo necessario representantur, & modo immutabili sunt.

CAP. V.

Contingentia habere veritatem determinatam in statu merae possibilitatis, probatur a priori ex actualitate Divinarum idearum.

36 Secundo probatur nostra sententia, a priori, ex infinita actualitate in representando Divinarum idearum. Quia ideae Divinae sunt actu infinite in representando, ergo in statu merae possibilitatis, & ante omne decretum Divinae voluntatis necessario representant voluntatem creatam actu consentientem, & actu determinatam ad consensum, vel dissensum, & consequenter in eo statu consensu, vel dissensu, qui sunt contingentia habent veritatem determinatam.

Idea res presentant voluntatem consentientem.

37 Consequentia probatur primo. Quia si ideae non representarent voluntatem sic actu unitam consensui, & hoc complexum voluntas actu, & determinate consentiens, sed solum ut complectibile (ut dicunt aduersarij) non essent actu infinite in representando; cum non representarent voluntatem actu unitam consensui libero, vel dissensui; sed essent aliquomodo finita, & defectibiles, & potentiales:

Alias non infinite.

quia ad representandum tale com-
plexum, expectarent decretum Diuinæ
voluntatis exercitum, vel determina-
tionē exercitā creaturæ. Et vt docet
noster Gerard. in 1. dist. 38. q. 1. art.
1. Vbi concipitur expectatio, con-
cipitur potentialitas passiva, & conse-
quēter limitatio, & defectibilitas, quæ
necessario potēcialitatem cōsequitur.
Ergo si sunt infinitæ in representādo,
naturaliter debēt representare omne
ens, & omne verum possibile, ac proin-
de illud complexum, quod est verum
ens possibile.

38 Secundo probatur consequētia.
Quia vt num. 23. diximus cum S. Th.
& est per se notum, veritas primæ ar-
tis est prima regula, qua regulātur om-
nes veritates creatæ, & cui debent cō-
figurari, vt sint rectæ: si autē ideæ Di-
uinæ nō representarent actu natura-
liter veritatem illius cōplexi actualis,
veritas determinata, quam habet il-
lud complexum, dum actu est in tem-
pore, esset prima regula, quia non re-
gularetur alia priori increata, & pri-
ma veritas nō esset prima, nec infinita.

39 Vnde vt late noster Gerardus
q. 1. prolog. art. 1. §. secunda conclusio, &
de incept. Veritas creatā a scōtibilibus
abstracta non terminat nostram cog-
nitionē, & nostrū conceptū, nisi median-
te regula Diuinæ artis, per quā est mē-
surata. Quia veritas illa creatā non ha-
bet rationē obiecti veridici, & immu-
tabilis, & inuariabilis secūdu se sūpta;
vt sic enim est mutabilis, & variabilis;
sed tantum prout cōformatur regulæ,
& veritati existenti in Diuina arte, in-
uariabiliter, & immutabiliter. Ex quo
intelligitur (vt ibidē infert hic Auctōr)
quomodo sit intelligendum, quod vni-
uersalia, & veritates, de quibus sunt
sciētiæ speculatiuæ, sint æternæ: non
enim sunt æternæ secundum se, cū vt
sic, sint variationi obnoxia, sed quia
habent modum inuariabilem in arte,
& ideis Diuinis, æternaliter: & hoc ad

dit) desumitur ex Parente Aug. 12. de
Trin. cap. 14. Vbi ait. Res propter æter-
nitatē, in quas sunt, manent absque ali-
qua mutatione temporū, & 4. de Trin.
c. 7. In æterna veritate, ex qua omnia fa-
cta sunt, formā, secundum quam sumus,
& secundum quā, vel in nobis, vel in
corporibus vers. & recta ratione quid
operamur, visu mentis conspiciamus, at-
que inde conceptam rerum ver. cō not-
itiam apud nos habemus, & lib. 12. c. 2.
Rationis est iudicare de istis corporibus
secundū rationes in corporales, & sem-
piternas. Et 12. confessions. Si imbo vi-
demus verum esse, quod dicit, & imbo
videmus verum esse, quod dico: vbi, quæ
sola videmus, neque ego vbiq; in te, nec
tu in me, sed imbo in ipsa, quæ sup. i-
mentes nostras est, incommutabili verita-
te. Et de vera religione cap. 31. affirmat,
nos secundum veritatem Diuinā de omni-
bus iudicare; atque hinc patet quomo-
do vera sit opinio Plat. de ideis, quod
deseruiant nobis ad cognitionem. Si
enim sentit esse in mente Diuina, vt di-
cit Parens Aug. vera est, & necessaria;
nec quisquam, ideis non intellectis, sa-
piens dici potest, vt ait P. Aug. lib. 83.
questionum q. 46. quia quacumque ve-
ritatē factam cognoscimus, ideo vere
cognoscimus, quia cognoscimus illā,
vt regulatā eadem veritate modo im-
mutabili existenti in ideis Diuinis. De-
bet ergo esse quacumque veritas de-
terminata contingentium, in tempore,
existens modo variabili, & mutabili;
in ideis Diuinis modo inuariabili sub
ratione possibilis, & modo præsentia-
li, alioquin ideæ Diuinæ nihil horum
habebūt. De quo vltimus n. 257. vide
Arimenens. q. 1. prolog. art. 1. circa finē. Si idea

40 Tertio probatur consequentia.
Quia si ideæ Diuinæ in statu meræ pos-
sibilitatis, & ante omne decretum Di-
uinæ voluntatis nō representarent natu-
raliter voluntatem creatam actu cō-
sentientem, & cōplexē significatā, nō
esset perfecta ars Diuina, nec infinita.
quia

Sic P. Aug.

Plato.

P. Aug.

Arimenens.

Voluntatem deter-
minatam nō repre-
sentant, imperfe-
ta.

Et capere-
rent vim
representandi ab
alio.

quia actu nō representaret formam
artificiati, sed dimitteret materiā, &
partes eius, quod magna imperfectio
est, quia non posset Deus per illam
ideam dirigi ad causandum artificiā-
tum. Nam si idea artificis creati, etiā
in papyro delinca, non representa-
ret domum complexam, & compactā
actu ex partibus, ex quibus debet
constare, sed solum essent ibi in esse
representatio partes, seu extrema-
tes domus, verbi gratia, portæ, cubi-
cula recta, & cœtera alia, vt complec-
tabilia, & vniuersalia in re, ratione vo-
luntatis, & potētiæ executiue artifi-
cis: non posset artifex per illam ideam
dirigi ad domum fabricandam, quia
posset errare, & sapere erraret in vni-
one illarum partium, & casu continge-
ret reductio in effectū, nec posset ef-
se intenta ab artifice, quia neque pos-
set prius esse intellecta. Si autem hic
defectus esset intolerabilis in artifice
creato, multo magis debet esse in pri-
mo, & infinito artifice, & prima regula

41 Quarto probatur consequen-
tia. Quia si ideæ Diuinæ non represen-
tarent prædictam voluntatem natura-
liter, sed expectarent, vt representa-
rent actu, & determinate vnitam con-
sensu libero determinationem actua-
lem voluntatis in esse futuræ, proue-
nientem a Diuino decreto, vel ab ipsa
voluntate creatā, essentia Diuina, vt
est idea caperet vim representandi,
vel a Diuina voluntate, vel ab ipso
consensu futuro, & sic essentia Diuina
acciperet perfectionem suam ab ali-
quo extrinseco, vel quod inconueniē-
tius est, a creaturis: ex quo vltimus se-
queretur Deū cognoscere illā veritatē
dimittaxat a posteriori. De quo n. 37.

42 Quinto probatur consequen-
tia ex doctrina Agidij in 1. distinct. 36
q. 1. art. 1. ad 4. Quia si ideæ non re-
presentarent naturaliter voluntatem
creatam sic actu vnitā consensu libe-
ro, hoc cōplexum, Voluntas actu vni-

ta consensu libero in tempore existens,
non esset imitatio Diuinæ veritatis, &
entitatis, cū illius entis complexi, vt
cōplexi non esset in Deo aliqua idea,
cuius illa entitas cōplexa, vt cōplexa
esset imitatio, ac proinde illa entitas
non esset entitas per imitationē, & per
participationem, & consequenter, nec
creatura.

43 Sexto probatur illa conse-
quētia. Quia vt docet Theologi tract.
de scientia animæ Christi, in anima
Christi fuerunt species representates
actu, & determinate futura contingen-
tia, quibus cognoscit cōtingentia sciē-
tia infusa in se ipse, & non solū in Di-
uino testimonio: huiusmodi autem spe-
cies erant participationes Diuinarum
idearum representantium talia futura
actu, & determinate sub ratione possi-
bilium. Et idē constat in speciebus An-
gelicis. Ergo ideæ Diuinæ talia futu-
ra actu, & determinate representant
alioquin non essent possibles species
creatæ, quæ illa representarēt; sic. Quia
deficiente primo, in vno quoque gene-
re, & quod essentialiter est tale, deficit
per locum ab intrinseco secundum, &
quod est tale per participationem.

44 Hæc fuit mens D. Bonau. in 1.
dist. 35. & dist. 39. q. finali art. 2. Vbi
docet ideas representare res secundū
se totas, & secundū rationes essentielles
indiuiduales, & existenciales, & etiam
secundum omnem habitudinem extre-
morum, atque etiā Agid. quod lib. 6. q. 1.
§. ad argumentū. Et vt sententiā S. Th.
& Agidij hoc defendit noster Gerard.
in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. §. ad hunc articu-
lum. Argentinas in 1. dist. 40. q. 1. art. 3.
§. ad cuius intellectū. Bach. in 3. dist. 13.
q. 1. art. 4. §. ad primā. Et Caiet. 1. p. 7. 14.
art. 13. §. ad huius difficultatis.

45 Quintimo isti Doctores
non solum loquuntur de contingentibus
possibilibus, sed etiam de futu-
ris: & affirmant representari eorum
veritates naturaliter in essentia Di-

Nec da-
rentur
species cō-
tingen-
tium.

D. Bonau.

Agidius
D. Th.

Argentinas

Bachom.

CAP. VI.

Contingentia habere veritatem determinatam in statu merae possibilitatis, probatur ex continentia ipsorum in omnipotentia.

47 TERTIO probatur nostra sententia, a priori, ex continentia contingentium, ut determinantum in omnipotentia. Quia omnipotentia non potest non continere in se eminenter sub ratione possibilis quidquid habet rationem entis: sed contingentia, ut nobis contingentia sunt, habent modum contingentiae, & in determinationis, & ut necessaria, & praesentia nobis sunt, habent modum determinationis, & veritatis determinatae, quibus modis habent rationem entis, ergo contingentia continentur in omnipotentia sub ratione possibilium, ut habent in determinationem, & modum contingentium, & etiam, ut habent modum necessitatis, & veritatis determinatae; & sic habent veritatem determinatam in statu merae possibilitatis.

48 Maior est certa. Quia si omnipotentia non contineret in se eminenter quidquid habet rationem entis, & eo modo quo habet rationem entis, aliquid esset ens non contentum in omnipotentia, & sic neque omnipotentia esset omnipotentia, neque illud ens, vel modus entis esset ens ab alio: ut ex se patet. Ergo omnipotentia continet quidquid habet rationem entis. Minor vero probatur, quia contingentia dupliciter habent esse, vel ut contingentia, antequam sint existentia in se ipsis, vel ut necessaria, ex suppositione, quod existant in se ipsis, & sint nobis praesentia: contingentia autem, ut contingentia sunt habent modum contingentiae, & in determinationis, & non habent actualitatem determinatam.

Omnipotentia continet contingentia determinata.

Quia continet omnem esse.

tam: ut autem existunt, & sunt nobis praesentia, habent modum determinationis, & necessitatis; & tam modus contingentiae, quam necessitatis, sunt modi reales, ut patet.

49 Hanc rationem attingit Aegidius in 1. distinct. 38. principali 2. q. 3. ubi ait. Providentia, vel omnipotentia cum sit causa entis, in eo quod ens, ipsius necessitatis, & contingentiae causa esse oportet: cum contingens, & necessarium existant differentia entis, in eo quod ens. Et distinct. 47. principi 1. q. 1. Deus (inquit) est omnipotens, quia potest quicquid habet rationem entis, quia potentia actuali, & modus agendi sequitur modum esse ad, & esse Deum esse in quo omne esse servatur, posse seum esse illud posse, in quo omne posse continetur. Unde potest quid habet rationem entis.

50 Et potest hac ratio confirmari ex summa perfectione Dei, & eius eminentia. Quia cum Deus sit eminenter perfectus, & bonus, debet continere in se omnem perfectionem possibilem, & omnem modum perfectionis: sed contingentia entis est modus imperfectionis, quia fundatur in potentialitate, & actualitas, & determinatio entis (alias contingentis) est modus perfectionis, quia fundatur in actualitate, qua actuatur voluntas, & transit de potentialitate, & indifferentia ad utrumlibet, ad actualem determinationem ad unum. Ergo determinata actualitas, & modus determinatae actualitatis, & veritatis in ea fundata continentur sub ratione possibilis, & sub ratione perfectionis in summa perfectione Dei. Hac ratione utuntur S. Th. S. Thomas 1. contra gentes cap. 66. in 3. ratione, & cap. 67. in 6. ratione. Bacon. lib. 1. quodlibetorum q. 9. 10. & 11. Aurcolus in 1. distinct. 38. art. 1. in propositionibus affirmativis, & propositione 1 fol. 87 s. column. 2. Vbi satisclare debet nostram sententiam.

51 Dices contingentia contineri in omnipotentia incomplexè, non autem complexè significata.

52 Sed contra: quia contingentia, ut actu complexa, & concreta, sunt vera entia realia, distincta ab omni alio ente reali, & a suis partibus, seorsim sumptis: non enim potest dubitari consensum liberum actu unitum voluntati, & ut actu unitum in hoc instanti, & virtute huius auxilij, sicut est in tempore, addere saltem modum realem unionis actualis, & modum actualis dependentiae à voluntate, & auxilio, quem non haberet si per se solus sine subiecto, & sine cursu voluntatis, & auxilij produceretur: tunc enim non esset actu unitus, sed unibilis voluntati, sicut forma actu unita materiae, & ab ea actu educata actione actuali causa efficientis, & passione actuali materiae, aliquid reale, saltem quoad modum, vel habitudinem realem addit supra se ipsam solam, & ut unibilem. Ergo non solum continetur in omnipotentia consensus liber, ut unibilis in statu futuritionis, sed etiam, ut actu & determinate unitus. Patet consequentia, quia ideo consensus liber incomplexè significatus continetur in omnipotentia, quia per se, & ratione sui continetur sub ratione entis, sed etiam consensus liber, ut complexè significatus continetur sub ratione entis. Ergo etiam ut complexè significatus continetur in omnipotentia. De quo vide Aegidium in 2. distinct. 1. v. 1. q. 3. art. 3.

53 Igitur ut saepe diximus eadem entitas, & cum eisdem modis, & dependentijs, cum quibus est, & potest esse, representatur in ideis sub ratione veri: continetur in omnipotentia sub ratione entis, & in summa perfectione Dei sub ratione bonitatis.

54 Dices Res cum modo existentiae, quo est in tempore repugnat contineri in omnipotentia, & in Deo. Alias res existeret cum modo propriae exist.

ut complexè significata.



In essentia Dei representatur futurio contingens.

Duplex assimilatio in cognitione.

D. Th. Aegidius.

D. Th. Scotus.

46 Hoc explicui in quaestione cap. 5. idque declaravi exemplo specierum Angelorum representantium hominem existentem, sola variatione hominis. Nani ut docet D. Thomas primo ex hoc quod de novo accipit formam eius, sicut intellectus noster assimilatur rebus, accipiendo à rebus earum formam. Secundo ex hoc, quod alterum accipit formam prioris, & sic res de novo existens assimilatur Angelo. Et idem fere docet Aegidius de cognitione Angelorum q. 10. principi ad 11. Et sic ante decretum representantur omnia contingentia, ut futura, & praesentia, praesentialitate fundata ex parte modi representandi: posito autem decreto representantur talia contingentia, ut futura, & praesentia, praesentialitate fundata in existentia, se tenente ex parte ipsorum contingentium: quia tali futuritione, & existentia incipiunt assimilari Deo. Sed de hoc late disp. 3. Videatur D. Thomas ad Anib. in 1. distinct. 39. q. 1. art. 1. & haec fuit mens Scoti in 1. distinct. 39. §. 1. de contingentia verlicu. 10. vel aliter. Vide dicendum 104.

existentiæ in Deo, & sic nihil produceretur in tempore.

Res cum modo existentiæ in omnipotentia.

55 Sed contra: quia licet rem cum modo existentiæ, quo est in tempore admodum ipsius rei creatæ, repugnet hoc modo contineri in omnipotentia, quia hoc non habet rationem entis; tamen res cum modo existentiæ, quo est in tempore est in omnipotentia, & in Deo admodum Dei, quia hoc rationem entis habet.

Aliter sunt in se aliter in Deo.

56 Pro cuius intelligentiâ aduerto, quod licet res, seu naturæ creatæ sint in proprio genere, & etiâ in Deo, sunt tamen modo contrario hic, & ibi; quia in se ipsa, natura creatæ est admodum sui, & existentiâ ipsius naturæ est admodum talis naturæ, scilicet modo creatæ; est enim existentiâ admodum essentiæ, quia recipitur in ipsa, quæ est prior materialiter, seu ordine executionis, & via originis, & imperfectionis, quam existentiâ: cum essentiâ sit receptiua existentiæ, quæ est quid perfectum, & ultimum: at in Deo contingit e contra; quia natura est admodum existentiæ, & existentiâ est admodum Dei, qui est ipsum esse. Vnde natura creatæ, & eius existentiâ in proprio genere, sunt modo variabili, & mutabili, in Diuino autem esse sunt inuariabiliter, & immutabiliter.

Explicatur qualiter.

57 Huius doctrinæ ratio est: quia omne quod recipitur in alio, recipitur admodum recipientis; non admodum rei receptæ, & cum essentiâ creatæ sit mutabilis, & variabilis, existentiâ, quæ in ipsa recipitur, est in ea modo variabili, & mutabili: at cum essentiâ Dei sit ipsum esse, & ipsa existentiâ inuariabilis, & immutabilis, omne quod est in Deo, est admodum Dei, & sic existentiâ inuariabiliter, & immutabiliter, ac proinde res creatæ cum modo existentiæ, quo est in tempore, & admodum rei creatæ, scilicet modo variabili, & mutabili, & tempore (quod est mensura motus) subiecto, non est

possibilis existere in Deo, alias existeret in Deo mutabiliter: est tamen res creatæ cum modo existentiæ cum quo est in tempore, in Deo admodum Dei; scilicet modo immutabili, & inuariabili.

Quomodo res producantur.

58 Vnde in tempore producuntur à Deo essentiâ, & existentiâ rei creatæ, ut sint in proprio genere, & mensura, & sic modo mutabili, quæ in Deo modo opposito, scilicet immutabili, & inuariabiliter erant. Et sic apparet quo modo Deus prædesinat consensum. Videt enim in statu meræ possibilitatis in esse representatiuo, & contentiuo voluntatem unitam consensui, egressiua liberè ab ipsa, & auxilio, in hoc instanti: & prædesinat consensum ipsum esse à voluntate in se ipso. Sed hoc latius explicabitur capite sequenti.

CAP. VII.

Contingentia habere veritatem determinatam in statu meræ possibilitatis; probatur ex modo essendi contingentium in Deo.

59 **Q**UARTO probatur nostra sententiâ, à priori, ex modo essendi contingentium in Deo.

In determinata, in Deo determinata.

Quia licet voluntas, & determinatio consensus liberi in se ipsis, & secundum se considerata, sint res actu distinctæ, & voluntas sit indifferens, & in potentia ad consensum, & dissensum, tamen secundum modum, quo sunt in Deo, & naturaliter representantur, ut mere possibilis in esse Diuino, non possunt non habere esse actu unitæ, & actu complexæ: sed hoc ipso habent veritatem determinatam. Ergo contingentia, ut naturaliter representantur in esse Diuino, ut mere possibilis habent veritatem determinatam.

60 Maior probatur. Primo, quia

Quia sunt ad modum Dei.

res ut sunt in esse Diuino sunt admodum Dei, ut probatum est, v. 57. Modus autem Dei est actualissimus, & omnino simplex, & unitiuus. Ergo res (ac proinde contingentia) licet secundum se sint distinctæ, in Deo sunt actu unitæ complexæ.

61 Dices, contingentia, & alias res esse in Deo unitas subiectiue, quia sunt unitæ in eodem subiecto, & repræsentantur, & continentur in idea, & omnipotentia: vnde ibi sunt simul præteritio, & futuritio rerum, quæ, comparatione nostri, simul esse non possunt: non autem esse unitas obiectiue, ita ut voluntas sit actu unita consensui libero, vel dissensui, hoc enim non ex postulat summa unitas Dei.

Et Deus est actus purus.

62 Sed contra: quia summa actualitas Dei petit unionem actualem rerum cum obiectis, quorum sunt capacia. Nam sicut quia Deus est ipsum esse simpliciter, & sic infinitum in omni genere perfectionis, petit representare omnem rem, & omnem perfectionem rerum: ita propter eandem rationem petit representare omnem rem, actu perfectam in ordine possibilitatis, & sic, ut habentem omnem perfectionem sibi possibilem. Quare sicut debet representari ibi essentiâ hominis, ut perfectæ à sua existentiâ, & naturæ humana, ut perfectæ per potentias, ita debent representari ibi potentias, cum omnibus habitibus naturalibus, & supernaturalibus, conuenientibus sibi secundum diuersos ordines naturalem, & supernaturalem: & etiâ debent representari potentias habituatæ, cum omnibus auxilijs, & principijs, quibus possunt perfici, secundum diuersos euentus, & combinationes rerum: & ex consequenti debent representari potentias habituatæ, & auxiliatæ, ut perfectæ cum omnibus actibus, quibus secundum diuersas circumstantias, & series rerum perfectibiles sunt: & sic debet representari voluntas, ut

determinata actu, & obiectiue secundum diuersas rerum combinationes, iam per consensum, iam per dissensum: alias Deus non esset actus purissimus, nec esset ipsum esse infinitum in omni genere; imò neque esset Deus, quia Deus iuxta Patres, & Philosophos, est, quo maior, & quo perfectior ex cogitari non potest, & excogitatur perfectior Deus, ut à nobis cogitatur, quâ, ut cogitatur ab aduersarijs.

Contingentia in Deo incontinentia.

63 Secundo probatur maior principalis ab exemplis. Nam quia res sunt in Deo admodum Dei, res non existentes sunt in Deo existentiâ, & res futuræ sunt in Deo præsentatiue, & res in se materiales sunt in Deo modo immateriali, & res in se mutabiles sunt in Deo immutabiliter, & res temporales sunt in Deo æternaliter: ergo res in se diuisibiles sunt in Deo indiuisibiliter, & res contingentes sunt ibi incontinenter, & necessario: & sic consensus licet sit contingens voluntati, est ibi necessario conueniens voluntati. Probatur consequentia. Quia non minus opponitur carentiâ existentiæ in propria natura cum modo existentiâ in Deo, & carentiâ immaterialitatis in propria natura, cum modo immaterialitatis in Deo, & carentiâ immutabilitatis cum immutabilitate, quâ carentiâ actualis unionis in propria natura, cum actuali unionem in Deo. Ergo si in cæteris combinationibus carentiâ alicuius perfectionis in propria natura potest coniungi, & necessario coniungitur, ratione Diuinæ actualitatis cum modo opposito illius perfectionis, sic etiam potest coniungi, & necessario coniungitur in Deo in contingentibus carentiâ actualis unionis voluntatis in se ipsa cum consensu, cum modo actualis unionis prout in Deo.

Res in se potentia in liber, non in Deo, consti.

64 Et ratio à priori huius doctrinæ est. Quia carentiâ talis perfectionis conuenit rebus in se ipsis, & in propria natura, & secundum quod

constituunt proprium ordinem, & statum creaturarum, qui est variabilis, & mutabilis, & temporum mutationi subiectum. Quia propter in vno tempore conuenit voluntati carentia vnionis ad auxilium, vt pro signo *negationis*: & in alio conuenit illi vnio actualis ad auxilium, & carentia vnionis actualis ad consensum, vt pro signo *indifferentia*; & pro alio competit illi vnio actualis ad auxilium, & ad consensum, vt pro signo *determinationis*. At vero perfectio opposita conuenit rebus, vt sunt in Deo, & prout pertinent ad ordinem Diuinum, & statum Diuinitatis. Et non repugnat, sed potius est necessarium res, prout sunt in diuersis rebus, & pertinet ad diuersos status, habere diuersos modos, & oppositos essendi, iuxta diuersitatem rerum, & statuum, in quibus sunt, maxime quando vnus status est inferior, & limitatus, & alius superior, & infinitus, inferiorem vnde quaque continens.

Quia 65 Hec videtur mens Egidij, *Deus actus purus* q. 10. de cognitione. Angelorum columnarum. Vbi ait, *causa et ergo quare intellectus Diuino quantum est ex parte ipsius intellectualiter, est propter perfectissimam actualitatem existentem in ipso intellectu, scilicet quia perfectissima actualitas intellectus Diuini expostulat, vt representetur sibi actualiter, quae nec actualiter sunt, neque actualiter sunt vnitae suis subiectis: quia propter hanc perfectissimam actualitatem omnia representantur ibi modo actualissimo & Diuino. Nam quia est ipsum esse, & ipsa existentia, sibi praesens, aeterna, summe vnita, immutabilis, necessario omnia representantur ibi essentialiter, existentialiter, praesentialiter, aeternaliter, summe vnita, immutabiliter, & necessario: licet ex parte rei representatae res sint, & represententur, & contineantur, vt in se sunt, vt in potentia ad essendum, & vt a Deo produci-*

biles, vt in potentia ad existendum, vt temporales, diuisibiles; & contingentia comparatione suarum causarum.

66 Quare imaginandi sunt duo ordines rerum, & maxime contingentium, vnus Diuinus, in quo sunt admodum Dei, & ibi representantur existentia, & esse Diuinum, & in eo quavis natura, cum toto processu perfectionis, quem pro diuersis combinationibus potest habere, a natura vsque ad vltimam operationem; ita vt simul totus iste processus representetur Deo admodum Dei, vt in potentia tamen, vt sit futurus in se ipso, & admodum sui, qui est alter ordo. Et in primo ordine, omnia sunt ibi modo actualissimo, & inuariabili: & in secundo, sunt contrario, modo potentiali, & variabili, & hic secundus regulatur per primum, qui est primus duratione, & perfectione, vt in generibus causae efficientis, finalis, & exemplaris, & in secundo nihil potest esse nisi potentiale: & primo repugnat omnis potentialitas, quia Deus actus purissimus est.

67 Dices, non opponitur Diuinae actualitati aliqua potentialitas, quia comparatione futurationis rerum, Deus est in potentia, & talem futurationem non actu representant ideae Diuinae.

68 Sed contra: quia nos dicimus Diuinae actualitati opponi potentialitatem ad perfectionem propriam Deo, & illi conuenientem: fututio autem rerum, & existentia earum in se ipsis, & modo sibi proprio non est perfectio Dei, sed creaturarum, imò est perfectio, quae repugnat eo modo esse actu in Deo, vt diximus num. 55. quia ipsa res futura, & modus futurationis, & existentiae eius est in Deo, non modo, quo est increatura, hoc enim est impossibile, sicut res materialis est in Deo, non tamen modo materiali, & res temporalis est in Deo, non tamen modo temporali: sunt enim res in Deo, cum suis modis, sublati tamen imperfectione.

Duo ordines rerum.

Idea quo modo non in potentia.

Qua potentialitas opponitur Diuinae actualitati.

CAP. VIII.

Contingentia habere veritatem determinatam in statu merae possibilitatis, probatur ex in distinctione esse ab essentia in Deo.

70 QUINTO probatur contra sententiam, a priori, ex infinita actualitate Dei, quae differt ab omni creatura: & haec est prima radix omnium rationum adductarum. Nam cum nulla creatura sit suum esse simpliciter, nec sua existentia, eo quod sit ens per participationem, & id circolimitatum, natura creaturae est in potentia ad essendum simpliciter, & ad non essendum; & ideo, vt actu sit, determinatur per esse, seu existentiam, quae est res ab essentia realiter distincta, vt ostendit Egidius *de esse, & essentia* q. 4. Vnde intellectus creatus, sequendo naturam cuius est intellectus, non est suum esse intellectuum, sed est in potentia reali, vt sit intellectus, & determinatur ad esse intellectuum per esse speciei intelligibilis, & tandem species intelligibilis sequendo naturam intellectus, cuius est species, & in quo recipitur, est potentialis (omne enim quod in subiecto potentiali recipitur, potentialitatem participat a subiecto, quia admodum recipientis recipitur) non representat omnia obiecta actu, sed in potentia: quare vt aliqua representet, expectat existentiam earum in rerum natura: vt patet in speciebus Angelorum comparatione futurorum, & maxime contingentium, quae neque habent determinationem in se, neque in suis causis, alias non essent futura contingentia: ideoque nulla species creata naturalis potest representare determinate futura contingentia, neque aliqua creatura etiam Angelica,

Contingens habet determinationem in Deo.

Egidius

etionibus, & sic res contingentes sunt in Deo; sublato tamen modo contingentiae, quae solum se habet ex parte rei contentae, & representatae, & comparatione suarum causarum secundarum. Vnde dicendum res contentas, & representatas in Deo esse in potentia ad futurationem, & illis competere potentialitatem, ad futurationem, & existentiam in propria natura, & admodum sui.

69 Idea autem Diuinae non sunt in potentia, vt representent futurationem absolutam rerum ex parte modi representandi: neque ex parte rei representatae: quia hanc naturaliter, quantum ex se representant: quia haec est obiectum secundarium representationis idearum, quae nullam addit perfectionem supra representationem primariam; sicut existentia ipsarum creaturarum est obiectum secundarium Diuini amoris, nullam addens perfectionem supra amorem, quo Deus amat se ipsum, vnde sicut amor quo Deus se ipsum amat, posita existentia rei bonae, Deus illam amat, nulla mutatione facta in Deo, sed sola mutatione facta in creatura, quam connotat amor necessarius, vt det denominationem amatis liberi: sic representatio, quae idea representat possibilitatem rei, & etiam futurationem rei, sub ratione possibilis, posita ipsa futuratione rei exercitatae in se ipsa, incipit representari ab ideis, nulla mutatione facta in ideis, sed dumtaxat in creaturis, vt explicuimus a num. 45. Si autem non esset in Deo talis representationis modus a nobis explicatus, deficeret Deo aliqua perfectio sibi propria. Sed hoc magis explicabitur *ca. ite sequenti*. Et vide etiam num. 100.

ca. illa determinare cognoscere naturaliter. Vt late ostendit Egidius de cognitione Angelorum q. 10. & in 2. distinct. 7. q. 2. art. 1. & alibi saepe. De quo n. 254.

Egidius
Res sunt
in Deo
aliter
quā in se.

71 At in Deo totum contringit e contrario. Nam cum Deus, quia est ens à se sit suum esse, & ideo infinitus, & actus purus simpliciter, & in omni genere perfectionis, natura Divina non est in potentia (etiam per rationem cum fundamento) ad essendum, & non essendum simpliciter, sed natura Dei est ipsum esse, seu ipsa existentia in abstracto: similiter intellectus Divinus sequendo naturam cuius est intellectus, non est in potentia (etiam per rationem cum fundamento) ad esse intellectualem, seu intellectivum, respectu alicuius obiecti, etiam secundarij, sed est situm esse intellectivum formaliter, & ipsa intellectualitas, & ipsa intellectio: & tandem esse Divinū, vel natura, quæ est veluti species intelligibilis comparatione intellectus Divini, est ipsamet representatio infinita, omnis representabilis, & possibilis, quoad essentiam, & existentiam, integritatem, & individualitatem, quæ potest habere quodcumque obiectum secundarium, & cum omnibus modis, & dependentijs, & circumstantijs, quibus potest illa habere, tã necessario, quam contingenter, tam absolute, quam conditionate, & cum omnibus dependentijs ab omnibus causis possibilibus, dependentijs, tã essentialibus, quam accidentalibus, in quibuscumque differentijs temporis: quia, vt hæc omnia, & singula representet, non expectat determinationem exercitam, & futuram (futuritionem se tenente ex parte creaturarum) alioquin non esset sua representatio, nec suum esse, neque ens à se, saltem quoad aliquid: quamvis creaturæ representatae sint in potentia, & neutrae ad futuritionem in se ipsis, &

ad existentiam in proprio genere, & natura habendam.

72 Ex hac doctrina sic probo nostram sententiam. Essentia Divina, vt est species intelligibilis, ratione suæ infinitæ actualitatis, & quia est suum esse, & ens à se, representat omnes res posibles cum omnibus modis, & dependentijs ante omne decretum Divinæ voluntatis, & omnino naturaliter, sed voluntas cum actuali determinatione ad consensum, & actu ei vnita, cum exclusionē consequenti dissensus, & componens actu hoc concretum determinatum voluntas actu consentiēs est possibilis. Ergo representatur ab essentia Divina ante omne decretum, & omnino naturaliter, & sic in statu meræ possibilitatis contingentia habent veritatem determinatam.

Essentia
Dei re-
presen-
tat om-
nia omni-
no.

73 Maior probatur primo à priori. Quia si essentia Divina, vt est species intelligibilis non representaret omnes res posibles cum prædictis modis, non esset summè actualis, neque infinita in representando, neque esset omnibus modis ens à se, & ipsum esse representativum. Secundo à posteriori, quia ideo creatura non potest hoc omne representare, quia est ens ab alio, & sic potentiale, & finitum.

Alias
infinita
non esset.

74 Hæc fuit mens Egidij, & præcipuum eius fundamentum. Nam q. 10. de cognitione Angelorum columna 6. S. secunda via sic ait. Si intellectui Angelico omnia representarentur actu, & nihil ibi representaretur potenti- liter, sequeretur, quod huiusmodi intellectus esset actus purus, nullam habens potentialitatem admixtam. Nam actualitas, & potentialitas (vt aliquomodo in precedentibus innuebatur) potest accipi, vel ex parte rerum cognitarum, & tunc si cognitio sit perfecta oportet, vt ea, quæ sunt actu, represententur, & actu, & ea, quæ sunt potentia, vt po-
ten-

Est ratio
Egidij.

sentias sed ex parte intellectus cognoscentis, quanto actualiore est intellectus tanto actualius videt, quæ videt: quanto potentialior, tanto potentialius. Intellectus ergo Divinus, quia est ipse actus purus, vnico actu, vnico simplici intuitu omnia intuetur, tam presentia, quam futura. Causa ergo quare intellectui Divino, quantum est ex parte ipsius intellectus, omnia representatur actualiter, est propter perfectissimam actualitatem existentem in ipso intellectu, vt nihil possit ibi representari possibiliter. Nam & ipsa possibilia ibi representantur actualiter, scilicet ex parte modi representandi, licet ex parte rei representatae sint, & represententur in potentia ad futuritionem, & existentiam, modo proprio, in tempore habendam.

75 Et in 1. dist. 38. q. 2. art. 1. timis. Causa (inquit) assignata quare Deus habet infallibilem scientiam contingentium (si bene consideremus) ex isto principio sumit originem, quod habet naturam in distantem ab esse, & ideo esse suum, quia non est esse receptum in aliquo, est esse in terminatum, & quia æternum idem est, quod extra terminos, tale esse quod est in terminatum, & extra terminos, æternitate mensuratur. Vnde idem est arguere esse Divinum æternitate mensuratur, & totum simul est.

76 Desumpsit hanc Doctrinam Egidius ex suo Parente Augustino 15. de Trinit. cap. 13. Vbi postquam dixit. Vniuersas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Non enim nesciuit, quæ erant creaturas. Quia ergo sciuit creauit, non quia creauit sciuit. Et postquam dixit non enim eius sapientia, aliquid accessit ex eis, & postquam dixit, nec aliter sciuit creaturam, quam creanda, idque probasset ex Ecclesiastico 23. dicente (iuxta translationem 70.) antequam

Egidius
desumpsit
ex P. Au-
gust.

crearentur, omnia nota sunt illi: sic & postquam consumata sunt, sic (ait Augustinus) inquit, non aliter. Quæ omnia sunt principia nostræ sententiæ, infertque Augustinus ex eis. Longe est ergo huic scientia, scientia nostra dissimilis. Quæ autem scientia Dei est, ipsa & sapientia, & quæ sapientia ipsa essentia, seu substantia, quia in illius nature simplicitate mirabili non est aliud sapere, quam esse, sed quod est sapere, hoc est & esse. Et postea. Nostra vero scientia in rebus plurimis propterea, & amissibilis est, & receptibilis, quia non hoc est nobis esse, quod scire, vel sapere.

77 Ecce vbi lumen Ecclesiæ Augustinus totum fundamentum, quod ex Egidio adduximus ponit, iuxta sequentia, quos hæc consequentiæ sunt legitime. bona in creatura non est suum esse. Ergo non est sua scientia. Ergo sua scientia expectat in rebus plurimis determinationem rerum. Ergo aliquid illi accrescit ex rebus. Ergo aliter cognoscit facta, quæ facienda. Ergo ideo nouit plures creaturas, quia sunt.

78 Econtra vero in Deo hæc consequentiæ legitime sunt. Deus est suum esse. Ergo est sua scientia. Ergo est sua species intelligibilis. Ergo sua species non expectat in aliqua re determinationem eius, vt illam representet, neque sua scientia, vt illam cognoscat. Ergo nihil accrescit eius speciei, aut scientiæ ex existentia rerum. Ergo non aliter sciuit facta, quæ facienda. Ergo non ideo nouit creaturas quia sunt, sed ideo sunt, quia nouit. Ex quo fit, vt sicut scientia creaturæ, & Dei, habent modos oppositos in cognoscendo, ita etiã habent modos oppositos in representando; & in essendo; quia creatura accipit omnem perfectionem à Deo, & illam acquirit, transeundo de potentia ad actum Deus vero e contra habet omnem perfectionem a se, & naturaliter, & ideo illam non potest acquirere, sed cõmunicare creaturæ: & sic quod

Quæ cõ-
sequentiæ
sunt legitime.
bona in
Aug.

Scientia
creata,
& Dei
contrariè
representantur.

comparatione creaturæ est ultimum, comparatione Dei est primum: quia creatura incipit à potencialiori, & Deus ab actualiori, & sic Deus præcedit omnia creata, ut prior ordine durationis, & causalitatis, & creaturæ ordinæ potentialitatis. Vnde Deus primo dat creaturæ esse, deinde posse, tertio operari, & cognoscere, & tandem cognoscere de nouo alia, & per alia se: Deus autem è contra, primo habet esse à se, & cognoscere se, & cognoscendo se, cognoscit alia, sed de hoc plura dubijs sequentibus.

CAP. IX.

Contingentia, ut possibilis, habere veritatem determinatam, probatur ex præsentialitate, quam habent in æternitate.

Æternitas mensurat determinationem voluntatis.

79 SEXTO probatur nostra sententiâ, à priori, ex præsentialitate, quam contingentiâ, ut possibilis habent in æternitate, ratione cuius ab æternitate mensurantur. Quia æternitas debet mensurare ante omne decretum Diuinæ voluntatis, & in statu meræ possibilis omne esse possibile, secundum quod est possibile: sed voluntatem esse actu determinatam ad consensum liberum, vel dissentium determinate, est aliquod esse possibile. Ergo voluntas actu determinata ad consensum, vel dissentium determinate sub ratione possibilis est præsens æternitati, ante omne decretum, & ab ea mensuratur: ac proinde contingentia in statu meræ possibilis habent veritatem determinatam.

Quia in terminabilis vita possessio. Boetius cum eo Theologi in 1. distinct. 8. & ibi

Ægidius p. 1. principali 3. q. 1. æternitas est in terminabilis vita, tota simul, & perfecta possessio, si autem esset aliquid esse possibile, quod non esset præsens æternitati, & quod æternitas non mensuraret in Deo ante decretum, & in statu meræ possibilitatis, æternitas non esset tota simul, & perfecta possessio: quia illud esse, non esset simul præsens Deo cum esse Diuino, nec cum esse aliorum possibilium, neque esset perfecta possessio, quia Deus non possideret illud esse possibile, pro illo meræ possibilitatis statu.

Et determinatio voluntatis est esse

81 Minor vero probatur. Quia voluntatem esse actu determinatam, & unitam consensui, vel dissentui libero, determinate, explicatur per verbum est, & negari non potest voluntatem per determinationem actualem consensui, verbi gratia, aliquod esse accipere: ut patet, cum in tempore unitur consensui: cum enim ex se sit indifferens, & determinabilis per alterutrum, per consensum acquirit determinatum esse, sicut vniuersaliter omne subiectum per formam accipit esse tale, quod esse est modus actualitatis, quem accipit, & participat subiectum ex vniõne ad formam. Vnde Ægidius de esse, & essentia q. 8. & explicabitur à num. 130.

82 Explicatur hæc ratio. Nam vel esse, & veritas obiectiua, quæ est obiectum huius propositionis. Voluntas in hoc instanti, & sub hoc auxilio est actu determinata ad consensum, est in esse Diuino, & possidet à Deo, ante omne decretum sub ratione possibilis, ita ut naturaliter, & à se possideat esse illius veritatis, vel non? Si primum, habeo intentum. Si secundum. Ergo solum habetur à Deo esse illius veritatis in statu futuritionis absolutæ, vel conditionatæ: & sic cum hoc esse sit aliqua perfectio intellectualis, & aliqua bonitas, & aliqua actualitas, imo vltima actualitas.

Æternitas mensurat omne esse.

actualitas voluntatis creaturæ genere operatiuo, sit, ut aliqua perfectio intellectualis, & aliqua bonitas non possideatur à Deo per naturam, & à se, & cum alijs perfectionibus, quas naturaliter habet, & consequenter sit, ut Deus nec sit æternus, nec beatus, nec immutabilis, nec eius vita est inter terminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio.

Nec potest noni ter aliquid mensurare.

P. Aug.

83 Confirmatur. Quia ideo iuxta communem sententiam tract. de voluntate Dei, Deus non potest habere decretum in tempore, quia non esset æternus, & consequenter, nec summè perfectus, nec immutabilis, nec beatus: hac enim de causa putat Deum non posse velle aliquid in tempore P. Augustinus 12. c. c. s. c. s. c. s. c. s. Nam eo ipso quod Deus inciperet habere decretum in tempore, ille actus vitalis non esset in terminabilis vitæ, sed terminabilis secundum tempus à parte ante: nec Deus diceretur immortalis, cum inciperet viuere per illum actum in tempore, nec summè perfectus, & beatus, cum non possideret simul omne bonum possibile, nec immutabilis, cum omnia temporalia sint mutabilia, quod late prosequuntur ipse P. Aug. 4. de Trinitate cap. 18. & 15. cap. 5. & Diuus Prosper in Libros sententiarum sent. 3. qui habetur apud Parentem. Augustinum tom. 3. Ergo si Deus inciperet habere representationem illius esse talis veritatis in statu conditionato, & absoluto, nec immutabilis, & inuariabilis, nec summè perfectus, nec æternus, nec beatus esset.

D. Prosp.

Repræsentatio veritatis est perfectio Dei.

84 Et est ratio magis efficax ad nostrum intentum probandum. Quia repræsentatio esse illius veritatis dicit perfectionem in Deo, distinctam ab omni perfectione reperia in Deo, sicut dicit repræsentatio cuiusque alterius possibilis. Quia de causa dicunt plures, deficiente pos-

sibilitate vnius creaturæ, per locum ab intrinseco Deum non futurum omnipotentem: at decretum liberum, & futuritio rerum non dicit in Deo perfectionem distinctam, à perfectione actus necessarij, quo Deus se amat: quia propter non existenti quocumque decreto libero, nulla perfectio deficeret.

85 Vnde non potest instari ratio adducta exemplo futuritionis absolutæ, quæ non possidet à Deo naturaliter, & à se ante omne decretum, quia talis futuritio non est perfectio Dei, sed creaturæ, & ideo licet non possideatur à se ipso, non deficit illi perfectio aliqua, sicut deficeret, si non possideret à se representationem illius veritatis, quæ est perfectio Dei. Præter quam quod illa futuritio, ut se tenet ex parte modi repræsentandi Dei possidet à Deo naturaliter, & à se: ut diximus num. 45. & 68.

Futuritio absoluta non possidet à Deo naturaliter.

86 Hæc ratio est Ægidij, cuius aliqua testimonia adduximus, à num. 19. & Diui Anselmi, cuius verba adduximus, num. 35. & Bachonis, ibi adducti; atque etiam D. Thomæ, qui vbi cumque agit de cognitione contingentium, resoluit, solum habere determinationem, ut sunt præsentia in æternitate, non qui dem præsentialitate fundata in existentia reali, eorum, quam habent in propria natura. (ut sic enim non mensurantur æternitate) nec præsentialitate fundata in esse cognito (hæc enim subsequitur ad cognitionem) sed præsentialitate, fundata in existentia, quam habent in sua causa in creatura, scilicet in esse Diuino, ratione cuius existentia sunt præsentialiter Deo, ut possibilis ante decretum, & ut futura in se ipsis, post decretum, & sic explicat Sanctum Thomam Ægidius

Hæc doctrina Ægidij, & aliorum. Ægidij. D. Anselmi. Bachon. D. Th.

D. Bon. & hæc etiam fuit mens D. Bonaventuræ quem refert, & sequitur noster Frânciscus à Christo in 1. distinct. 38. q. 16. Gerarl. Atque etiam nostri Gerardi Senensis in 1. distinct. 38. q. 1. art. 2. §. istis tamē. Argentin. Et nostri Argentinatis in 1. distinct. 40. q. 1. art. 3. §. ad cuius intellectum. & aliorum ut latissime explicabimus, disp. 3. dub. 5. & 6. præcipue cap. 2.

CAP. X.

Contingentia in statu meræ possibilitatis habere veritatem determinatam, probatur ex principijs aduersariorum.

Probatio nostra scilicet ex scientia mediæ.

87 SEPTIMO probatur nostra sententia, ex principijs aduersariorum, & primo ex principijs Nominalium, quibus consentiunt Auctores scientiæ mediæ contra quos sic probo nostram sententiam.

Semper in est voluntati unum contradictorium.

88 Nam iuxta hos Authores, ex duabus contradictorijs formalibus, vel virtualibus, altera debet esse determinate vera, & altera determinate falsa, & ex prædicatis obiectiuis alteri debet concurre actu, & determinate subiecto: ut latissime ostendit Noster Ariminensis in 1. distinct. 38. q. 1. art. 2. in prima prædicatione, & bene. Quia cum primum principium sit. Omnis res vel est, vel non est (ut cum Auicena probat Egidius in prolog. ad libros posteriorum) sit, ut quælibet res possibilis in omni statu, & in omnibus circumstantijs sit, vel non sit talis. Quam doctrinam late probant noster Mendozza, quæst. 7. Scholastica, indigressione, ubi plures refert: & nuper Aldrete disc. 21. Ergo in statu meræ possibilitatis determinare conuenit voluntati unio actualis ad consensum

Ariminensis. Auicena. Egidius. Mendozza. Aldrete.

liberum, vel carentia unionis ad consensum liberum: & sic hæc propositio formalis est determinate vera. Voluntas in statu meræ possibilitatis est determinate consentiens libere, vel eius contradictoria: & sic contingentia in statu meræ possibilitatis habent veritatem determinatam.

89 Dices: in statu possibilitatis illa prædicata non opponi priuatiue: quia in eo statu, & pro eo statu voluntas non intelligitur capax actualis determinationis ad consensum liberum, vel ad dissensum: sed opponi merè contradictoriè: & sic conuenire voluntati pro illo statu carentiam actualis determinationis ad consensum, ut est mera negatio determinationis liberæ.

90 Sed contra: quia licet hæc solutio habeat locum in futuritione, comparatione voluntatis ante omne decretum: quia tunc voluntas est incapax dandi futuritionem suis actibus futuritione exercitâ, & retentâ ex parte ipsorum actuum: Quia decretum est prima radix talis futuritionis: Non tamen habet locum hæc solutio, in voluntate comparatione determinationis meræ possibilis, & solum in esse ideali, & representatiuo: quia in eo statu, & pro eo statu voluntas ut representata possibilis, est capax determinationis, etiam possibilis, & in esse ideali, & representatiuo, & carentiæ liberæ talis unionis: & debet alterutrum habere.

Contra dictorie, vel priuatiue.

91 Hoc autem probant omnia, quæ adducta sunt capitibus præcedentibus. Nam voluntas, ut representata in idea debet representari perfecta, & sic cum vltima actualitate in esse operatiuo: alioquin aliqua perfectio intellectualis deficeret Deo, ut arguebamus, numer. 82. secundo. Nam idea Dei esset imperfecta, & limitata si non repræ-

Idque probant huiusque dicta.

sentaret voluntatem actualitatem vltima actualitate: ut arguebamus, numer. 40.

Et specialiter constat.

D. Tho.

Determinatio non extrahit à possibilitate.

Probatio nostra sententiam Thomistarum.

92 Sed specialiter probatur ex proprijs. Quia licet repugnet futuritio consensus, siue absoluta, siue conditionalis voluntati, si talis futuritio sit ex parte rerum (sicut etiam repugnat illi existentia in proprio genere) ante decretum: quia impossibilis est talis futuritio ante decretum: tamen possibilitas actualis unionis non repugnat voluntati, in esse ideali. Nam ut docet D. Thomas 1. p. 7. 25. art. 3. aliquid dicitur possibile, vel impossibile ex habitudine terminorum. Possibile quidem, quia prædicatum non repugnat subiecto. Impossibile autem, quia prædicatum repugnat subiecto. In statu vero meræ possibilitatis, sub hoc auxilio, & in hoc instanti, & circumstantijs, hoc prædicatum. Actualis determinatio ad consensum liberum, non repugnat voluntati, pro tertio signo: sicut non repugnat hoc prædicatum, indifferentia ad consensum, & dissensum pro secundo; & sic voluntas est capax illius, ac pro inde debet habere illud, vel eius carentiam liberam, quæ sit talis prædicati priuatio, sed de hoc vltimus n. 113.

93 Deinde, quia si actualis determinatio ad consensum liberum repugnet voluntati, in statu possibilitatis, in illis circumstantijs, ideo solum posset esse, quia extraheret voluntatem, seu consensum ab statu meræ possibilitatis; non autem extrahit, quia voluntas adhuc cū eo prædicato manet mere possibilis, & in esse dumtaxat representatiuo, & ideali, & indifferenti, & neutra, ut sit, vel non sit futura, futuritione exercita in se ipsa, & ut sit, vel non sit existens, modo variabili in proprio genere.

94 Sed iam probemus nostram sententiam, ex principijs Thomistarum. Nam iuxta hos Doctores dantur decreta possibilium ex se efficacia, & prædeterminationes phylicæ essentialiter cōnexæ cū consensu libero. Ergo in statu possibilitatis hoc est verum. Voluntas prædeterminata est actu, & determinate consentiens. Patet consequentia, quia alias prædeterminatio phylica non esset essentialiter cōnexa cum consensu. Ergo representatur Deo naturaliter voluntas, ut prædeterminata, actu libere consentiens, pro eo instanti, pro quo habet prædeterminationem, & prout stat sub illa. Et hoc non possunt non dicere prædicti Doctores, cum dicant necessitatem prouenientem a physica prædeterminatione, & decreto esse consequentem usum libertatis: atque hoc concedit Aluarez de auxilijs disp. 4. n. 9. & ait ab omnibus Theologis debet concedi. Et etiam Carmelitani disp. 9. de Scientia Dei dub. 1. n. 5. quam veritatem affirmant, reuera non esse de futuro, sed de possibili, licet habeat formam enunciandi de futuro. Quamuis vterque iste auctor dicat se dumtaxat loqui de conditionatis futuris, sub conditione indifferenti, non vero sub conditione cōnexa: ut ipsi ponunt.

95 Atque hinc patet, quo pacto in statu meræ possibilitatis representetur naturaliter Deo veritas determinata contingens, & sub conditione futura, iuxta hanc nostram sententiam. Nam in statu meræ possibilitatis representatur. Voluntas actu, & determinate libere consentiens in hoc instanti, & sub hoc auxilio, siue auxilium ponatur indifferenti, ut ponunt Iesuitæ, siue ponatur prædeterminationem physicè, ut ponunt Thomistæ, siue moraliter ut ponunt Augustinenses, & plures Scotistæ: siue extrinsecum, ut ponunt alij; hoc enim de materiali se habet ad nostram sententiam defendendam. Et cum voluntas actu, & determinate libere

Veritas in statu possibilitatis.

Aluarez Carmelitani.

Veritas in statu possibilitatis.

consentiens in hoc instanti, & sub hoc auxilio, verè & determinate consentiat libere, consensus liber repræsentatur in illis circumstantiis possibilis produci in tempore, & dissensus repræsentatur impossibilis consequenter in eisdem.

Etiã
conditio.
nati.

96 Posita autem hac repræsentatione naturali in statu meræ possibilitatis, in eodem statu repræsentatur naturaliter veritas determinata contingenti sub conditione futura. Nã si hæc repræsentatio est vera. *Voluntas actu, & determinate libere consentit in hoc instanti, & sub hoc auxilio, etiam repræsentatur hæc, vera in eodem statu, si voluntas existeret in hoc instanti temporis, sub hoc auxilio, consentiret libere, & determinate.* Quare ad repræsentationem veritatis conditionatorum non est necessarius recursus ad statum futuritionis, ut recurrunt auctores oppositi: nec est necessarium decretum actuale Diuinæ voluntatis, quia illa veritas præcessit naturaliter repræsentata, & certâ, vno titulo ratione determinationis, quam habet in statu possibilitatis in Diuino esse omne contingens, altero autem si ponatur ex parte causæ, scilicet voluntatis creatæ, auxilium efficax.

Alueld.
Carmeli.
tani.

97 Dices cum Aluelda, *disp. 44 sect. 1. & Carmelitanis, supra num. 7.* in illa repræsentatione solum repræsentari illationem vnius ex alio, non tamen repræsentari aliquid de futuro, etiam sub conditione: & ad hoc requiri decretum actuale, ut extrahatur consensus liber ab statu meræ possibilitatis ad statum futuritionis conditionatæ, ex parte obiecti exercitæ.

Futura
idealiter,
& signa
te.

Sed contra, quia ibi repræsentatur ali-
quod sufficit ad saluandam cognitio-
nem de futuris sub conditione, quæ
in Sacra Scriptura, & Patribus repe-
riuntur, & quæ possunt cogitari, quæ
non extrahit res ab statu meræ possi-

ibilitatis. Altera autem futuritio exer-
cita sub conditione, & se tenente ex
parte ipsarum creaturarum, neque est
necessaria, nec forte possibilis: quia
futuritio est via ad existentiam: & ad
rem numquam stitutam, eomodo quo
non est stitura, non est possibilis futu-
ritio. Et hanc futuritionem negant
Augustinus Parens *de predestinatione
Sanctorum cap. 15. & alibi, & alij Pa-
tres: de quo disputatione sequenti, sub.
14.* Deinde potest (si datur) illa futu-
ritio cognosci absque decreto, si ex
parte conditionis ponatur ille termi-
nus in exercitio, vel in tempore hoc mo-
do *si existeret in exercitio, & in tempo-
re voluntas in hoc instanti, & sub hoc
auxilio, in quo video ipsam consentire,
in exercitio consentiret.*

CAP. XI.

*Contingentia habere veritatem deter-
minatam in statu meræ possibilitatis
probatum ex Scholasticis, Patri-
bus, & Scriptura.*

98 OCTAVO probatur nos-
tra sententia ex Scho-
lasticis, quorum aliquos
retulimus, à num. 74. & num. 86. &
plures alios commodius adducemus
dub. sequenti cap. 1. 2. & 3. Secundo
probatum ex Patribus, & primo, ex
Diuo Anselmo, cuius verba adduxi-
mus, n. 35. Deinde ex P. Augusti-
no, cuius verba adduximus num. 76.
Deinde *de correptione, & gratia cap.
14. ait, quod Deus magis habet in po-
testate voluntates hominum (id est actus
liberos) quam ipsi suas.* Hoc autem
non saluat in scientia media: quia
iuxta illam, Deus habet in sua potes-
tate voluntates hominum media de-
terminatione hominum: neque in sen-
tentia Thomistica, iuxta quam Deus
habet voluntates hominum mediante
au-

Idocent
PP.

D. Anf.
P. Aug.

auxilio, & homo immediate. Tertio
probatum ex Scriptura, prout ex P.
Augustino glossata. Nam Parens Au-
gustinus *tract. 104. in Ioannem ad illa
verba, Pater venit hora clarifica filium
tuum. Et nunc clarificame Pater apud
te metipsum, claritate quæ habui prius
quam mundus esset, apud te.* Sic ait Au-
gustinus. *Hoc quod ait Pater, venit ho-
ra, clarifica filium tuum: ostendit omne
tempus, & quid, & quando faceret,
vel fieri fineret, ab illo esse dispositum,
qui temporis subditus non est. Quoniam
quæ futura erant per singula tempora
in Dei sapientia causas efficientes ha-
bent, in qua nulla sunt tempora.* Sen-
tit ergo P. Augustinus iuxta Scriptu-
ram Sacram, omne tempus, & quid, &
quando faceret, vel fieri fineret, &
quod, quæ futura erant per singula
tempora, in Dei sapientia causas effi-
cientes habent, in quibus continen-
tur, in qua sapientia nulla sunt tem-
pora: quia ipsa æternitate mensura-
tur, sicut & essentia Diuinæ ac proinde
voluntas actu consentiens, & actu vni-
ta consensui, prædissensu, habensque
veritatem determinatam. Confirma-
tur quia clarificatio saluatoris erat
laus aliqua libera hominum, & glori-
ficatio qua ipse erat glorificandus, &
Deus in ipso, & hæc (inquit Saluator)
fuisse apud Deum, antequam mun-
dus fieret. Hoc autem esset falsum, si
voluntas actu consentiens, & hoc com-
plexum voluntas actu vni ta consensui
in saluatore laudando, solum esset in
tempore, vel in statu futuritionis, & non
in Deo, eodem modo quo erat futurum
in tempore. Et idem docet 15. *de Trin.
cap. 13.*

99 Deinde pluribus in locis
Scripturæ Sacræ dicitur Deum, quia
omnipotens est, quando, & quomodo
voluerit posse facere homines bene
operari. Ut ad Romanos 4. vbi dicitur
de Abrahamo, quod in promissione
Dei non hæsitauit diffidentia, sed con-

Alibi
Sacra
Scriptu-
ra.

Rom. 4.

fortatus est fide, dans gloriam Deo.
Plenissime sciens, quia quicumque pro-
misit Deus, potens est, & facere. Et
idem dicitur in alijs locis Scripturæ,
& Patrum, quæ congerit Ripalda *disp.
109. de ente se. 2.* hæc autem omnipo-
tentia non est solum in Deo ex vi sci-
entia mediæ, ut aliqui dicunt, nec ex vi
dumtaxat causalitatis auxiliorum mo-
ralium, ut contendit ibi Ripalda, neq;
ex vi dumtaxat causalitatis auxiliij
physici, ut alij putant, sed quia bonæ
ipsæ operationes ut dependentes à
suis principijs, quæcumque illa sint
(de quo non disputo) immediate con-
tinentur in omnipotentia, ratione qua
entia sunt, sicut continentur immedia-
te alia quæcumque entia creata alias
(ut dicebamus num. 96.) non magis ha-
beret Deus in potestate sua hominum
voluntates, quam ipsi suas. Ut simili-
bus testimonijs infert P. Augustinus
ibi relatus: idque docere videtur Di-
uus Chrysostomus *homil. 2. in Psalm.
50. colum. 5.* citatus à Ripalda n. 15. *si
Deus dixerit adultero (dicit D. Chri-
stostomus) iam nolo, ut adulter sis, verba
statim vertuntur in opera, si dixerit for-
nicatori, fornicari cessa, illico mens eius
in melius mutatur, & ut scias quia ita
est, dixit fiat cælum, & factum est cæ-
lum, vnde sicut factio passiuæ cæli im-
mediate est in omnipotentia, ita factio
boni operis cum dependentia à suis
causis proximis, immediate est ab om-
nipotentia, & sic veritas illius comple-
xi voluntas consentiens immediate in
omnipotentia continetur, & non solū
medijs principijs.*

100 Præterea P. Aug. *tract. 1. in
Ioannem, ad illa verba, quod factum est
in illo vita erit.* Sic ait. *Er go totum vi-
ta est, scilicet, quod factum est, totum
in Deo vita est: quia est in Deo admo-
dum Dei, qui vitalis est. Et infra. Quid
enim nõ in illo factum est? ipse est enim
sapientia Dei: & dicitur in Psalmo, om-
nia in sapientia fecisti. Et infra. Omnia
sicut*

Ripalda

D. Chrys.

P. Aug.

Res in
verbo
sunt vita

sicut

sicut per illum facta, ita in illo facta sunt, si ergo omnia in illo facta sunt charisimi, & quod in illo factum est, vita est, ergo terra vita est, lapis vita est. Vbi duo pondero, & quod nihil sit, quod in verbo non sit, & quod veritas determinata, quam contingentia in tempore habent, in verbo naturaliter representata sit; & quod etiam res mortuæ in Deo vita sunt; quia admodum Dei, qui vita est, in Deo sunt, ut cap. 7 probatum est.

Origen.

101 Hoc idem explicat Origenes homil. 2. in diverso: ibi, omnia quæ per ipsum, & in ipso facta sunt, in ipso vita sunt, erant enim, hoc est in ipso subsistunt causaliter priusquam fuerit in ipso effectivæ. Idem docent Lyra ad illa verba, & etiam Glossa moralis.

Lyra. Glossa.

S. Thom. à Villa nova.

102 Et noster S. Thomas à Villa nova cõc. 5. in die natalis Domini. Omnia ergo (inquit) per ipsum, ut per exemplarium facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sed quod factum est, in ipso vita erat, nemo hoc dubitat: nam domus, quæ non vivit in se, vivit in artifice vivo. Et noster Simon de Casia de vita Christi lib. 1. cap. 1. Perspicuum est (inquit) quod omnia, quæ facta sunt in tempore, ab æterno vivunt, ut aliter non produxerit, nisi prout ab æterno producenda prospexit, & illa vita sanctarum rerum, in ipso habebant vitam, antequam deducerentur ad esse. Omnia ergo creata iuxta hos Patres erant in Deo sub ratione possibilium, & factibilium ad modum Dei, ac proinde existentialiter, ac modo vitali, & determinato, & sic voluntas, ut actu, & determinate consentiens liberè. Nec aliter posset Deus producere consensum in tempore, unitum actu voluntati, nisi ipsum factum unitum, in se ipso prospexisset, alioquin aliquid sine ipso factum esset.

P. Aug. P. Ans.

103 Et confirmatur ex P. Augustino 5. de Genesi ad litteram cap. 18. ubi constituit duplicem illum modum exi-

stendi rerum cap. 3. à nobis explicatum, unum quo sunt in Deo modo invariabili, & aliū quo sunt in propria natura, & admodum sui, variabiliter, & mutabiliter, & ait. Creatura antequam fierent, erant, & non erant, erant in Dei scientia, & non erant in sui natura. Et idem docet 11. de Civitate Dei cap. 29: Cui consonat D. Anselmus in Monolog. cap. 33. Vbi loquendo de creaturis ait. Etenim in se ipsi sunt essentialiter mutabiles, secundum mutabilem rationem. creata in ipso (scilicet Deo) sunt ipsa prima essentia, & ibi affirmat, quod creaturæ melius sunt in Deo, quam in se ipsis. Melius ergo est voluntas creata actu, & determinate consentiens, in essentia Divina, quam in se ipsa: quia ibi immutabiliter, in se ipsa vero mutabiliter est. Atque hinc colligunt Patres, quod creaturæ possibiles in Deo nihil sunt aliud, quam ipsa creatrix essentia. Vnde Egid. in 1. distinct. 48. q. 1. art. 2. causatum (inquit) est in causa, secundum modum causæ, non secundum modum suum, sic dicimus, quod creatura in creatore non est aliud, quam creatrix essentia.

Egidius.

104 Tandem P. Augustinus lib. 83. questionum q. 46. ait loquendo de ideis. Sunt namque ideæ principales forma quædam, vel rationes rerum stabiles, atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ in Divina intelligentia continentur, & cū ipsæ neque oriuntur, neque intereant, secundum eas tamen formare dicitur omne, quod oriri, & interire potest, & omne quod oritur, & interijt. Ecce ubi docet ideæ esse rationes stabiles, atque incommutabiles, ac proinde nullo modo à creaturis dependentes, & semper eodem modo se habentes: quod non esset verum, si à nostro consensu earum dependeret representatio, quin potius secundum eas (ait Augustinus) formari dicitur omne, quod oriri, & interire

Ideæ quid.

Aug.

terire potest, ac proinde consensus unitus voluntati, actu, & determinate.

Omnia à Deo per ideas.

105 Et postea ait, nullum posse audere negare omnia Deo auctore esse pro creaturâ, rationabiliter, (idest) per rationes operante. Quod si hoc negari non potest, ut omnia rationes sint cordita, nec eadem ratione homo, qua equus; hoc enim absurdum est existimari, singula igitur (sub infert Sanctus Doctor) proprijs sunt creaturæ rationibus, ac proinde complexum illud voluntatis actu consentiens. Propria ratione, & idea est productum. Et postea. Quod si hæc rerum omnium creatorum, creaturarumque rationes in Divina mente continentur: neque in Divina mente quidquam nisi æternum, atque incommutabile potest esse; atque hæc rerum rationes principales appellat ideæ Plato, non solum sunt ideæ, sed ipsæ veræ sūt, quia æternæ sunt, & eius modi, atque incommutabiles manent; quarum participatione fit, ut sit quid quid est: quo quomodo est. Si ergo participatione idearum fit quidquid est, & quoquomodo est, consensus, ut unitus actu, & determinate voluntati participatione alicuius ideæ fit. Et id circo cap. 7. Deus dicitur omnium artifex. Quia scilicet nihil est aliquomodo possibile, cuius ipse illius, ut factibilis, ideam non habeat. Vide nostrum Gundizal, Zervantes in 7. sapientia Theoria 65.

Zervantes.

CAP. XII.

Solvitur primum argumentum, & explicatur, quare sit determinatus in statu possibilitatis consensus, magis quam dissensus?

Obijciuntur non esse causam determinationis.

106 SED contra nostram sententiam obijci potest primo. In statu mære possibilitatis, etiam in hoc instanti, & vir-

tute huius auxiliij non est maior ratio, quare habeat veritatem determinatam consensus liber, quam dissensus. Ergo neuter habet veritatem determinatam. Consequentia est bona, quia indeterminatio utriusque prohibet alterutrius determinationem.

Quia utrumlibet potest esse.

107 Probatur antecedens, quia in voluntate in talibus circumstantijs, sicut potest esse consensus liber, ita potest esse dissensus. Quia auxilium non est magis connexum cum consensu, quam cum dissensu (quia nos hanc nostram sententiam defendimus, siue auxilia sint determinatita, siue omnino indifferentia) ergo in eisdem circumstantijs uterque est possibilis, & sic non est maior ratio, quare in illis habeat veritatem determinatam magis consensus, quam dissensus.

Cur in statu possibilitatis sit determinatus consensus?

108 Hoc argumentum non est directe contra nostram sententiam, sed petit sibi explicari quandam difficultatem, quare scilicet in statu possibilitatis magis sit determinatus consensus, quam dissensus, aut e contra?

Potest sciri veritas in communi, & non in particulari.

109 Cui difficultati respondeo, quod quamvis nesciremus assignare causam, quare in statu mære possibilitatis, sit magis determinatus in particulari consensus, quam dissensus? non ideo inferretur non esse alterutrum determinate possibilem in illis circumstantijs, & alterutrum determinate impossibilem in eisdem. Arguitur enim ab ignorantia causæ determinationis huius, vel illius extremi in particulari, ad ignorantiam causæ determinationis alicuius incommuni: quæ argumentatio est fallax. Quia arguit à negatione particularis, ad negationem communis. Et in omnibus rebus scimus certo, quod quodlibet prædicatum in quibusvis circumstantijs determinate continerit, vel non continerit subiecto, & ignoramus in particulari, an conveniat prædicatum, an eius carentia? & etiam causam, quare magis continerit

niat predicatum, an eius carentia ante omnem enim reuelationem scimus euidenter esse determinate possibilem, vel impossibilem incarnationis; & tamen re ipsa est determinate possibilis Incarnatio. Quia existentia ipsius euidenter ostendit eius determinatam possibilitatem a posteriori, & non habemus rationem, quare magis sit possibilis altera pars.

Ignorato vero, scitur consensus, vel dissensus determinate possibilis

110 Licet ergo ignoremus quare in statu possibilitatis sit magis possibilis consensus, quam dissensus determinate in quibusvis circumstantiis, scimus tamen in quibusvis esse magis possibilem consensum, quam dissensum, vel e contra, & alterum esse determinate possibilem in aliquibus, & alterum esse determinate impossibilem, propter rationes adductas in hoc dubio: nam existentia consensus, quae de facto existit in tempore in his circumstantiis euidenter conuincit a posteriori ipsum fuisse determinate possibilem in eisdem, & dissensum impossibilem determinate, & ex hoc inferimus, quod sicut consensus est determinate possibilis in istis, & dissensus in alijs, sic in alijs esse determinate possibilem consensum, & in alijs dissensum, & sic in infinitis combinationibus. Nam causam, quam habet consensus, ut sit determinate possibilis in his circumstantiis, habet dissensus, ut sit in illis, & sic de alio consensu, & de alio dissensu, in suis circumstantiis, & consequenter de omnibus in singulis.

Ut repraesentabilis idea litter.

111 Et hinc a priori probamus consensum, verbi gratia, debere esse determinate possibilem, vel habere determinatam possibilitatem, in aliquo instanti, & sub aliquo auxilio. Quia hoc complexum. *Voluntas actu & determinate unita consensui*, est verum ens reale, ergo ut verum debet repraesentari in propria idea, ut probatum est cap. 5. ut ens debet continere

ri in omnipotentia, ut probatum est, cap. 6. ut me. *serabile* debet contineri in aeternitate, ut probatum est cap. 9.

112 Et praeterea hoc absolute probatur ex summa actualitate Dei, quia contingentia, & indeterminata sunt in Deo determinata, & necessaria, ut probatum est, cap. 7. Ergo omne contingens comparatione nostri est determinatum in Deo, & comparatione Dei, & idem probatum est, cap. 8.

Ex actualitate Dei.

113 Quinimo, quando aliud non esset fundamentum, hanc veritatem determinatam probaret regula contradictoriarum, qua vtuntur aduersarij, ut probauimus cap. 10. n. 88. quia in tertio signo debet conuenire voluntati vni ad consensum, vel eius carentiam.

Et ex regula contradictoriarum.

114 Dices, hac regula si aliquid probatur, probari etiam voluntati pro secundo, & pro primo signo conuenire vnionem ad consensum, vel eius carentiam.

115 Nego consequentiam, quam in primo, & secundo signo repugnat voluntati vni ad consensum, & eius priuatio. Quia primum signum est signum negationis exercitij libertatis, & voluntati, ut subest negationi exercitij libertatis, repugnat libertatis exercitium, & sic in primo signo conuenit voluntati negatio vnionis. Secundum vero signum est signum indifferentiae, & voluntati, prout est sub indifferentia ad vtrumlibet, repugnat actualis determinatio ad alterutrum.

Determinatio consensus non est in 1. & 2.

116 At in tertio signo voluntas est in signo determinationis, & id circo debet continere illi actualis determinatio, vel per actum consensus, vel per eius omissionem liberam, vel per dissensum, licet in particulari ignoremus, quae determinatio ei in particulari, & determinate conueniat.

Sed in tertio signo.

117 Ad argumentum ergo in principio capitis propositi, respondeo

Consensus ante cedenter in 2. sig. no. & consequenter in 3.

deo negando antecedens, ad cuius probationem dico, in voluntate in talibus circumstantiis, sicut potest esse consensus, ita potest esse dissensus anteedentes, & virtute secundi signi, quia auxiliium non magis est connexum cum consensu, quam cum dissensu, sed tamen consequenter solum est consensus pro signo determinationis (quod est tertium) possibilis, quia in illis circumstantiis consensus habet quendam modum possibilitatis, scilicet consequentis, & tenentis se ex parte ipsius consensus in actu secundo, quem non habet dissensus.

118 Si vero inquiras, cur in illo tertio signo est magis possibilis consensus, quam dissensus? Inquiro a te quare magis est futurus, aut etiam existens consequenter in voluntate in hoc instanti, & sub conditione huius auxiliij indifferentis consensus, quam dissensus; cum auxiliium non sit magis connexum cum consensu, quam cum dissensu? rationem enim, quam huius futuritionis dederis, dabimus nos illius possibilitatis: quia illa futuritio cum dependentiis a suis causis est possibilis, vnde quidquid respondet alij, respondebimus, & nos.

119 Dices. In alijs sententijs datur rationem determinationis voluntatis in statu futuritiois, & existentiae: quia alij respondit: magis esse futurum consensum, quam dissensum, quia voluntas est se libere determinatura: alij vero respondebunt, quia Deus est determinaturus ipsam.

120 Bene quidem. Sed ulterius inquiram, quare voluntas est magis se determinatura ad consensum, quam ad dissensum? vel quare Deus est ipsam determinaturus, cum voluntas, & auxiliium sint omnino indifferentia, & Deus omnino indifferens? Huius enim nullam poteris assignare rationem: & tamen omnes affirmamus vo-

Illi satis fit, sicut in alijs sententijs

Iterum retorquetur obiectio.

luntatem esse magis consensuram, quam dissensuram, vel e contra. Ergo sicut alij non possunt assignare causam huius determinationis, aut determinationis huius determinationis, cum tamen pro comperito habeant dari futuram aliquam determinationem, sic nos, licet non possimus assignare causam possibilitatis, qua est magis possibilis consensus, quam dissensus in illo tertio signo, possumus tamen assignare rationem, quare alter debeat esse determinate possibilis, & alter impossibile determinate.

121 Deinde si illa responsio alia si satis sententiarum est sufficiens illi fit in difficultati, comparatione futuritiois, erit etiam sufficiens comparatione possibilis determinatae: quia res nostra easdem causas habet in omni statu, vnde si velis in statu futuritionis, & existentiae magis esse futurum consensum, quam dissensum, quia voluntas pro illo signo est determinatura auxiliium, & decretum Dei pro suo libito: idem dicemus nos de possibilitate specialia, scilicet consensum repraesentari specialiter possibilem in illo tertio signo: Quia illa specialis prohibitio determinatio in illo tertio signo est possibilis, & tu debes hoc dicere, nec cogaris affirmare aliquem modum specialem futuritionis non esse possibilem; at si malueris in statu futuritionis, & existentiae magis esse futurum consensum, quam dissensum, quia Deus suo decreto, & auxilio voluntatem determinauit, vel est determinaturus, idem nos dicemus de statu possibilitatis. Sicut enim determinatio consensus futuri, & existentis in propria natura, & mensura, a Diuino decreto, & auxilio existentibus dependet, & ab eis oritur, sic etiam eadem determinatio consensus possibilis in Deo est eminenter, & repraesentatur idealiter, ut possibilis cum dependentia spe-

speciali a Diuino auxilio, & decreto: & sic sub tali auxilio, & decreto possibilibus in tali instanti est possibilis a voluntate consensus, & impossibilis dissensus.

122 Respondet Henao supra §.

Quidem, quod in statu futuritionis, & existentiae, quod sit potius futurus consensus, quam dissensus, est suppositio consequens determinationem liberi arbitrii creati. Sed nos etiam dicimus, quod in statu possibilitatis, sit possibilis in tertio signo magis consensus, quam dissensus esse suppositionem consequentem determinationem liberi arbitrii creati in esse ideali representati, est enim eadem futuritio, & existentia, ut possibilis. Vnde idem quod iste auctor, & nos dicimus.

123 Deinde principali argumento potest responderi, assignando aliquam rationem, quare sit magis possibilis consequenter consensus, quam dissensus in circumstantiis tertij signi, scilicet rationem indiuidualem, vel accidentalem ipsius consensus, quae perit, vel habet dependentiam a voluntate, & auxilio in illis circumstantiis, licet voluntas, & auxilium nullam habeant connexionem cum consensu, magis quam cum dissensu, ut latius dicemus *dub. sequenti, num. 271.*

124 Sed ait Henao supra, hanc rationem esse difficilissimam; nam & si determinatio ad indiuiduum vnus consensus praeter ea, quae est ad indiuiduum alterius numero consensus, potest inde peti, iuxta probabilem sententiam: at determinatio ad speciem consensus praeter ea, quae est ad speciem, referenda est non in circumstantias temporis, & loci, neque in alias similes ut stellarum, &c. sed tantum in liberum arbitrium adiutum Dei gratia auxiliante, ut nos fatemur in dicta responsione, alias circumstantiae temporis, & loci euerterent nostram libertatem, quo ad speciem. Cum autem hoc fateamur (inquit Henao) ipsum lateret, cur in antecedentibus verbis insinuemus recursum ad circumstantias temporis, & loci, determinantes ad consensum praedissensu.

125 Respondeo. Nos insinuare illum recursum, ut insinuaremus rationem aliquam, quare sit magis possibilis consensus, quam dissensus, quia quod consensus habeat aliquam specialem possibilitatem in illis circumstantiis erat conditio, vel ratio indiuidualis consensus. Cum enim probauissemus in statu merae possibilitatis in illis circumstantiis instantis, & auxilij debere esse determinate possibilem consensum praedissensu, vel e contra, ad iecimus hanc specialem, & determinatam possibilitatem esse aliquam rationem indiuidualem, vel accidentalem, tenentem se ex parte ipsius consensus, vel dissensus, prouenientem a libero arbitrio, se libere determinante in illo instanti, & virtute illius auxilij; sicut enim in tempore, quando voluntas actu consentit libere se determinando, quo ad speciem ad consensum praedissensu, ille indiuidualis consensus actu habet existentiam, & esse, & actualem vnionem ad voluntatem, & actualem dependentiam liberam ab illa, quam pro eisdem circumstantiis non habet dissensus, neque alius numero consensus, quamvis habeant haec omnia in potentia; sic in statu possibilitatis suo modo dici posset de possibilitate speciali: de quo numero 271.

potentia; sic in statu possibilitatis suo modo dici posset de possibilitate speciali: de quo numero 271.

numero 271.



Est ratio indiuidualis illius.

Possibili-
tas con-
sensus
suppositio
consequens
Henao.

Cuius
possibilis
con-
sensus
liber.

CAP. XIII.

Soluitur secundum argumentum, & explicatur Quid sit actualitas, quam habent contingentia in statu merae possibilitatis?

Obijci-
tur volun-
tas non
habere de-
termina-
tionem.
D. Guerre-
ro.

126 SECUNDO potest obijci contra nostram sententiam, id quod nobis obijcit huius Vniuersitatis Philosophiae moralis Cathedrae moderator, & ingenij acris Doctor D. Didacus Guerrero. Voluntas in statu possibilitatis ad consensum liberum in nullo signo potest habere determinationem, sed tantum in determinationem. Ergo in nullo signo potest habere veritatem determinatam consensus. Consequentia est bona, quia veritas determinata fundatur in determinatione obiectiua.

Quia ne-
que existi-
tiam ha-
bet.

127 Antecedens probatur primo, quia voluntas in nullo signo possibilitatis potest habere existentiam, neque etiam consensus, sed tantum in differentiam ad existendum. Ergo neque determinationem obiectiuam, quia determinatio obiectiua, cum sit quaedam actualitas, supponit actualitatem simpliciter, qualis est existentia.

Neque
est expli-
cabilis
actuali-
tas.

128 Secundo, quia non potest explicari Quid sit illa actualitas, seu determinatio, quam habet voluntas in statu merae possibilitatis, supra quam fundatur veritas determinata contingentium, absoluta ab existentia tantum voluntatis, quam consensus?

Actua-
litatis con-
tingen-
tiae quae?

129 Hoc argumentum petit, ut explicemus, quid sit illa actualitas, seu illud esse, quam habent contingentia in statu merae possibilitatis, supra quam fundatur veritas illorum deesse multipliciter?

Esse mul-
tipliciter
est.

130 Pro cuius explanatione suppono cum nostro Argentinate, in 3.

dist. 1. q. 1. art. 3. esse accipi multipliciter, propter quam multiplicem acceptationem, multae contingunt equiuocationes in dictis Doctorum. Nam primo accipitur pro essentia rei. Et sic dicitur 6. topicorum: quod differentio est oratio quid esse rei significans, & in hoc sensu Auicena in metaphys. ait, quod primum obiectum intellectus est ens, & esse. Secundo accipitur pro illa actualitate, quam accipit vna res ex coniunctione ad aliam: sic enim subiectum accipit quemdam modum actualitatis ex coniunctione ad formam: ut materia fortitur esse extensam ex coniunctione ad quantitatem, & esse calidam ex coniunctione ad calorem: qui modus actualitatis est effectus formalis formae: & realiter distinctus a materia, & forma. Ut late Agidius de esse, & essentia q. 8. & in 2. distinct. 27. q. 2. art. 2. sub. 2. Et eius discipuli Gerard. in 1. dist. 17. q. 2. art. 9. Et Argentinas ibi q. 2. art. 2.

Argentinas.

Egidius
Gerard.
Argentinas.

131 Tertio accipitur esse pro habitudine compositionis praedicati cum subiecto. Sicut enim materia in esse physico accipit esse actualitatis, & determinationis ex vnione ad formam, sic in esse intentionali, seu praedicabili subiectum accipit esse praedicatum ex vnione ad praedicatum. Et in hoc sensu verbum est significat compositionem praedicati cum subiecto, quae sine compositis non est intelligere, ut dicitur 1. Priorum cap. 1.

132 Quarto accipitur esse pro actuali existentia rei, quae est actualitas, quae res ponitur extra causas, ut habet esse in se ipsa, & in propria natura, & duratione. Quinto accipitur pro substantia rei, quae est idem ad per se existentia, & non alteri innitentia, quo pacto Petrus dicitur habere esse per se, quod esse non habet humanitas Christi, quae innititur substantiae Verbi, & ab eo sustentatur.

133 His suppositis dicimus primo, illud

Contingentis actualitas ex esse & essentia. illud esse, seu illam actualitatem de-terminationis, quam habent continguntia in statu meræ possibilitatis esse actualitatem, & esse essentiae rei compositae, & complexae, scilicet essentiam huius complexi. *Voluntas actu, & determinate consentiens.* Nam cum in tempore detur in rerum naturale complexum existens, quod est ens distinctum a voluntate sola, & a voluntate cum auxilio, & ab ipso consensu libero, quia illud complexum dicitur actuali unionem consensus liberi a voluntate auxiliata, & actuali dependentiam ab illa, licet liberè, & contingenter ab ea orientis in hoc instanti: fit ut in statu possibilitatis detur prædicata essentialia, generica, specifica, indiuidualia, & integralia talis complexi, cum omnibus suis modis, & dependentijs, ac proinde fit, ut etiam indiuiduatio, & integritas talis complexi, & quidquid est existens, sit possibile, & ut hæc omnia fuerint in statu meræ possibilitatis.

Ex forma, & subiecto. 134 Secundo dicimus illud esse, esse actualitatem quãdam, seu actualitatis modum subiecti a forma, quam accipit voluntas in esse representatiuo, & ideali ex actuali unione ad consensum prout in sua causa, & exemplari representatum, licet in potentia reali, ut sit in tempore, si Deus illam velit prædifferire. Nam sicut in tempore cum voluntas actu liberè consentit, habet modum quendam actualitatis, & esse quoddam, quod participat a consensu, sibi vnito formaliter, scilicet esse intrinsece consentientem: sic æternaliter ante omne decretum, & in statu meræ possibilitatis, habet illud mer esse, & illam mer actualitatem, eam differentia assignata, quia in tempore illam in se, & admodum sui, & in esse Diuino habet illam in causa, & admodum Dei, & secundo modo est regula prioris. Vide *num. 38.*

135 Tertio dicimus illud esse, & actualitatem, esse compositio- nis obiectiuæ, subiecti & prædicati. Et patet, quia hæc compositio fundatur in præcedenti. Nam Verbum in prædicatione, tunc vere significat, quando propositio formalis conformatur cum obiecto: unde tunc est vera prædicatio, quando prædicatum obiectiuum competit verè, & determinate subiecto. *Nam ab eo quod res est, vel non est,* propositio dicitur vera, vel falsa, & sic veritas prædicationis, vel enuntiationis, est signum veritatis realis obiectiuæ. Vide, quæ diximus *num. 39.*

136 Quarto dicimus illud esse, seu illam actualitatem contingen- tium in statu meræ possibilitatis non esse actualitatem existentiae, seu subsistentiæ propriæ, exercitæ in se ipsis, & admodum sui, qualiter existunt, & subsistunt in tempore, quia hoc modo repugnat res esse in Deo: sed esse actualitatem rerum representatarum, & existentium, & subsistentium admodum Dei, ut late explicuimus *num. 55.*

137 Ex his ad argumen- tum in principio capituli propositum, respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico, voluntatem in statu meræ possibilitatis non posse habere existentiam propriam exercitam in se ipsa, & admodum, sui: ad hanc enim est voluntas in potentia, sicut & cetera possibilia: habere tamen actualitatem essentiae subiecti a forma, & subiecti a prædicato: ex qua actualitate oritur veritas determinata, & determinata cognoscibilitas, qua cognoscuntur a Deo: quia actualitas obiectiuæ, licet supponat actualitatem simpliciter, qualis est existentiae, cum contingentia possint existere, vel in se ipsis, & admodum sui, scilicet variabiliter, vel in Deo, & admodum Dei, nem:

Ex prædicato, & subiecto.

Non existentiæ, & essentia.

Ad quod est in potentia.

nepè modo inuariabili, ideo possunt fundare duplicem actualitatem, & veritatem obiectiuam, vnã quam habent in se ipsis modo mutabili, & variabili, & aliam quam habent, in esse Diuino modo inuariabili, & hæc est regula prioris, & illius idea. Ex quo patet ad secundam probationem antecedentis.

CAP. XIV.

Soluitur tertium argumentum, & explicatur. An dentur in Deo idea rerum complexarum.

O'ijetur non dari ideas complexi. 138 **T**ERTIO obijci potest. In Deo non dantur idea rerum actu complexarum, maxime contingentium, sed duntaxat in complexarum. Ergo in Deo non representantur contingentia, ut actu complexa, & vnita, sed duntaxat ut incompleta, & ut complectibilia in statu futuritionis, & existentiae in propria natura.

Quia contingens. 139 Antecedens probatur primo, quia complexiones rerum, quibus formæ actu vniantur subiectis, sunt omnino contingentes, & maxime complexiones, quibus consensus, vel dissensus liberi actu vniantur voluntati: ideae autem representant sua ideata sub esse possibilium: & sic merè naturaliter, & absque vlla contingetia: ac proinde non possunt representare actuales complexiones rerum, maxime contingentium.

Et quia non datur idea futuri. 140 Secundo, quia si darentur ideae actu complexorum, contingentium, ut possibilium, darentur etiam ideae acta complexorum contingentium, ut futurorum: quia eadem est ratio vtrorumque, nempe infinita actualitas Dei: consequens autem

est falsum: alias ante decretum Dei representarentur contingentia, absolute futura, & actu vnita cum sua futuritione, quod falsum est.

141 Hoc argumentum perit, ut explicemus. An dentur in Deo ideae rerum complexarum, & maxime contingentium?

142 Partem negatiuam videtur aliquibus tenuisse Scotum in 1. distinct. 39. §. contra rationes, sed ibi non loquitur de complexionibus rerum mere possibilium, sed de complexionibus contingentium possibilium, complexorum, cum futuritione. De quo in solutione secundæ probationis antecedentis.

143 Tenenda tamen est pars affirmatiua, quam tenent D. Bonauentura, Egidius, & alij relati, *num. 44.* & D. Thomas *quest. 3. de potentia, artic. 5. in corpore, & ad 2. Egidius in 1. distinct. 36. q. 2.* Quem refert, & sequitur Noster Franciscus a Christo in 1. distinct. 36. tract. de ideis *quest. 5.* Marsilius in 1. *quest. 38. in solutione rationis principalis ad 2.* Et communiter Theologi.

144 Et licet hoc sufficienter probatum sit *cap. 5.* potest vterius explicari. Quia licet hoc complexum voluntas liberè consentiens, contingenter existat in tempore comparatione causæ secundæ, & comparatione primæ, ut volentis: tamen possibilitas illius complexi non est contingens, sed necessaria. Nam necessarium est possibile esse complexum contingens: sicut necessarium est esse complexum necessarium; & sic necessarium est esse ideam representatiuam complexi contingentis, sicut & necessarij, quia necessario representetur in Deo consensus, vel dissensus determinate, conuenire contingenter voluntati, antecedenter, & necessario ex suppositione:

An dentur ideae complexorum?

Videtur negare Scotus.

Affirmandum tamen. D. Bonauent. Egidius. D. Tho. Franc. a Christo. Marsilius.

Quia complexum contingens est possibile.

D₂ sicut

ficut licet conclusio probabilis contingenter, & in certo deducatur ex medio probabili, necessarium est dari medium certum & scientificum, naturaliter representans illam in certam deductionem.

Complexi contingens possibilis, est necessaria.

145 Ad argumentum ergo. Respondeo, negando antecedens, ad cuius primam probationem concedo complexiones, quibus formae ununtur actu subiectis esse omnino contingentes, & maxime illae quibus consensus, vel dissensus liberi ununtur voluntati: sed nego possibilitates rerum ununtarum contingentes esse, sunt enim omnino necessariae. Quia omnino necessarium est, & absque vlla contingencia, quod sit possibile complexum formae contingenter ununtur subiecto, & sic est etiam omnino necessarium dari ideas naturaliter representantes illa complexa. Quia vt explicamus cap. 3. praecipue num. 22. contingencia, & necessitas sunt differentiae essentiales, si inter se comparantur, materiales vero comparatione idearum.

Vendicatur Antiqui. Scotus. D. Bon.

146 Ad secundam probationem Scotus supra existimavit. D. Bonaventuram docuisse dari ideas contingentium, vt futurorum, & sic representantes futura contingentia absoluta, ante omne decretum. Et hoc etiam sentiunt de D. Bonaventura, Egidio, & alijs antiquis, plures Moderni. Vt Cornejo, Villegas, Sylua, & alij; cuius sensus numquam illis Doctoribus venit in mentem: vnde ab hac impostura eos vendicat nos ter Aluiz. dist. 6. de scientia se 7. 6. numero 10. & nos illos explicuimus, numero 45. de futuritione, vt representata, non de exercita in se ipsa, & hoc insinuat etiam Aluiz. vnde etiam apparet in mente D. Bonaventurae non attigisse Icopum, Nost. Ariminens. in 1. distinct. 38. q. 2. art. 2. dum impugnat Scotum, & Aureolum impugnantem rationes Scoti. Nam ad su-

Ariminiensis.

turitionem absolutam exercita praedicti Doctores possuerunt decretum Diuinae voluntatis. Vt patet in Egidio late ponderando disput. 3. dub. 8.

147 Quare ad secundam praedictam probationem negamus sequelam: quia futuritio exercita in ipsis rebus est modus realis rerum creaturarum, conueniens ipsis, in se ipsis, & ad modum sui, & hic non potest praehaberi in Deo exercite, sed tantum signate, vt late explicuimus, num. 55. Et sic possunt diuitariat representari complexiones rerum ante decretum, quia sic solum modo futuritio est perfectio Dei; futuritio vero creaturae, cum sit perfectio creaturae, non est perfectio Dei, sed creaturae, dependens a voluntate Dei.

CAP. XV.

Soluitur quartum argumentum, & explicantur aliqua difficultates in eo implicitae.

148 QVARTO nobis obicit Reu. quidam Mag. olim noster in Theologia condiscipulus, & postea inter alia munia huius nostrae Prouinciae Prouincialis, cui haec in nostra sententia ingerebant difficultatem, licet non conuincerent.

R. M. Merito.

149 Tertiu illud signum (quod est totius nostrae sententiae fundamentum) non datur. Ergo contingencia non habeat veritatem determinatam in statu merae possibilitatis. Consequentia est bona.

Obijcit non datur signum.

150 Antecedens probabat. Quia respectu illorum obiectorum, quae Deus causat se solo, non datur illa veritas obiectiua, quam ponimus in tertio signo. V. g. respectu effectuum dispar-

Quia non datur illa causa est veritas.

disparatorum, vt sunt gemitus Petri, & risus Pauli. Ergo nec respectu contingentium.

Et quia plura possibilia post decretum.

151 Secundo. Quia si respectu consensus a nobis liberè faciendi daretur illa veritas determinata tertij signi, ideo esset, quia in tempore datur existens illa veritas determinata, ex qua inferimus arguitiue eandem veritatem esse possibilem ante decretum: haec autem consequentia non est bona. Quia plurium rerum existentia, & essentiae sunt posibles solum post decretum, & dependenter ab ipso. V. g. meritum est possibile a creatura, dependenter ab actuali acceptatione, & pacto Dei, & non antecedenter ad illam; iuxta sententiam Egidij, & Thomistarum.

Et ex inconnexione consensus cum principijs.

152 Tertio, quia in tempore consensus existit actu conuinctus cum auxilio indifferenti, & cum voluntate omnino contingenter. Nam neque voluntas, neque auxilium habent connexionem cum consensu, (vt admittimus ad hanc sententiam defendendam) neque e contra, consensus cum voluntate, & auxilio: potuit enim esse illemer consensus sine hoc auxilio, & forsan sine hac voluntate. Ergo coniunctio haec est effectus decreti. Ac proinde ante actuale decretum non datur talis actualis coniunctio, & complexio consensus liberi cum voluntate, in hoc instanti, virtute huius auxiliij: sed consensus & auxilium se habeat cum voluntate omnino disparate.

Et cum quocumque instanti.

153 Quarto, quia consensus nullam habet connexionem cum hoc instanti, magis quam cum alio, Ergo saltem existentia consensus liberi virtute huius auxiliij, pro hoc instanti prouenit a decreto: ac proinde non potest esse illud tertium signum ante decretum.

Quorum Deus sola causa est veritas.

154 Hoc argumentum petit sibi explicari aliquas difficultates in probationibus antecedentis implicitas.

Quod suo ordine fiet. Respondeo ergo ad argumentum, negando antecedens, & ad primam probationem nego non dari veritatem obiectiuam, illorum obiectorum, quae Deus se solo causat, iuxta capacitatem illorum. Nam quia hoc lumen, quod Deus se solo causat, vt dimanans a sole existit; bene arguimus istud lumen, vt dimanans a sole fuisse possibile: & similiter quia coelum, quod est complexum ex materia, & forma existit: bene arguimus sic fuisse possibile, & representatum in sua speciali idea.

Et etiam disparatorum.

155 De effectibus disparatis, si diceremus non habere veritatem determinatam, vt posibles, nihil contra nos. Quia etiam plures admittentes scientiam mediam, dicunt non habere veritatem determinatam ante decretum: vt dicemus disp. sequenti n. 375. Sed tamen dicimus habere vnionem subiectiuam: & sic suo modo veritatem determinatam, prouenientem ab vnitate Diuinae naturae, omni potentiae, & idearum, in quibus continentur, & representantur omnia simul: & etiam habere vnionem obiectiuam temporalem, & localem ante decretum actuale Diuinae voluntatis, dependentem tamen ab illo, vt possibili. Nam si existit gemitus Petri in eodem tempore, & loco, quo est risus Pauli, possibile est vtrumque, si Deus velit illud in eodem tempore, & spatio producere.

Omnia sunt possible ante decretum.

156 Ad secundam probationem concessa maiori, nego minorem. Ad cuius probationem nego aliquam rem secundum existentiam, aut essentiam, esse possibilem dumtaxat post decretum actuale Diuinae voluntatis. Nam licet plures res dependant quoad aliud quod exercitium a Diuina voluntate, vt acceptante, & se obligante: vt meritum ad obligandum Deum dependet non solum a decreto praediffiniente actum liberum, & supernaturalem, vt ortum a gratia

habituali, sed etiam ab alia voluntate actuali, qua Deus velit hunc actum acceptare ad vitam aeternam, & qua se obliget, vel quasi obliget ad illum remunerandum, si creatura illum eliciat: tamen possibilitas meriti non est post decretum Diuinae voluntatis, sed ante illud, licet cum dependentia ab illo, vt possibili, & ab acceptatione, vt possibili. Nam sicut cum meritum existit in tempore, dependet a duplici decreto actuali Diuino, vno, quo velit esse substantiam actus meritorij, & altero, quo acceptat illum ad vitam aeternam: sic tale meritum fuit possibile, ante omne decretum actuale Diuinum, dependenter tamen a duplici illo decreto, vt possibili.

157 Ad tertiam probationem antecedentis potest dici primo, quod neque voluntas, neque auxilium habet connexionem aliquam cum consensu, tamen e contra, consensus habet connexionem aliquam, saltem connaturalem cum voluntate, & auxilio, in illis circumstantijs: ratione cuius consensus saltem connaturaliter non possit esse sine illa voluntate, & illo auxilio: sicut iuxta plures, licet omnipotentia non habeat essentialem connexionem cum possibilibus, possibilita tamen habent essentialem connexionem cum omnipotentia. Vide, num. 125.

158 Secundo potest admitti antecedens, & distinguere consequens, vnde concedo coniunctionem actualem consensus liberi cum voluntate, & auxilio, prout talis coniunctio est in tempore, esse effectum voluntatis Diuinae, & humanae, sed nego non dari hanc eandem coniunctionem actualem, vt possibilem in esse Diuino cum dependentia a determinatione voluntatis Diuinae, & humanae, vt possibilibus. Nam haec inferitur ex illa, & licet voluntas, & auxilium secundum se sint indifferentia, & in connexa cum con-

sensu libero, vel dissensu: nam prout in esse Diuino ratione Diuinae actualitatis debent esse vnita, & determinata subiectiue cum alterutro: sicut licet omnipotentia sit in connexa cum possibilibus, actu debet continere omnia possibilita, vide a num. 59.

159 Ad quartam probationem (quidquid sit de consensu quoad speciem) tamen loquendo de consensu libero quoad indiuiduum posset negari antecedens, quia iuxta plures, effectus accidentales indiuiduantur ab hic & nunc, quod indicat Egidius in 2. dist. 3. p. 1. q. 2. art. 1. dub. 1. §. propter primum. Deinde admissio antecedenti, & admissio etiam temporalem existentiam consensus liberi virtute huius auxilij, in hoc instanti provenire a decreto, nego hoc totum sub ratione possibilis non reperiri in Diuino esse, vt vnitum, sicut dictum est numero precedenti, licet possit voluntas, auxilium, & instans seorsim reperiri sine consensu, & forsan simul in alia serie rerum ex infinitis possibilibus. Quare autem magis sit possibilis consensus, quam dissensus in vna quaque serie, diximus cap. 12.

CAP. XVI.

Soluitur quintum argumentum, & explicatur an genus causae formalis, & materialis contineantur in Deo.

160 QUINTO potest obijci Consensus, vt oriens liberè a voluntate non potest contineri in Deo. Ergo vt sic non potest habere esse determinatum in voluntate in statu merae possibilitatis. Consequentia est bona, quia si haberet esse determinatum in tali statu, hoc haberet ratione continentiae in Deo.

161 Antecedens probatur primo. Quia consensus liberi voluntas est non solum causa efficiens, sed etiam formalis, & materialis, & in generibus causae finalis, & materialis causatur ab ipsa, ratione qua vitalis, ratione qua voluntarius, & ratione qua liber, cum sub his rationibus specificetur a voluntate, tanquam a causa formali extrinseca: hac autem ratione non potest contineri in omnipotentia. Quia Deus in illis generibus causa non potest causare consensum liberum creatum, vt vitalem, & liberum: nisi tantum in esse qualitatis: vt docent communiter Doctores, dicentes Deum non posse causare se solo actum vitalem, & liberum, absque concursu potentiae vitalis creatae.

162 Secundo, quia vt nos diximus in quaestione num. 122. cum Egidio, & alijs, voluntas praeter influxum physicum, seu realem, quo causat suos actus, sicut aliae potentiae naturales suos causant, habet alium specialem influxum dominatum, quo suis actibus vititur, & quo vult se velle: hoc autem dominium est denominatio extrinseca actui, proueniens formaliter a voluntate potens illum cohibere: sed hoc genus causae formalis non continetur in Deo, quia Deus non est prima causa formalis: alioquin posset causare quemcumque effectum formalem sine forma, & sic facere per se album, absque albedine. Ergo dominium illud non continetur in Deo, & sic consensus liber non habet in ipso veritatem determinatam.

163 Hoc argumentum perit vt explicemus. An genus causae formalis, & materialis contineantur in Deo? cui difficultati respondeo, quod licet Deus non possit aliquid causare in generibus causae formalis, & materialis: vt cum communi Philosophia docet nos Lulitanus 1. 8. c. 2. q. 4. art. 2. §. 3. a num. 16. Tamen potest con-

tinere causas formales, & materiales, & effectus & causalitates earum praecipue formalis extrinseca, (qualis est voluntas respectu consensus) in genere causae efficientis: vt ex dicendis constabit, & docet Lulitanus a num. 29.

164 Ad argumentum ergo. Respondeo ipsud nihil probare in sententia illorum, qui dicerent creaturas posibles habere cognoscibilitatem passiuam, & obiectiuam in se ipsis. Quia etiam si non continerentur in Deo, possent habere veritatem determinatam.

165 Deinde non probat consensus liberum, vt talem (esto non contineretur in Deo) non posse representari in ideis, quia ideae representant etiam illa, quae Deus non potest causare: vt negationes, entia rationis, & peccata. Quia latius patet representatio, quam continentia. Vnde priuationes, & peccata cognoscit Deus per se ipsum, & per suam artem, a qua discordant, seu per ideam boni causabilis a Deo. Vt late explicat Egidius in 1. distinct. 36. q. 1. art. 2. & ibi communiter Theologi.

166 Vnde Egidius ibi q. 2. art. 4. quaestione 1. corpore ait. Quod cum omnia sint a Deo cognita, tam bona, quam mala: & idea non solum sit quid factuum, sed etiam sit principium cognitionis omnium, oportet esse ideam non solum bonorum, quorum Deus est auctor, sed etiam malorum, quorum est cognitor, & punitor. Et postea explicat quo modo mala, materia, & vitia ideam habeant in Deo? Si ergo mala habent ideam cognitionis, quin habeant ideam factionis: sic posset consensus liber vitalis, & voluntarius, & vt liber habere ideam representationis, licet vt sic, non habeat ideam factionis.

167 Sed nec probat argumentum consensus liberum, vt vitalem, & voluntarium non contineri in Deo. Quia

Ruit arg. si possibili cognoscantur in se.

Idea etiam representant, quae non causant.

Egid.

Idea cognitionis & factionis.

Consensus, vt liber, & voluntarius.

talis continetur in Deo. Quia

Consensus cum principis conuenitur.

Coniunctio consensus cum principis, est possibilis.

Consensus in diuiduatione quo.

Egidius

Et ex domino voluntatis.

Obijci. Consensus non continetur in Deo.

An Deo causae formalis contineatur?

Lulitanus

Quia licet causalitas causae formalis & materialis intrinsecae non contineatur in Deo, nec possit ab ipso immediate exerceri: quia non potest facere album sine albedine: tamen causalitas formalis, & materialis extrinseca, qualis est voluntas comparatione actus liberi, continetur in Deo, & potest ab ipso suppleri. Vt indicat Lulitanus *primum*, 30.

In genere causae efficientis.]

168 Nec tandem probat argumentum consensum liberum, ut talem, non contineri in Deo in genere causae efficientis. Quia licet causalitas causae materialis, & formalis intrinsecae, in his generibus causarum, non possint exerceri a Deo, per se, & sic non contineantur in ipso sub habitudine huiusmodi causalitatis, quia hoc modo dicuntur imperfectionem, & dependentiam, tamen effectus causatus, ut causatus a forma intrinseca formaliter, & a materia materialiter; continetur in Deo sub ratione entis, de materiali se habentibus illis dependentijs. Sic enim continetur in Deo hoc individuum Petrus physice sumptus, quamvis dependeat in genere causae materialis a materia, & in genere causae formalis a forma: & sic potest Deus causare Petrum in genere causae materialis, media materia, & in genere causae formalis, media forma: & sic etiam potest causare consensum liberum, ut liberum medijs voluntate, & auxilio immediate, in genere causae efficientis, & medijs illis in genere causae materialis, & formalis.

Deus continet consensum, dependentem a se form.

169 Ad argumentum ergo in forma respondeo negando antecedens: ad cuius primam probationem concedo consensum liberum, ut tale dependere a voluntate, non solum in genere causae efficientis, sed etiam in genere causae formalis, & materialis extrinsecae: sed nego Deum non posse continere consensum liberum, ut sic dependentem, & illum causare me-

dia voluntate, & auxilio, sicut potest causare actum vitalem media potentia vitali.

170 Ad secundam probationem antecedentis, concedo voluntatem habere influxum in consensum effectivum, & dominatiue: nego autem hunc concursum dominatiuum esse solam denominationem extrinsecam. Quia, ut tibi dixi contra Ripaldam, tale dominium est usus ipsius actus, & modus eius, seu nova habitudo dependentiae & subiectionis actus a voluntate: & licet actus in generibus causae efficientis, & formalis extrinsecae dependeat a voluntate: sed nego hanc genera causarum non contineri eminenter in Deo immediate, vel mediate. Quia licet Deus non sit prima causa materialis, nec formalis, imò neque causa materialis, & formalis, est prima causa efficiens, & simpliciter: & sic potest facere consensum liberum, ut vitalem, & ut voluntarium, & ut liberum media voluntate creata, & auxilio tanquam causis formalibus, & materialibus. Et idem dico, dato quod actio dominatiua sit denominatio extrinseca, ut putat Ripalda, De quo late *disp. 2. dub. 13. cap. 2.*

Influxus dominatiuus quid.

Ripalda.

CAP. XVII.

Soluuntur omnia alia argumenta.

171 SEXTO obijcit Molina supra §. in primis nostra sententia ponere videtur alteram partem futurorum contingentium, determinate esse veram, atque tamquam existat, ideoque naturaliter representari in idea, seu essentia Divina, quod esse falsum ipse probasse dicit *disp. 17.*

Obijcitur alteram partem contingens esse veram.

172 Respondeo negando sequelam. Nam iuxta nostram sententiam contingentia, neque ut futura, neque ut possibilis, habent veritatem de-

Sed negatur de contingentibus, ut de libus.

determinatam, ut contingentia sunt, sed solum ut existentia, vel in se ipsis, vel in esse Divino pro tertio signo, quod est determinationis. De quo late *disp. 2. dub. 4.*

Obijcitur profectiam tollit liberitatem.

173 Septimo, vel idea representat hanc partem esse futuram sub conditione auxiliij, quia arbitrium pro sua libertate in eam se flectit representatura oppositam, si arbitrium pro sua libertate esset flexuratum in oppositam, vel representat hanc partem naturaliter, ita ut nullo modo possit representare oppositum, ac proinde arbitrium ad id sit determinatum? si primum haec representatio est scientiae mediae, si secundum tollitur libertas.

Sed negatur assumpsum.

174 Respondeo ideam representantem unam partem naturaliter, ita ut nullo modo possit representare oppositum: quia arbitrij est determinatio actualis, ut representata necessario antecedenter comparatione ideae, consequenter comparatione arbitrij. Quomodo autem non laedatur libertas dicemus *dubio sequenti cap. 13.*

Obijcitur ideam non representantem determinationem.

175 Octavo. Idea solum representat rem, cuius est idea in esse possibili, & modum quo fieri possit in exercitio: exercitium autem non representat ante determinationem voluntatis artificis: & quando res aliqua a duobus artificibus dependet, ut pendet contingentia a Deo, & creatura, ut ex hypotesi cognoscatur futura, oportet ut determinatio utriusque voluntatis ponatur, quod fieri non potest, nisi Deus velit liberum arbitrium in tali ordine rerum collocare, & inde videat ad quam partem sit se determinaturum.

Sed negatur assumpsum.

176 Respondeo ideam representantem consensum creatum, ut actu, & determinate unum voluntati praediffensu, in hoc instanti, & sub hoc auxilio, sub ratione possibilis, & in esse ideali: & sic representat modum quo fiet in exercitio, si Deus velit dare ta-

le auxiliu, absque eo quod expectet determinationem, qua arbitrium se determinet in exercitio, determinatione exercita in se ipso. (Haec enim, posita illa possibilitate, est futura sub conditione suarum causarum.) Et licet consensus dependeat a duobus artificibus, tamen cum primus artifex sit infinitus, habet in sua idea naturaliter representatam determinationem secundi artificis, & sic non oportet expectare eam: alias secundus artifex esset primus. De quo plura *dub. seq.*

DVBIVM II.

An Deus cognoscat contingentia ut determinate vera in statu merae possibilitatis?

177 EXPLICATA determinata veritate obiectiva contingentium, ut mere possibile, explicandum venit. An Deus talia contingentia, ut determinate vera in statu merae possibilitatis, scientiam mere naturali cognoscat?

CAP. I.

Deum non cognoscere contingentia ut determinate vera in statu merae possibilitatis affirmat plures.

178 PRIMA sententia negat. Negant Ita Plurimi Thomistae, PP. Thomistae, & Iesuitae, qui ita sententur. Nam ideo recurrunt ad statum futuritionis conditionatae contingentis exercitae in se ipsa, ut inveniunt veritatem, & cognoscibilitatem determinatam consensu praediffensu, sub quolibet auxilio, quia eam non inveniunt in statu mere possibilitatis. Vt diximus *num. 8.*

179 Sed in terminis (præter re-
 Quam latos num. 9.) tenent hanc sententiam
 in termi- Molinæ p. disp. 18. memb. 1. §. dicunt.
 nis tenent Et in concord. Antwerp. disp. 53. memb.
 plures. 1. §. dicunt enim Ram. relect. 3. pag. 59
 Molinæ. §. profecto. Gonet de scient. Dei, disp.
 Ram. 4. a. 2. §. 3. Mag. Volibar Salmanticæ.
 Gonet. his Vespertinæ Cathedræ Antecessor
 Volibar. tract. de scient. liberi Dei disp. 1.
 Cumpuz. dub. 3. §. 2. Et nuperrimè Doct. Cam-
 Ribaden. puzano, huius Complut. Vniuersitatis
 Ant. Pe Vesperarius, qui profundius alijs nos-
 177 tram sententiam penetravit disp. de
 Aldret. scient. med. §. 2. 4. 5. Et supponunt, in-
 ter plures alios ex modernis Ribade-
 neyra de Prædest. disp. 3. cap. 1. Anton.
 Perez de intellig. Dei disp. 3. cap. 1. n.
 25. Aldrete de scient. disp. 8. sect. 5. n. 3.
 Quorum argumentis satisfacimus in
 ho. & in dub. 10.

180 Eandem hanc sententiam te-
 nent quot quot docent ad prouiden-
 tiam non sufficere scientiam simplicis
 intelligentiæ, sed esse simpliciter ne-
 cessariam scientiam mediam. Hoc te-
 nere omnes, qui scientiam mediam ad-
 mittunt ait Herice disp. 22. cap. 3. §. in
 prior. sententia. Vbi plures suæ fami-
 liæ refert, & eis subscribit. Quibus ad-
 do nostrum Aluiz de prædestinat. disp.
 Aldrete 3. sect. 3. §. est etiam. Aldrete de præ-
 Carleton. destinat. disp. 2. sect. 1. Carleton disp.
 Perz. 27. sect. 5. Perez de prouidentia disp. 2.
 Esparça. cap. 2. n. 32. Esparça lib. 1. q. 16. art. 1.
 2. & 3.

181 Iuxta hos ergo Doctores,
 Deus per scientiam merè naturalem
 solum cognoscit res in complexas, &
 maxime contingentes, & sic solum ag-
 noscit voluntatem posse vniri cum cõ-
 sensu, vel dissensu determinatè in sta-
 tu futuritionis, vel à se, vt dicunt Ie-
 suitæ, vel à se præcedenti decreto, vt
 Thomistæ affirmant. Quia solum cog-
 noscit Deus scientia naturali secun-
 dum signum voluntatis, quod est in-
 differentiæ, vt vnatur cum consen-
 su determinate, vel cum dissensu, non

autem agnoscit tertium signum, quod
 est actualis determinationis vnus præ-
 alio: & sic Deus scientia naturali non
 cognoscit complexiones rerum con-
 tingentium cum voluntate, sed tan-
 tum cognoscit complectibilitates, seu
 vnibilitates voluntatis cum alterutro
 ex suis actibus: & sic cognoscit comple-
 xiones rerum, vt videtur Molina ad-
 mittere §. de inde displicet, & admittit
 aliqui recentiores, solum cognoscit
 illas, vt mere possibles, quia cognos-
 cit dumtaxat complexorum entita-
 tes, & existentias, & quo pacto pos-
 sint poni in rerum natura, media vo-
 luntate Diuina, non tamen cognoscit,
 quid erit, vel non erit determinate in
 quibuscumque circumstantijs, neque
 absolute, neque sub conditione? Nam
 solum cognoscit possibilitatem vnio-
 nis actualis determinationis cum vo-
 luntate: non vero determinationem
 aliquam actualem voluntatis, vt pos-
 sibilem à Deo produci.

CAP. II.

Deum cognoscere contingentiã, vt de-
 terminate vera in statu meræ possibi-
 litatis proponitur, explicatur, &
 eligitur.

182 **S**ECVNDÀ sententia af-
 firmat Deum cognosce-
 re contingentiã, vt de-
 terminate vera in statu meræ possi-
 bilitatis per scientiam merè naturalem
 in esse possibilium, & in esse futuro-
 rum, futuritione merè ideali, & repræ-
 sentata in ideis Diuinis, non autem fu-
 ruritione exercita in se ipsis, & admo-
 dum sui, siue absoluta, siue conditiona-
 li. Hanc sententiam existimo fuisse
 Egidij, Sancti Thomæ, & aliorum
 antiquorum capitibus sequentibus ad-
 ducendorum.

183 Ex his autem, qui post ortã
 hanc

hanc controuersiam scripserunt, vne-
 re videntur hanc sententiam. Noster
 Mendoza q. 7. Scholastica conclus. 3. §.
 sed ne inani. Vbi docet contingentiã
 futura sub conditione representari
 naturaliter, & necessario in Diuina ef-
 sentia, & id amplius explicat conclus.
 4. maxime in secunda editione. Quã-
 vis addat Deum cognoscere natura-
 liter priori ad omne decretum ad
 quos effectus sit se determinatura Di-
 uina voluntas, in quo ei non adhære-
 mus. Et §. antecedenti sicut in 1. in 1.
 me refert pro hac sententia plures an-
 tiquos, & inter eos Egidium, & Alen-
 sem quamvis in secunda editione na-
 mer. 16. §. 1. 2. oppositum doceat.

184 Idem docet Zamel, qui per
 omnia sequitur Mendozam, licet ma-
 gis clare, & expresse ponat hanc sen-
 tentiam 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 8. i. 2.
 probatione primæ conclusi. Et con-
 clus. 2. docet futura conditionata non
 esse verè futura, sed mere possibilia,
 & hoc (addit) debet esse certum v. r. s. a
 prienti Theologo, & contrarium dicere
 est stultum. Quia scilicet futuritio
 conditionata est dumtaxat in esse idea-
 li, & representatiuo, non autem in esse
 exercito in ipsa creatura, & admodum
 creaturæ, quod valde est notandum.
 Et conclus. 3. docet Deum non cognof-
 cere hæc futura in decreto actuali suæ
 voluntatis, quia scilicet, hæc, quæ vo-
 cantur futura conditionata contingen-
 tia cognita sunt à Deo, vt possibiliter
 futura, quia potuit de futuritione eorũ
 Deus decernere, & statuere. Et conclus.
 5. ait Deum illa cognoscere, quia com-
 prehendit suam essentiam, & per ideas
 Diuina. Et intra. Quibus comprehen-
 si: non potest non cognoscere certo, &
 infallibiliter complexiones omnes con-
 tingentes, etiam secundum esse futu-
 ram absolute & si noluciter, quæ prop-
 tercum Deus per liberam determina-
 tionem, quæ voluit mundum creare cõ
 creaturis liberis, decreuit ex infinitis

Nota di-
 Elum Zu-
 melij.

Affir-
 mant
 Egid.
 & alij.

S. Th.
 Egid.

modis, & ordinibus possibilibus, libe-
 re futuris, si ipse vellet, producere libe-
 rum arbitrium, in hoc, aut illo ordine
 rerum, & circumstantiarum, intendens
 do hoc, aut permittendo illud in parti-
 culari, idcirco nouit, quæ futura erant.
 Quod late ibi explicat, & refert pro
 se Diuos Bonau. Thomam, & Caieta-
 num, & ad 2. ait, quod aliud est repræ-
 sentari, & aliud esse: & sic quod crea-
 turæ sint, habent à Diuina voluntate;
 quod vero represententur habent ab
 infinitate Diuina essentiæ. Vbi iterum
 distinguit duplicem futuritionem, vnã
 in esse representatiuo, & ideali, &
 hanc videtur admittere tanquam om-
 nino naturalem, & naturaliter à Deo
 cognitam, al. eram in esse reali, & ex
 parte rerum, & ad hanc requiri actua-
 le decretum, licet postea aliter senserit.

185 Idem docet Cabrera 3. v. q.
 1. ar. 3. disp. 1. §. 22. num. 349. Vbi af-
 firmat Deum cognoscere futura con-
 tingentiã conditionata, non per scienti-
 am mediam, nec in decreto, sed in
 sua essentia, illam comprehendendo.
 Hoc clarius docuit Noster Celestinus
 Brunus quodlib. 13. disp. 5. c. 1. §. 7.
 Vbi docet actum charitatis liberum,
 verbi gratia, in certis circumstantijs
 habere specialem modum possibilita-
 tis, quo possit per scientiam naturalem
 in essentia Diuina cognosci futurum
 sub conditione. Et cap. 3. num. 1. Ex-
 pressè docet cognitionem futurorum
 contingentium sub conditione (quam
 admittit in Deo ante omne decretum
 actualem non esse scientiam mediam, &
 quæ potuerit Deo deficere, sed merè
 naturalem, & simplicis intelligentiæ;
 quæ (vt ait num. 2.) tendit ad rem pos-
 sibilem, vt possibilem. Quod autem
 (subdit) effectus futurus conditionatus
 sit possibilis à causa libera, siue à neces-
 saria, siue quomodocumque paruum in-
 teresse videtur. Quia scilicet, vt nos di-
 ximus cõ Egidio num. 21. contingen-
 tia,

D. Bon.
 D. Thom.
 Caietan.

Cabrera

Celestinus

tia, & necessitas sunt differentiae materiales, comparatione scientiae Dei, quae respicit res posibles sub ratione possibilitatis, seu sub ratione veri possibili. Et num. 3. ait, quod haec scientia poterit etiam congruo nomine appellari praescientia conditionata, seu conditionalium.

186 Idem docet Arriaga disp. 32. sect. 4. qui licet admittat scientiam mediam, ait tamen, non esse simpliciter necessariam ad Diuinam providentiam, sed ad hanc sufficere scientiam simplicis intelligentiae.

187 Hanc etiam sententiam late, & ex professo docet nuper Sylva 1. p. q. 14. art. 13. Nam dub. 12. §. 5. n. 43. resoluit Deum cognoscere certo, & infallibiliter futura conditionata, non ut futura, sed ut praecisse, & mere possible. Et dub. 12. §. 4. n. 50. resoluit implicare contradictionem dari in Deo decreta conditionalia, & dub. 13. §. 6. num. 97. resoluit non esse admittendam in Deo scientiam mediam, quare num. 126. docet ad Diuinam providentiam sufficere scientiam simplicis intelligentiae, qua Deus cognoscit omne quod voluntas potest operari, & omnibus modis quibus potest. Quod plurimis alijs in locis reperit, Fuster apud Vives disp. 3. distinct. 2. d. n. 17.

188 Sed ex antiquis satis clare docuit hanc sententiam Aureolus in 1. distinct. 38. art. 1. in propositionibus affirmatiuis proposit. 1. fol. 878. col. 2. Vbi docet, quod actualitas futuri contingentis exemplatur a Deitate, ita quod Deitas est eminenti similitudo illius, quod late ibi probat, quod videri potest ibi. Et prop. 2. & 3. & art. 2. prop. 4. & toto art. 3. Idem sentit noster Tapia 3. p. q. 1. art. 3. §. 5. & si obijcias. Et Anonymus quidam lib. 1. de ordine c. 27. relatus ab Aldrete disp. 27. sect. 1. n. 12. Et nuper Bona spes disp. 11. num. 13. Et satis probabilem esse nostram sententiam putat nuper.

riac Campuzanus num. 149. relatus, & laudatus.

189 Non explicant isti Doctores, quomodo Deus scientia simplicis intelligentiae cognoscat contingentia, ut determinate vera, & quomodo contingentia in statu merae possibilitatis determinationem habeant, ita ut sit magis possibilis consensus, quam dissensus, ut possit Deus certificari media scientia naturali, quod erit magis consensus, quam dissensus in tempore: in quo stat punctum difficultatis. Nam, ut dicebamus num. 178. aduersarij putant in statu purae possibilitatis solum cognosci a Deo possibile esse voluntatem coniungi cum consensu, vel cum dissensu, quia vtrumque in determinate est possibile, & neutrum est determinate verum: cum voluntas sit ad vtrumque indifferens, & etiam auxilium (ut supponimus) & caetera principia. Quare Henao in hyst. scientiae, num. 692. ait, quod Syluae prima decisio non satisfacit quaestioni.

190 Quare medulla huius difficultatis, & punctum in quo fundando, & explicando est insistendum, est explicare quomodo contingentia in statu merae possibilitatis, & antecederet ad decretum, & ad scientiam mediam habere possint, & habeant veritatem determinatam obiectiuam, ut possint terminare scientiam mere naturalem, omnino certam, & infallibilem, qua Deus possit dirigi ad providendum, praedestinandum, & praediffiniendum actus nostros liberos, sine periculo frustrationis, & absque dispendio libertatis? hic enim est, & debet esse scopus, & finis nostrae sententiae, in quo insistendum.

191 Ut ergo hanc sententiam explicemus, dicendum possibile in statu merae possibilitatis habere veritatem determinatam, omnino naturaliter repraesentatam in esse Diuino, & in ideis, & in omnipotentia. Quia (ut ro-

Campuz.

Non explicant Doctores nostram sent.

Praeterea difficultatis.

Henao.

Difficultatis medulla.

Contingentia habet veritatem determinatam.

to dubio praecedenti probatum est) datur in esse ideali, & repraesentatiuo Dei, tertium signum, in quo voluntas videtur in tali statu, actu determinate vnita cum consensu libero, sub hoc auxilio, & in hoc instanti, cum impossibilitate consequenti dissensus, & in alijs circumstantijs videtur voluntas actu vnita cum dissensu, & sic in infinitis combinationibus, quas Deus in sua essentia, & ideis videt scientia omnino naturali.

192 Vnde hac eadem scientia cognoscit Deus naturaliter quid esset sub quocumque auxilio, si illud vellet dare? Nam si Deus per scientiam naturalem cognoscit hanc veritatem. Voluntas actu, & determinate libere consentiens in hoc instanti, & sub hoc auxilio, cum impossibilitate consequenti dissensus, eadem scientia naturali cognoscit etiam hanc. Si daretur voluntati in hoc instanti hoc auxilium, sub quo video voluntatem libere, & determinate consentire, cum impossibilitate consequenti dissensus, consentiret, quia est eadem veritas, & solum differunt ex parte modi explicandi nostri, quo explicatur modo absoluto, vel conditionato, & per ordinem ad esse ideale, vel per ordinem ad futuritionem, quae foret, si Deus vellet dare tale auxilium.

193 Vnde iuxta hanc sententiam sic explicatam, non est necessarius recursus, nec possibilis ad scientiam mediam, neque ad decretum Thomistarum. Quia supposita illa notitia naturali, non est possibilis consultatio, quae fit per scientiam mediam: quia consultatio, & electio est de contingentibus, & quae possunt aliter se habere, non de necessarijs. Nam ut cum D. Damasceno lib. 2. cap. 32. docet Aegidius in 1. dist. 41. q. 1. art. 1. Consultatio est appetitus inquisitiuus, & ideo talem consultationem, & electionem, quae ad illam sequitur, & per illam regularitur, so-

Et non datur recursus ad scientiam mediam, vel decretum Consultatio est appetitus inquisitiuus. D. Damascenus Aegidius

lum attribuit D. Damascenus, & Aegidius naturae ignorantiae. Et ideo Aegidius ibi cum Arist. 6. Ethicor. docet consilium & electionem non cadere supra praeterita. Si ergo iam Deus per scientiam mere naturalem videt voluntatem vnitam consensui determinate, in hoc instanti, & sub hoc auxilio, impossibilis est consultatio scientiae mediae, de eo quod erit, si detur auxilium, & decretum, seu electio, qua Deus velit, ut sit: cum decretum supponat materiam contingentem.

194 Differt vero haec sententia a Iesuitica, & Thomistica; quia licet admittat futuritionem conditionatam, tamen ait talem futuritionem esse dumtaxat in esse ideali, & repraesentatiuo, & quae nullo modo extrahitur ab statu merae possibilitatis, nisi tantum ex parte nostri imperfecti modi significandi, ideoque talis futuritio cognoscitur scientia mere naturali: nec est necessaria scientia media, ut cognoscatur, nec decretum actuale, ut extrahatur ab statu merae possibilitatis. At iuxta aduersarios futuritio est realis, & exercita in se ipsa, & admodum sui: quia sub conditione consensus extrahitur ab statu merae possibilitatis, vel a creatura, vel a decreto, & ideo est contingens Deo, & potuit ab ipso cognosci oppositum. Quare cognoscitur talis futuritio a Deo per scientiam mediam inter naturalem, & liberam, vel per scientiam visionis: de quo late dub. 6.

195 Haec sententia explicata sic, nobis sequenda est, & late probanda, tum ab autoritate, tum a ratione: quia eam existimo fuisse Aegidii, quae viginti & sex ab hinc annis dum libros Peryermeniarum explicare, coepi credere esse veram, in qua nunc perito sententiae: & eandem defenderunt non semel nobis cum in lectura concurrentes, praecipue Mag. Petrus de Moura ingenio Subtilis, nec eloquentiae parvus, Sacrae Theologiae Lector emeritus, & nostri

Differt nostra sententia a Iesuitica & Thomistica.

M. Petrus de Moura

Regalis Collegij Rector meritisissimus iamque totius huius Prouinciae Vilitator, & acceptatus, & acceptus Magister.

CAP. III.

Deum scientia naturali cognoscere contingentia, vt determinate vera, in esse possibilium fuit sententia Aegidij.

196 DIXI in quaestiuicula n. 19 me hanc post pluriū annorum studium, & longam meditationem inuenisse esse Aegidij sententiam, quod sic ostendo. Nam iuxta ipsum certum est praedestinationem supponere praescientia, & ab ipsa habere certitudinem. Sic in 1. dist. 40. q. 2. ar. 2. & de praedest. & praescientia cap. 1. Vbi docet, malorum dūtaxat Deum esse praescium, & punitorem, bonorum autem etiam esse auctorem, quod probat ex P. Augustino.

197 Quod vero illa praescientia quam supponit praedestinatō, & aqua habet certitudinem, sit simplicis notitiae, & non visionis, aut media, constat excitato cap. 1. de Praedestinat. & Praescientia. Nam post relata infert ex hoc autem apparere potest. Quid sit praedestinatō, & praescientia? Nam praescientia dicit simplicem Dei notitiam, quam habet de damnandis. Vel si dicit Diuinum propositum hoc non est secundum quod Deus agit, vel secundum, quod proponit a gere, sed secundum quod cessat ab actu, vel secundum, quod proponit cessare ab actu. Et infra, sed praedestinatō non dicit simplicem Dei notitiam, sed includit Diuinum propositum cum actu, secundum quod proponit aliquibus misereri, & dare eis gratiam in presenti, & gloriam in futuro. Sentit ergo Aegidius praescientiam illā, aqua habet certitudinem praedestinatō, & per quam regularur, esse scientiam natura-

turem, qualis est scientia simplicis notitiae, & non visionis, aut media inter naturalem, & liberam: ac proinde scientia naturali cognoscit Deus contingentia, vt determinate vera, alias à tali scientia non posset habere certitudinem praedestinatō.

198 Et cap. 2. illius tractatus. Dicemus ergo (inquit) quod Diuina praescientia, vel potest dicere simplicem Dei notitiam, vel potest includere Diuinum propositum, si autem dicit simplicem Dei notitiam, sic secundum Magistrum prius sententiarum dist. 38. non est causa rerum, nisi causa siue qua non, & secundum hunc modum scire Dei non ponit necessitatem rebus, cum hoc modo non sit simpliciter causa rerum. Secundum hoc ergo dicemus, quod scientia Dei suo modo se habet ad facta, sicut scientia nostra ad facta; sicut ergo, quae scimus esse facta, facta sunt, & propter nostrum scire illa non sunt facta; ita vt contingenter, & necessario eueniant, secundum exigentiam sui generis: sic quae Deus scit fieri, sunt facta necessario, & contingenter prout eorum genus requirit. Ecce vbi Aegidius praescientiam, prout praecedit Diuinum propositum, dicit simplicem Dei notitiam: & hanc esse causam sine qua non rerum, & non ponere necessitatem rebus, quia non est simpliciter causa rerum, sed se habere suo modo ad facta, seu factibilia, sicut scientia nostra ad facta: ac proinde sicut scientia nostra cognoscit voluntatem, primo sine auxilio, & in statu negationis, secundo cum auxilio, & in signo indifferentiae: tertio cum actuali determinatione ad consensum, & cum impossibilitate dissentendi, & sic in signo determinationis, & quae scimus esse facta, facta sunt, & propter nostrum scire illa non sunt facta, sed quia voluntas se determinauit omnino contingenter, & liberè, ita vt contingenter, & necessario eueniant facta, secundum exigentiam sui

Simplex notitia est causa rerum.

Nomine simplicis notitiae non intelligitur scientia media.

Quia conuenit Deo naturaliter.

Molina.

Cum sit actus purus.

sui generis, & secundum modum, quo petunt oriri à suis causis: sic quae Deus scit facienda, vel factibilia in sua arte, in illo triplici signo scit suo modo (qui est oppositus modo nostro) facienda: prout eorum genus requirit; scilicet necessaria necessario, & contingentia contingenter.

199 Nec potest dici Aegidium nomine simplicis Dei notitiae intelligere scientiam mediam, quia plures ex eius sectatoribus eā reducunt ad scientiam simplicis intelligentiae. Nam si Aegidius dicit esse simplicem Dei notitiam, intelligere ipsum de scientia quae sit media inter simplicem notitiam, & visionem, est distrahere verba a propria significatione. Vnde genuinius explico ego Aegidium, intelligendo verbum, vt sonant, de scientia simplicis notitiae.

200 Secundo, quia iuxta Aegidium scientia ista conuenit Deo omnino naturaliter, ita vt nulla ratione potuerit ei conuenire scientia de opposito, ergo est scientia mere naturalis, & nullo modo media. Consequentiam esse bonam admittit Molina. supra §. Dein desic.

201 Antecedens probatur primo. Quia Aegidius probat Deum habere hanc praescientiam dicens. Nomine enim Dei intelligimus intellectum quandam separatum, in quo nulla potentialitas est admixta. Sed secundum Philosophum in lib. de bona fortuna, vbi plurimus intellectus, ibi minima fortuna. Ergo vbi omnis intellectus, ibi nulla fortuna. Qui enim multum habet de intellectu, multa prouidet, & pauca sibi accidit casualia, sicut ergo si esset albedo separata, haberet in se omnem rationem albedinis: sic quia intellectus Diuinus est omnino separatus habet omnem rationem intelligendi. Negare itaque à Deo intelligentiam futurorum, est negare ipsam intelligentiam separatum. Si autem talis scientia

non conueniret Deo omnino naturaliter, sed aliqua ratione posset ei conuenire scientia de opposito: quia arbitrium creatum ex hypotesi, quod in tali ordine rerum, & circumstantiarum creetur, in oppositum se flecteret, vt ait Molina supra; Deus neque esset intellectus quidam separatus, in quo nulla potentialitas est admixta, quia esset in potentia ad scientiam de opposito neque esset omnis intellectus, vbi nulla fortuna, & casualitas, quia casu haberet cognitionem de hoc extremo, cum posset ex flexione intellectus creati habere cognitionem de opposito. Vide Aegidium in 2. dist. 12. q. 1. ar. 1. §. propter primum.

202 Secundo probatur antecedens, quia ibi cap. 3. dist. 1. vt conciliet praescientiam cum libertate (ait) ex eo quod Deus necessario praesciat contingentiam non auferri, sed potius confirmari. Quia si contingentiam non auferri, sed potius confirmari, sicut ex eo, quod creatura sit necessario mobilis, & immobiliter se habeat ad mobilitatem confirmatur mobilitas creaturae. Est, quaedam necessitas (ait) quae contingentiam tollit, quaedam quae roborat, & confirmat, sicut est immobilitas aliqua, quae mobilitatem tollit, scilicet posse moueri, quaedam quae roborat, & confirmat, & quae mobilitatem arguit, vt immobiliter se habeat ad mobilitatem, sic quod non possit vitare, vt non sit mobile, talis autem immobilitas motum non tollit, sed potius arguit, & confirmat: sic quia Deus, quae praescit, necessario euenient, quaecumque Deus scit contingenter euenire, illa necessario eueniunt contingenter. Praescientia itaque scit contingenter, sed potius confirmat. Vbi Aegidius non solum probat nostram sententiam, sed etiam satisfacit obiectioni, quae postea illam impugnauit Molina loco citato. De quo n. 331.

203 Tertio probatur illud antecedens. Quia Aegidius putat illam scientiam esse

Qua Deus contingenter euenire, illa necessario eueniunt contingenter.

Præscien-
tia inua-
riabilis.

esse omnino invariabilem, & vniformem: ait enim *de cognitione Angel. q. 10. column. 5. quia principale obiectum cognitionis Diuinae nullomodo est variabile, consequens est, quod ipsa cognitio Diuina nullomodo varietur: sicut enim obiectum suum principale semper est vniforme, ita ipsa cognitio, semper est vniformis, sic enim cognoscit futura, sicut, & presentia. Si autem cognitio contingentium non conueniret Deo omnino naturaliter, sed aliqua ratione posset ei conuenire sciētia de opposito, illa sciētia non esset omnino invariabilis, & vniformis, quia posset a consensu futuro iam sic, vel sic variari.*

Nec po-
test cog-
noscere,
quæ non
cognouit.

204 Quarto probatur antecedens ex Egidio ibi *S. ter. ia vbi* ubi sic ait. *Nam cognitio Diuina est omnino simplicissima, simpliciter autem est sua perfectio, & ideo non potest ulterius perfici. Si ergo cognitio Diuina inciperet cognoscere aliquid de nouo, quæ prius non cognoscebat, perficeret suam cognitionem, & progredientibus rebus in esse, esset sua cognitio perfectior, quæ prius, quod est inconueniens, & ideo sic cognoscit futura, sicut presentia. Si autem sciētia ista non conueniret Deo naturaliter, sed aliquomodo posset ei esse sciētia de opposito, non esset Dei cognitio simplicissima, nec Deus sua perfectio, aliter quam Angelus, quoad cognitionem futurorum, & cognitio Diuina ex determinatione liberi arbitrii inciperet sciētia media cognoscere aliquid, quod antea non cognoscebat, & progredienti consensu libero in esse futuri conditionati, esset sua cognitio perfectior, quam pro signo antecedenti, quod esse inconueniens putat Egidius.*

Præscien-
tia infal-
libilis.

205 Quinto probatur idem antecedens ex *1. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. & 2. in corpore, & ad 1. Vbi ait, quod sciētia Dei est infallibilis. Nā scit futurū esse futurū, sed hoc absque futuritione*

sua sciētia, quod in sciētia media non potest saluari, cum iuxta illam ideo Deus sciat futura, quia ipsa futura sunt, non e contra.

206 Et art. vlt. illius distinctionis cum Boetio *5. de consolatione* ait, quod Boetius primo remouet errorem quorundam (scilicet Origenis, vt supra citatum locum Boetij notat D. Tho.) qui quæsti difficultatem vitare volentes dicebant, non esse aliquid vterum, quia id Diuina prouidentia futurum esse prospexit: sed e contrario potius, quæ quid futurum est, id Diuinam prouidentiam latere non possit. Sic autem dicentes, dupliciter male dicunt. Primo quia falsa suscipiunt. Non enim verum est, ideo aliquid a Deo præscitum esse, quia futurum est, sed potius e converso futurum est, quia a Deo præscitur. Et ideo Boetius ait, quod præposterum est, vt æterna præscientia temporalium euentus causa esse dicatur. Secundo male dicunt, quia concesso eis falso, quod accipiunt, non habent intentum. Nam siue ponatur necessitas in rebus ex Diuina præscientia, siue ipsi Diuina præscientia rerum euentus necessitate imponat, quocumque modo dicatur, necessarius est euentus rerum, propter quod nihil est contingens, & rerum contingentia a Deo negamus notitiam, eo quod nihil tale esse dicamus. Vbi expressè Egidius impugnat sciētia mediam. Primo, quia docet cum Boetio, non quia res futurae sunt, ideo cognoscuntur a Deo, sed e contra, & reddit causam: quia præposterum est, vt æterna præscientia temporalium euentus causa esse dicatur, cuius oppositum asserunt auctores sciētiae mediæ. Vt constabit n. 424. Secundo, quia eo admisso, tollitur Diuina præscientia de futuris, quia tollitur futuritio. Tertio, quia aufertur libertas de quo *disp. sequenti. num. 172.*

207 Vnde infra docet Egidius, res esse scitas a Deo, quia cognos-

Non ideo
Deus scit
aliquid,
quia ip-
sum futu-
rum.
Boetius.
D. Th.

Vnum,
& idem
contin-
gens, &
necessa-
rium.

cuntur admodum Dei, & sic invariabiliter, & præsentialiter. Et postea docet cum eodem Boetio res contingentes comparatas ad suas causas, esse cōtingentes, comparatas vero ad Diuinam sciētia habere quādam necessitatem, scilicet consequentem: & sic in responsione argumentorum semper ait, non esse in conueniens, vnum & idem esse necessarium, & contingens respectu diuersorum, & sic comparatione ad Diuinam sciētia, contingencia esse necessaria, comparatione vero ad causas proximas esse contingencia: & sic absolute contingencia.

208 Et *dist. 40. q. 2. art. 2.* docet cum P. Aug. *de prædestinatione Sancto* nam, prædestinatione non necessario supponere præscientiam, quia prædestinatio sine præscientia esse non potest. Hoc enim certum est apud Egidium, vt supposuimus *num. 196.* Quod vero hæc præscientia non sit sciētia media, & Deo contingens, sed mere naturalis, constat ex hucusque adductis: quæ etiam hoc in loco docet Egidius: docet enim contingencia relata ad Diuinam sciētia quandam necessitatem habere. Nam vt ait Boetius *5. de consolatione*, cōtingencia relata ad Diuinam sciētia habet necessitatem, relata vero ad causas proximas sunt contingencia. Quod etiam docet D. Anselmus ab Egidio relatus, idque confirmat exemplis ab eisdem adductis. De quo *num. 338.*

209 Et fundamentum horum assignat in *dist. 38. art. vlt.* vbi recopilās Egidius, quæ dixerat, ait, *causa autem scitæ, quare Deus habet infallibilem sciētia contingentiam, si bene consideremus, ex isto principio sumit originem, quia habet naturam in distinctam ab esse, & ideo esse suum, quia non est receptum in aliquo, est esse interminatam, & quia e. num. idem est, quod extra terminos, tal. esse, quod est interminatam, & extra terminos*

causa in signat in *dist. 38. art. vlt.* vbi recopilās Egidius, quæ dixerat, ait, *causa autem scitæ, quare Deus habet infallibilem sciētia contingentiam, si bene consideremus, ex isto principio sumit originem, quia habet naturam in distinctam ab esse, & ideo esse suum, quia non est receptum in aliquo, est esse interminatam, & quia e. num. idem est, quod extra terminos, tal. esse, quod est interminatam, & extra terminos*

æternitate mensuratur. Et eadem ratione resoluit cit. art. dist. 40. q. 2. art. 2. atque hoc fundamentum sumpsisse Egidium ex suo P. Aug. probauit n. 76.

210 Vnde nescio quo fundamento Aldrete *dis. p. 2. S. sect. 5. n. 4. dicat, cō* pertū esse velim Egidium admisisse (in hoc scilicet ultimo loco) *aliam sciētia præter sciētia simplicis intelligentiæ, quæ representat possibilia ante prædestinationem, ex qua præscientia a priori ostendatur certitudo Diuinae prædestinationis, quia hæc innuitur præscientia.* Constat enim ex testimonijs adductis Egidium nomine præscientia intellexisse sciētia ipsam simplicis intelligentiæ, representantem merè possibilia; quæ quare dicatur præscientia dicemus *sub. 5.*

211 Sed ait Aldrete, Egidium in hoc loco dixisse, quod sic debemus saluare certitudinem prædestinationis Diuinae, quod tamen libertati arbitrii non derogetur, & sic debemus ponere libertatem arbitrii, quod prædestinatio Diuina impediri non possit, scilicet potentia consequenti, & præsupponenti sciētia conditionatorum.

212 Sed hæc verba Egidij dicunt, & dicere debent omnes Scholastici. Glossa autem Aldrete est contra textum: quia nullus dubitauit nos potentia consequenti non posse impedire prædestinationem. Si ergo Egidius dicit, quod sic debemus ponere libertatem arbitrii, quod prædestinatio Diuina impediri non possit, intelligendum est de potentia antecedenti, & absolute loquendo, licet enim Prædestinatus secundum se possit non saluari, vt explicat Egid. *quodl. 3. q. 3.* amen prout stat sub Diuina prædestinatione non potest non saluari: nec potest impedire, ne sua prædestinatio sit, quia non potest impedire ne præscientia sit, & ne sit actus Diuinae voluntatis: quia prædestinatio nititur sciētia omnino naturali, non contingencia

Egid.
non ag-
nouit
scient.
med.

Aldrete

Debet
saluari
cum Præ-
dest. li-
bertas.
Aldrete

Id omnes
fatentur.

ri, comparatione ad quā contingentia sunt necessaria, licet comparatione ad suas causas proximas sint continua.

Prædestinatio tripliciter certa.

213 Sed ait ulterius Aldrete, hanc præscientiam, quæ prædestinationem præcedit, & aqua prædestinatio certitudinem habet, esse scientiam mediā, quia infra ait Egidius, *dicere possumus, Divinam prædestinationem tripliciter certam esse. Primo ex præscientia, quam præsupponit. Secundo ex ordine causarum, secundum quem fit executio eius. Tertio ex numero prædestinato, qui est Deo notus.* Ergo prædestinatio iuxta Egidium (infert Aldrete) est infallibilis, quia supponit infallibilem præscientiam futuri eventus, nõ quidem absolute, sed sub conditione existentia illorum mediorum, quæ in fallibiliter inferuntur per decretum prædestinatum. Sed hoc totum concedimus, negamus tamen præscientiam illam futuri eventus sub conditione non esse Deo naturalem. Et unde

Obijciuntur

Egidii stare pro Iesuitis.

de probat oppositum Aldrete? 214 Sed adhuc replicat Aldrete primo. Egidius hic non stat pro Thomistis, ergo pro Iesuitis. Probat antecedens. Primo, quia iuxta Thomistas certitudo prædestinationis primo sumitur ex decreto, cum iuxta Egidium primo oriatur ex præscientia: hæc autem non potest esse certitudo possibilitatis salutis prædestinati, sed illius, ut futuræ.

Quia prædestinatio regulatur præscientia.

215 Secundo. Quia Egidius in prædicto testimonio supponit Deum non prædestinare, nisi quem præscivit crediturum, & secuturum vocationem suam. Ergo certitudo vocationis iuxta Egidium primo oritur ex præscientia, ut dicunt Iesuitæ, non ex decreto, ut Thomistæ docent. Et addit Aldrete, non improbabiler posse dici iuxta Egidium, prædestinationem supponere præscientiam futurorum absolute, si ipsa creatio hominum non

fit effectus prædestinationis: quia per scientiam mediā possunt cognosci peccata hominis prædestinandi, ut futura sub conditione, quod creetur, & ideo posito decreto creandi illum hominem, videntur peccata illa, ut futura absolute. Quia Deus videt, quæ auxilia conferenda sint illi homini, si creetur, & hominem peccaturum, si dentur illi illa auxilia.

216 Tertio. Quia Egidius infra ait Divinam prædestinationem esse certam, quia Deus præparat tot causas, seu circumstantias, ut sub illis Deus videat causas illas, seu voluntatem concurrere: aitque omnes illas causas quandam necessitatem secum afferre, scilicet consequentem, & non lædi libertatem; quia exercitium libertatis inter tales causas computatur. Id quod docet ex P. Aug. 5. *de Civitate* c. 9.

217 Respondeo concessio antecedenti, negando tamen consequentiam, quam non probat Aldrete. Nam ex eo quod Egidius non stet pro Thomistis, non colligitur stare pro Iesuitis, quia procedit mediā via inter utroque. Docent enim Thomistæ certitudinem Divinæ prædestinationis primo, & principaliter desumi ex decreto efficaci, & ex physica prædeterminatione, essentialiter connexa cum consensu libero: & sic omnis certitudo prædestinationis incipit à Divina voluntate, & exequitur ordine causarum physice influentium in consensum liberum. Iesuitæ vero è contra docent certitudinē prædestinationis primo, & principaliter desumi à præscientia de consensu futuro ex determinatione libera voluntatis, sub conditione auxilij omnino indifferentis præuisa, quæ præscientia est contingens Deo obiective. Egidius neutri sententiæ in totum, & partim alterutri adhæret.

218 Igitur iuxta Egidium prædestinatio (quoad hoc) est certa dupliciter. Primo ex præscientia, quam præ-

Et præparat media infallibiliter.

P. Aug.

Egid. nec pro Thomistis, nec pro Iesuitis.

Et partim cum alteris.

CAP. IV.

Deum scientia naturali cognoscere contingentia, ut determinate vera, in statu mere possibilitatis, fuit sententia Sancti Thomæ, & aliorum.

219 **E**ST etiam hæc nostra sententia S. Thomæ, iuxta quem certum est prædestinationem, & quodcumque Dei propositum supponere præscientiam, & per eam habere certitudinem. Sic in 1. dist. 40. q. 3. art. 1. ibi, *Prædestinatione includit in suo intellectu præscientiam.* Idem docet quodlib. 12. q. 3. art. 3. *tract. de præscientia, & prædestinatione, qui habetur post primam partem. Et q. 6. de veritate art. 3.* Vbi distinguit duplicem certitudinem. Scilicet cognitionis, & ordinis: *Cognitionis quidem certitudo est, quando cognitio non declinat in aliquo ab eo, quod in re invenitur, sed hoc modo existimat, sicut est; & quia certa existimatio habetur de re, præcipue per causam rei, ideo tractum est nomen certitudinis ad ordinem causæ ad effectum, ut dicatur ordo causæ ad effectum certus, quando causa effectum infallibiliter producit. Præscientia ergo Dei (infert Sanctus Doctor) quia non importat uniuersaliter habitudinem causæ respectu horum, quorum est, non consideratur in ea nisi certitudo cognitionis tantum: sed prædestinatio, quia præscientiam includit, & habitudinem causæ ad ea, quorum est, addit, in quantum est directio siue præparatio quadam, & sic potest in ea considerari supra certitudinem cognitionis certitudo ordinis.* Vbi S. Thomas explicat illam duplicem certitudinem, qua est certa prædestinatio iuxta Egidium num. 213. allatum, & explicarum num. 218. quod clarius expli-

supponit. Secundo ex ordine causarum, secundum quem fit executio illius. Nõ explicat autem Egidius, An principaliter desumatur hæc certitudo ex ordine causarum essentialiter connexarum cum consensu? ut dicunt Thomistæ. An ex præscientia, quæ apud ipsum est omnino naturalis? Videtur tamen affirmare omnes causas seorsim esse impedibiles, non tamen prout stant sub ordine Diuinæ præscientiæ: & simul sumptas; quo pacto inuoluunt consensum, & sic primam radicem certitudinis esse præscientiam speculatiuam consensu liberi, ut futuri sub conditione idealiter: primam vero radicem futuritionis rerum exercita in se, esse Diuinum propositum, cum causis proximis, quas infert, & sic certitudinem scientiæ esse omnino immutabilem: & sic etiam certitudinem rerum etiam contingentium per ordinem ad scientiam necessariam esse, & quod sint futuræ, & quod sint futuræ necessario, vel contingenter prouenire a libertate Diuinæ voluntatis, & à causis secundis præuisis per suam sapientiam, seu scientiam naturalem. Sic in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. ad 1. Vbi ait, *quod scientia Dei immutabilis est; tamen quia est causa rerum mediante voluntate, tales res sunt, quales vult Deus eas esse; & ideo aliqua sunt necessaria, aliqua contingentes, secundum quod ei placuit disponere secundum ordinem sapientiæ suæ.* Secundum quem effectus videntur sub ratione possibilium faciendi necessario per causas necessarias, & contingenter per contingentes. Unde iuxta ipsum, decretum non habet maiorem certitudinem, quam præscientia naturalis, per quam regulatur; & contingentia per ordinem ad Diuinam voluntatem habent necessitatem consequentem, sicut per ordinem ad scientiam. Ut constat ex 1. dist. 47. q. 1. art. 1. ad 4. Sed de hoc late dub. 10.

explicat S. Thomas infra dicens. Nō enim potest dici, quod prædestinatio supra certitudinē providētiæ nihil aliud addit, nisi certitudinem præscientiæ: ut si dicatur quod Deus ordinat prædestinatū ad salutē, sicut & quælibet aliū, sed cum hoc, de prædestinato scit, quod non deficiet à salute; sicut enim dicendo, non diceretur prædestinatum differre à non prædestinato, ex parte ordinis, sed tantum ex parte præscientiæ euentus; & sic præscientia esset causa prædestinationis, nec prædestinatio esset per electionem prædestinantis, quod est contra scripturam, & auctoritatem Sanctorū Patrum, & ade præ certitudinem præscientiæ, ipse ordo prædestinationis habet infallibilem certitudinem. Nempe à proposito prædestinantis, seu ab eius electione, quæ est certitudo ordinis, seu causalitatis proveniētis à Divina voluntate, disponente res secundum ordinem suæ sapientiæ, quæ doctrina valde notanda est ad adstruendam necessitatem decreti Dei.

220 Quod vero hæc præscientia, quam prædestinatio, & propositū Dei supponit, non sit scientia visionis est certum, quia supponitur ad omnem electionem, & propositum Dei, ut cōstat ex Sācto Thoma, in omnibus locis relatis, præcipue tract. de præscientia, & prædestinat. cap. 1. vbi ait scientiam & præscientiam præsupponi ad providentiam, & differre inter se, quia scientia est de æternis, & præscientia de temporalibus.

221 Quod autem non sit scientia media, sed mere naturalis, constat ex tract. de præscientia, cap. 3. vbi ex professo tractat. An præscientia sit causa rerum scitarum? vel e contra? & resoluit, scientiam Dei, & præscientiā esse causam rerum, etiam contingentium sicut scientia artificis est causa rerum artificialium media voluntate beneplaciti, & Deum non esse causam malorum, sed solum præscium: bonorum

autem scientiam, seu præscientiā esse causam sine qua non. Et concludit. Licet autem scientia, vel præscientia Dei aliquo modo sit causa rerum scitarum (ut dictum est) nullo tamen modo res possunt esse causa scientiæ, vel præscientiæ Dei; non enim Deus accipit cognitionē à rebus, sicut nos accipimus, sed se ipsa intelligit, & cognoscit. Quamvis igitur res non præscirentur, nisi essent futurae, non tamen ideo præsciuntur quia futurae, si enim hoc esset tunc temporale esset causa æterni, & creatum causa in creati, & ex creaturis penderet scientia creatoris. Idque confirmat ex P. Aug. 15. de Trinitate, cap. 13. quæ retulimus n. 76. totum autem oppositum dicunt auctores scientiæ mediæ, ut referemus n. 424. licet cum aliquibus modificationibus.

222 Et cap. 4. docet, quod licet præscientia Dei sit omnino certa, & necessaria, rebus tamen contingentibus necessitatem non imponit. Nam manifestum est, quod quando sunt multæ causæ ordinatæ, effectus ultimus nō sequitur causam primā in necessitate, vel contingentiā, sed causam proximā quia virtus causæ primæ recipitur in causa secunda secundum modum causæ secundæ. Nā omne quod recipitur in aliquo, est in eo secundū modū recipiētis, nō secundum modum rei receptæ. Quod explicat exemplo fructificationis, quæ necessario provenit à sole, & contingenter ab arbore. Et eandem doctrinam habet in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. & alibi saepe, & 1. p. q. 14. art. 13. ad 1. vbi ait, quo licet causas suprema sit necessaria, tamen effectus potest esse contingens propter causam proximam contingentem. Sicut germinatio plantæ est contingens, propter causam proximam contingentem, licet motus solis, qui est causa prima sit necessarius. & similiter scita à Deo sunt contingentia propter causas proximas, licet scientia Dei, quæ est causa prima sit necessaria. Ecce

Quæ non imponit necessitatem.

Quæ nō est scientia visionis.

Nec scientia media, sed naturalis.

vbi Sanct. Thomas docet scientiam Dei esse necessariam, & contingentia per ordinem ad illam habere necessitatem; simpliciter autem esse contingentia, quia res contingentiam, vel necessitatem consequuntur ex causis proximis, idque explicat exemplis.

223 Unde noster Ariminensis (alias nulli scholæ addictus) in 1. dist. 38. q. 2. art. 3. ad argumentū principale inquit, quod omne futurum contingens comparatū ad præscientiam est necessarium, seu necessario futurum, comparatum vero ad causas proximas, & secundum suam naturam consideratum, est contingens, seu contingenter futurum: neque esse inconueniens idem diuersis respectibus esse necessarium, & contingens. Et hæc responsio est (inquit) D. Thomæ in scripto dist. 38. & similiter Egidij eadem dist. q. ultima, & videtur habere pro se Boetium 5. de consolatione. Quod ibi late explicat, & adducit triplicem sensum, in quo hæc doctrina possit intelligi, & qualem fore sequendum iuxta Egidium.

224 In eadem sententiā est noster Argentinas in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. vbi habet totam doctrinam Egidij relatā cap. præcedenti. Et dist. 40. q. 1. art. 2. & maxime art. 3. §. restat, & clarius §. ad secundum. Vbi sententiā S. Thomæ, & Egidij, & Ariminensis n. præcedenti relata etiam sequitur.

225 Eandem sententiam tenet Bachon in 4. dist. 1. q. 4. art. 2. cuius verba attulimus n. 35. & art. 3. id latius explicat, & adhuc magis art. 4. Et clarissime in 3. dist. 13. q. 2. a. 4. §. 1. versiculo ad primam, videatur.

226 Idem docet Scotus in 1. dist. 39. §. vii de contingentia in secundo modo. Vbi ait, quod intellectus Divinus, aut offert (scilicet volūtati) simplicia, quorum vniū est contingens in re, aut si offert complexionem, offert eam sicut neutrum (nempe ut sit, vel non sit futura absolute) & voluntas eligens

vnam partem, scilicet continuationem istorum (nempe essentiæ complexæ cum existentia) pro aliquo nunc, in re facit illud determinate esse verum (nempe futurum) hoc est pro. A. Hoc autē existente determinate vero (futuro) essentia est ratio intellectui Divino intelligendi istud verum, & hoc naturaliter, quatenus est ex parte essentiæ, ita, quod sicut naturaliter intelligit omnia principia necessaria, quasi ante actum voluntatis Divinæ, quia eorum veritas non dependet ab illo actu, & essent cognita ab intellectu Divino, si per possibile non esset volens, ita (notetur hoc ita) essentia Divina est ratio cognoscendi ea in illo priori instanti natura (priori scilicet ad actum voluntatis) quia tunc sunt vera. Sentit ergo Scotus complexiones rerum contingentium esse veras, & representari naturaliter, & cognosci naturaliter in essentia Divina, ante omnem actum Divinæ voluntatis, quæ est nostra sententia.

227 Idem tenuit Marsilius in 1. q. 40. art. 2. in 3. probatione tertiæ concl. & concl. 4. & 5. Vbi sic ait. Licet Scientia Divina omnia futura contingentia necessario nouerit, scientia siue notitia simplicis notitiæ, vel apprehensionis, tamen quodlibet eorum etiam quando futurum est, potest non nouisse scientia visionis. Prima pars patet, quia scientia simplicis notitiæ est necessaria omnium possibilium, nec aliquid possibile potest non nouisse, cum essentia Dei sit naturale presentium talis ut possibile. Quod magis explicat corollario sequenti, & in responsione ad 2. contra 2. partem conclusionē 6. Vbi ait. Divina præscientia cum sit ipse Deus, est summe necessaria, & necessario tamen bene scit futura contingentia reueneri. Si summe necessaria, ergo nullo modo contingens, & sic nec media.

228 Tandem noster Gerardus Senensis in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. Vbi ex sententiā S. Thomæ, & Egidij docet, quod

Vni, & idem contingens, necessarium. Arim.

Argent.

Bachon.

Scotus.

Marsil.

Gerard.

S. Th.

vbi

quod futura, contingencia repræsentatur invariabiliter in Diuina essentia, per suas rationes ideales, & nullomodo contingenter. Quod ibi late probat, & præcipue §. hac autem, & §. secundam inueniens docet essentiam Diuinam repræsentare futura omnino naturaliter, quod quomodo intelligendum sit explicuimus n. 44. c. sequentibus. Et in eadem sententia est S. Thomas r. p. q. 14. art. 13. & ibi Caietan. §. ad huius difficultatis, & sequentibus, & Scotus ibi relatus, qui licet non admitrat ideas repræsentare naturaliter complexiones rerum contingentium, admittit naturam Diuinam illas repræsentare, vt est species intelligibilis. In eadem sententia est Aureolus in 1. dist. 39. proposit. 2. vbi late defendit scientiam de contingentibus non esse Deo contingentem, sed naturalem, videatur etiam art. 2. per totum.

Caietan.

Aureolus.

CAP. V.

Deum cognoscere contingencia, vt determinate vera in statu mere possibilitatis, rationibus probatur.

Contingencia habet veritatem determinatam.

229 RATIONIBVS probatur nostra sententia. Et prima desumitur ex veritate determinata, quam habent contingencia in statu mere possibilitatis. Nam contingencia in statu mere possibilitatis habent veritatem determinatam pro tertio signo, quod est determinationis, vt latissime probatum est dubio proce. lenti. Ergo cognoscuntur à Deo scientia mere naturali. Pater consequentia. Quia omne verum, eo modo quod est verum, est cognoscibile à Deo.

Et licet aliqui negent cog. Deo.

230 Huic fundamento (vt diximus num. 26.) aliqui negant illud tertium signum determinationis, quos ibi

impugnauimus. Alij concedunt illud signum, & negant Deum cognoscere determinate contingencia in statu mere possibilitatis. Dicunt enim, quod licet admittatur illud tertium signum, tamen consensus in illo tertio signo non habet veritatem determinatam, sufficiens ad hoc, vt Deus cognoscat, quid erit, vel non erit determinate, sed solum vt cognoscat, quid poterit esse, quia ille consensus tantum est possibilis & sic potest esse, non tamen erit. Quod est concedere antecedens, & negare consequentiam. Sic Mendoza, Mōcada, Campuzano, & alij.

Mend. Mōca. Campuz.

231 Sed hæc responsio non satisfacit. Quia si semel admittatur illud tertium signum, consensus liber, vt possibilis, & vt factibilis habet veritatem determinatam, & cognoscibilitatem obiectiuam, metaphysice infallibilem, cognoscibilem à Deo per scientiam mere naturalem, & sic poterit prædiffiniri à Deo, vt sit in tempore, absque omni prorsus periculo frustrationis, independenter à scientia media. Quod sic ostendo.

Sufficiens, vt eadem dirigat.

232 Nā in eo tertio signo repræsentatur voluntas in esse possibili, & ideali. Acta, & determinate consentiens, sub hoc auxilio, & in hoc assistenti, cum impossibilitate consequenti distincta, sicut defacto est in tempore in tertio signo, quando defacto consentit. Habet ergo consensus liber, vt possibilis veritatem determinatam, & cognoscibilitatem obiectiuam, metaphysice infallibilem, & cognoscibilem à Deo per scientiam mere naturalem. Probo consequentiam, quia Deus cognoscit res, vt sunt in se.

Nam in 3. signo est consensus derivate.

233 Quod autem consensus sic determinate cognitus, vt habens specialem possibilitatem, vel specialem possibilitatis modum, quem non habet dissensus pro circumstantijs illustertij signi: possit prædiffiniri à Deo, vt sit in tempore, absque omni prorsus periculo

Et potest determinate prædiffiniri infra. r. biliter. culo

culo frustrationis, independenter à scientia media, etiam probatur. Quia Deus sine periculo frustrationis potest prædiffinire, vt sit in tempore, quid quid cognoscit esse possibile, & factibile, eo modo quo cognoscit esse factibile, ergo si Deus in statu mere possibilitatis per scientiam mere naturalem cognoscit in eo tertio signo esse possibilem in voluntate consensus, sub hoc auxilio, & in hoc instanti, cum impossibilitate consequenti dissensus, poterit absque periculo frustrationis prædiffinire, vt sit in tempore determinate consensus in voluntate, sub hoc auxilio, & in hoc instanti, cum impossibilitate, vt sit consequenter dissensus, & sic defacto erit.

234 Vnde constat, admissio illo tertio signo, Deum non cognoscere scientia naturali, quid poterit esse, sed etiam quid erit? si ipse velit prædiffinire consensus, vt ab illis cautis, vel si ipse velit dare auxiliū, sub quo vidit consensus specialiter possibilem in tali instanti. Vt explicatū est n. 190.

235 Secundo probatur nostra sententia, ex summa actualitate Dei. Quia Deus ex eo quod sit actus omnino purus in esse simpliciter, & in esse intellectu, & separatus ab omni potentialitate, non solum realiter, sed etiam per rationem cum fundamento in re, & sic ipsa intellectualitas, & ipsa intellectio, in abstracto, natura sua habet omnem rationem intelligendi, & intellectum. Igitur quid quid habet rationem intelligibilem, & omnibus modis, quibus est intelligibile: ac proinde intelligit naturaliter omnem veritatem, determinatam, & indeterminatam, tam possibilem, quam futuram, sub conditione, & sub quacumque conditione. Ergo cognoscit omnem possibilitatem, & omnem modum possibilitatis, quam habent necessaria, & contingencia, scientia mere naturali: Pater consequentia: alias non haberet omnem modum,

Scientia Dei omnino cognoscit.

vel rationem intelligendi, nec esset actus purus omnino in esse intellectu. Hanc rationem assignat Egidius cuius verba adduximus n. 201. c. in 2. dist. 11. q. 1. art. 2. §. propter primum.

Egidius.

236 Dices. Diuinam scientiam, ex eo quod sit actus purus, & infinita in cognoscendo, cognoscere omnem rem possibilem, & omnem modum possibilitatis eius: contingencia autem, vt sunt obiectum scientie mere naturalis, non habere specialem cognoscibilitatem, nec determinatam possibilitatem.

237 Sed contra, quia contingencia licet pro signo indifferentie specialem, & determinatam possibilitatem non habeant, habent tamen pro signo determinationis, vt latissime dub. proce. lenti probatum est, tanquam fundamentum omnium dicendorum.

Et sic contingencia vt determinata.

238 Secundo, quia vt docent nostri Egidius in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. Gerardus in 1. dist. 35. q. 1. art. 3. §. c. ideo est alius, intellectus Diuinus ex eo quod sit actus purus, nihil habens de potentialitate, ad cognitionem rerum non expectat progressus rei in esse. Nam hoc solum habet locum in intellectu potenciali, expectati ipsium esse rei cognoscendæ, vt cognoscatur ab eo, qualis est intellectus creatus, qui id circo quia potentialis est, non potest cognoscere res antequam existant in se ipsis. Vel ergo dicendum, intellectum Diuinum non esse actum purum in esse intellectu, sed esse aliquo modo intellectivum in potentia, quod est dicere non esse intellectum Diuinum. Vel dicendum, ipsum cognoscere omnem rem imaginabilem (qualis est voluntas determinata ad consensum prædissensus) naturaliter, & independenter à progressu ipsius rei in esse futura. Sic Egidius ibi, & de cognit. Angel. q. 10.

Quia intellectus Dei est actus purus. Egid. Gerard.

239 Tertio, quia ex eo quod scientia Dei sit actus purus, & infinitus in esse cognoscitui, sit ipsam esse omnino invariabilem, tā quoad substantiam, quam

Et scientia Dei inuariabilis. quam

quam quoad modum, & quoad terminationem ad omne scibile, prout scibilitas est perfectio Dei, alias si expectaret progressum rei in esse, ut illam cognosceret, variabilis esset intrinsece: quia ex euentu absolute, vel sub conditione futuro, variaretur, vel quoad substantiam, vel saltem quoad modum, aut determinationem realem. Quia acciperet aliquam perfectionem, aliquem ve modum notitiae, quem antea non habebat, & progredientibus rebus in esse, transfiret scientia Diuina de non cognoscitiua in cognoscitiuam, & perfectius cognosceret res in posteriori signo, quam antea.

Et idea-
lis scibi-
litas est
perfectio
Dei.

240 Dixi prout scibilitas est perfectio Dei. Quia futuritio siue absoluta, siue conditionata exercita in ipsa creatura, & habita a creatura admodum creaturae, sicut etiam existentia, non est perfectio Dei, sed creaturae, & repugnans haberi in creatura prout est in Deo: ut explicui a n. 55. tamen haec futuritio prout est in esse ideali, & representatiuo, seu cognoscibili est perfectio Dei: & id circo debet habere illam naturaliter, & a se, independenter a creaturis, & a Diuina voluntate. Quare per futuritionem rerum scientia Diuina non acquirit aliquid pertinens ad genus notitiae: cognitio enim Diuina practice accepta non addit supra ipsam cognitionem, ut est speculatiua, aliquid pertinens ad genus notitiae, ut

Egid. docent Egidius in 1. dist. 39. q. 1. art. 1. D. Th. & quodlibet. 3. q. 4. D. Thomas q. 3. de veritate, art. 3. ad 6. & clarissime ad 8. sed solum aliquid, quod est extra genus notitiae, scilicet ordinem rationis ad opus faciendum in propria natura.

241 Quia quia ex eo quod scientia Diuina sit actus purus, sit, vs Deo nihil casualiter, & fortuito eueniat. Nam si scientia mere naturali non cognosceret contingentia, ut determinate possibilia in aliquibus circumstantijs, & etiam futuritionem in esse ideali,

non haberet omnem rationem cognoscendi: deficeret enim illi cognitio determinata contingentium, & pro illo signo, seu priori scientiae naturalis, non sciret omnes euentus rerum, sub quibus cumque conditionibus, & sic posset ei euenire futuritio euentus consensu sub conditione, vel eius carentia improprie, & praeter intentionem, & velit, nolit: cum neutrum in eius esset potestatem: & sic neque esset infinite intellectiuus, neque infinite potens, sed finitae virtutis, & intellectualitatis.

242 Et haec Egidij ratio vrget Quod vult in Iesuitica, & etiam in Thomistica sententia. In Iesuitica quidem, quia prae intentionem Dei eueniunt futura contingentia sub conditione, cum talem futuritionem, & euentum, nulla potuerit praecedere intentio Dei determinata, cum non praecesserit cognitio determinata illius futuritionis, a qua talis intentio possit regulari. In Thomistica: quia omnia media proxima, & omne decretum efficax Diuinae voluntatis relinquit causam consensum omnino contingentem, & consensum omnino contingenter euenturum; alioquin non eueniret liberè, & sic potest euenire aliter, quam Deus praedixit finiuit. Quod in nostra sententia locum non habet: cum praecesserit notitia naturalis cuiusque rei contingenter faciendae a creatura sub conditione: quae notitia est independens a creatura, & a decreto Diuinae voluntatis, & potius est illorum regulatiua.

243 Quinto. Quia ex eo quod scientia Dei sit actus purus, debet cognoscere res a priori, & non a posteriori, & ab effectu, scilicet ab euentu futuro, qualiter eas cognoscit in alijs sententijs, hoc autem est naturae potentialis, & ignorantis.

244 Fundamentum huius rationis ait Egidius in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. se desumpsisse ex P. Aug. 15. de Trinit. P. Aug. cap. 13. Vbi docet, Deum non ideo cog-

Quod vult in Iesuitica, & etiam in Thomistica sententia. Et etiam in Thomistica.

Et ea sal-
natur su-
ma perfe-
ctio Dei.

Et Deus cognoscit a priori. Estque doctrina P. Aug. cap. 13. Vbi docet, Deum non ideo cog-

nouisse creaturas, quia ipsae futurae sunt, sed e contra, neque aliter cognouisse creatas, quam creatae, neque eius sapientiae aliquid accessisse ex creaturis: hoc totum prouenire ex differentia Dei, a creatura. Quia scilicet Deus est sua sapientia, sicut est suum esse, creatura autem e contra; sicut non est suum esse, non est sua sapientia, sed est in potentia ad omnem perfectionem. Vnde creatura sicut, ut sit simpliciter, expectat esse ab alio, scilicet a Deo, sic in pluribus, ut sit cognoscitiua plurium expectat esse, & praesentiam illorum. Quare creatura non potest futura contingentia cognoscere, Deus autem, sicut ut sit non expectat esse ab alio, sic ut sit cognoscitiuus aliorum, non expectat esse aliorum, quia est actus purus, & infinitus, ut late explicuimus a num. 76.

245 Non me lateat aduersarios conari hac inconuenientia vitare, & multis modis id intendere, sed difficillime illa cuitant, & hac nostra sententia admissa, non est opus solutione aliqua, sed facillime cuitantur, & in xta illam datur summa perfectio Diuinae scientiae, & penitus saluatur a seitas Dei, & summa independentia a creaturis, in omni genere perfectionis, tam in essendo, quam in operando, & quod a Deo omnia incipiant, & alia plura, de quibus dub. 7. minutius agendum.

CAP. VI.

Deum cognoscere contingentia, ut determinate vera, in statu possibilitatis, probatur ex modo cognoscendi Dei.

246 TERTIO probatur nostra sententia ex modo cognoscendi Dei. Quia Deus cognoscit contingentia, non ad modum ipsorum contingentium, sed admodum ipsius Dei, & naturae Diuinae.

sed modus essendi naturae Diuinae est actualissimus, & vlla absque potentialitate, & contingencia. Ergo Deus cognoscit contingentia possibilis, ut actualissime, & absque potentia litate, & contingencia. Ita Egidius in 1. dist. 38. art. 1. ex mente Boetij, de consolatione.

Egidius
Boetius.

247 Maiorem probant. Quia videmus vnam, & eandem figuram rei vno intuitu comprehendi a visu, successiue tamen, & per diuersas manus impositiones comprehendi a tactu. Ergo omne, quod cognoscitur non secundum sui vim, sed secundum cognoscantis potius comprehenditur facultatem: & sic Deus omnia cognoscit admodum sui.

Quia figuram vno intuitu a visu attingitur.

248 Secundo probatur ab Egidio q. 10. de cognit. Angelorum, columna 6. §. secunda. Nam videmus intellectum humanum omnia cognoscere modo potenciali, & abstractiua, quia omnia cognoscit admodum sui, & etiam quae sunt actu praesentia, cognoscit modo potenciali; nam cum sit pura potentia in genere intelligibili, omnia cognoscit potenciali modo.

Et intellectus humanus omnia cognoscit admodum sui.

249 Tertio probatur a priori illa maior. Quia modus operandi sequitur modum essendi, ut late demonstrat Aluertin. principio 1. Philosophico, & summa eruditione (ut solet) Noster Lusit. lib. 6. de Beatit. 2. art. 5. §. 4. ad 21. Et ouiter attingit Egid. in 2. dist. 1. p. 2. dub. 6. super litera, §. dupliciter.

Et modus operandi sequitur modum essendi. Aluertin. Lusitan. Egidius.

Ubi ait. Quod semper ex fine sumitur agere simpliciter, ex forma modus agendi, ut quare ignis agit propter finem? quia vult similitudinem suam inducere in materia. Sed quare agit hoc modo? ut quia agit calefaciendo, & non refrigerando, hoc est propter formam, quia habet in se formam caloris, & non formam frigiditatis. Ergo modus cognoscendi sequitur modum essendi rei cognoscantis, & non modum rei cognita. Quod late presequitur Aluertinus, & Lusitanus.



62 Disp. 1. de cognit. conting. possibilium.

250 Iam vero minor principalis argumenti probatur. Quia natura Divina cum sit ens a se, est infinita in omni genere perfectionis, & sic nullam potentialitatem admittens in aliquo genere, alias in eo genere infinita non esset, cum ad potentialitatem sequatur limitatio & finitudo, & defectus. Quare modus essendi Dei est, ut sua natura non sit in potentia ad suum esse, nec suus intellectus ad cognitionem, nec sua cognitio ad aliquod obiectum, nec sua voluntas ad volitionem, nec sua volitio ad aliquod obiectum.

Et modus essendi Dei est actualis.

Et sic cognoscitur contingens, ut actualis.

251 Consequentia principalis argumenti probatur. Quia eo ipso, quod Deus cognoscat creaturas admodum sui; creaturam, quatenus est ex parte modi cognoscendi Dei, cognoscuntur admodum perfectissimam actualitatis, & sic natura humana cognoscitur, ut determinata ad esse simpliciter, & intellectus, ut determinatus ad omnem intellectionem possibilem, & voluntas ad omnem volitionem possibilem, & sic in omnibus combinationibus possibilibus Deus cognoscit voluntatem absque ulla indifferentia, & contingentia ad suos actus, & sic ut determinatam ad consensum, vel dissentium determinate, & consequenter, ut fundantem veritatem determinatam.

Licet ex parte rei cognitae, ea aliter cognoscatur.

252 Totum hoc contingit ex parte modi cognoscendi Dei, sed ex parte rei cognitae cognoscit Deus creaturam modo contrario, cognoscit enim naturam humanam, ut in potentia reali ad esse simpliciter, seu ad existentiam habendam in proprio genere, & natura, modo sibi proprio, & intellectum, ut in potentia reali ad intellectionem, & hanc in potentia ad representandum actu hoc, vel illud obiectum, sibi accidentaliter representabile, seu ad terminationem ad tale obiectum; & sic cognoscit etiam voluntatem, ut in potentia reali ad hunc, vel illum actum, & ad hanc, vel il-

lam terminationem illi accidentalem.

253 Potest hoc explicari a contrario sensu. Nam ex eo quod intellectus noster omnia cognoscat admodum naturae cuius est intellectus, & natura nostra sit in potentia reali ad esse, seu existentiam habendam, modo sibi proprio in tempore, & intellectus noster sit in potentia ad intellectionem, & voluntas ad volitionem; intellectus noster omnia cognoscit modo potentiali, & sic ea, quae existunt, & sibi praesentia sunt, ex parte sui modico cognoscendi, non cognoscit, ut existentia, & praesentia; licet ex parte rei cognitae, cognoscat ipsa existentia esse. Quare iuxta S. Th. & Aegidium, & suas Scholasticas intellectus noster cognoscit abstractendo ab *hic, & nunc*, & recto respectu non cognoscit nisi univerialia. Sic e contrario intellectus Divinus omnia cognoscit admodum sui, & sic admodum existentis, & actus puri, & ut sunt *hic, & nunc*, ut explicatum est, & hoc voluit Apostolus ad Rom. 4. cum ait, quod Deus vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt. Videantur dicta a n. 61.

Noster vero intellectus omnia cognoscit potentialiter.

S. Thom. Aegidius

254 Fota hac doctrina innititur his principijs. Modus cognoscendi sequitur modum essendi naturae cognoscentis, & modus essendi naturae Divinae est esse infinitam in omni genere perfectionis rerum. Ex quibus fit, ut Deus cognoscat, ut sibi praesentia omniaabilia, futura existentia, & praeterita, representata, & contenta in sua natura, qua praesentialitate sublata, neque aliquid posset cognoscere. Unde hac ratione utitur Aegidius de cognitione Angelorum q. 10. & in 2. dist. 7. q. 2. a. 1. ad probandum nullam naturam creatam, etiam Angelicam posse cognoscere futura contingentia, nisi ea, quae praesentialiter sibi praesentantur, & eo modo quo sibi praesentantur: & solum Deum omnia cognoscere, quia suus intellectus est actus purus, & ratione infinitae actualis.

Nam modus cognoscendi sequitur modum essendi.

Aegid.

actualitatis naturae Divinae omnia sibi praesentantur actualiter, etiam possibilialia comparatione ad existentiam in tempore. Verba Aegidij adduxi a n. 74. Videantur ibi dicta.

255 Et ex hac actualitate infinita Divinae essentiae fit, ut omnia creata etiam futura nobis, comparentur ad Deum tanquam praesentia, & praesentialiter ab eo cognoscantur. Nam quid quod cognoscitur (ait Aegidius in 2. dist. 7. q. 2. art. 1. §. ad advertendum) oportet, quod sit praesens cognoscenti, & quod comparetur ad cognoscentem, tanquam ad praesens, & quia quod est futurum potest habere praesentem causam, poterit de futuro haberi cognitio per suam causam: sed tunc de ipso futuro haberetur cognitio secundum se, quando ipsum futurum in se esset, ut quid praesens cognoscenti, vel compararetur ad cognoscentem, tanquam ad praesens; quod in solo Deo veritatem habet. Quod ibi probat, primo cum S. Thoma, quia sic se habent res in ordine univeriali, sicut se habent aliqua ordinata in loco, ut si essent multi homines, ut puta centum, vel mille libenter videret, quod est ante se, nullus autem, quod est post se: sed si esset aliquis homo extra ordinem illum, quia non compararentur ei illi homines, aliqui, ut anteriores, aliqui ut posteriores; totum illum ordinem hominum, sic licet alter dispositum uno intuitu contueri posset, sed quia nulla creatura est absoluta ab ordine univeriali, potest creatura naturali cognitione cognoscere, quae fuerunt ante, ut quae fuerunt in praeterito, non autem, quae erunt post in futuro. Cuilibet ergo creaturae, tanquam existenti in hoc ordine, futura respondent, ut futura, & praeterita, ut praeterita; sed Deus, qui est supra istum ordinem, totum hunc ordinem, uno intuitu contuetur: & omnia principaliter videt. Et hoc quod de cognitione futu-

rorum docet Aegidius, suo modo dicendum est de possibilibus, scilicet Deum unico intuitu omnia cognoscere, licet cognoscat ordinem, quem ex parte rei cognitae inter se habent. Quia scilicet prior est ex parte rei cognitae voluntas absque auxilio, postea cum auxilio, & tertio cum actuali determinatione ad consensum, licet hoc de materiali se habeat ad cognitionem Divinam. Alia ratione id probat Aegidius desumpta ex eo, quod Deus omnia cognoscit, ut sunt in se ipso tanquam in obiecto principali, ideoque omnia cognoscit praesentialiter, & invariabiliter: de quo a n. 203.

256 Atque hinc fit (pro infra dicendis num. 382.) ut obiectum formale respectu Divinae cognitionis sit praesentialitas, qua res posibles sunt praesentialiter Deo in suo esse, & natura, & sic aequae praesentialiter est Deo voluntas creata in primo, & secundo, ac in tertio signo, & aequae praesentialiter cognoscitur a Deo in tribus signis ex parte modi cognoscendi, licet ex parte rei cognitae, in primo signo cognoscatur voluntas a Deo, ut in potentia ad auxilium, & in secundo, ut indifferens ad consensum, & in tertio cum determinatione ad consensum, vel eius carentiam. Ex quo posset ulterius probari nostra sententia ex praesentialitate, qua res sunt praesentes Deo in sua aeternitate. Videantur, quae diximus dub. praecedenti cap. 9. Nam id quod ibi diximus de praesentialitate rerum comparatione aeternitatis, dicemus de eisdem comparatione scientiae naturalis: & quod dicimus de possibilibus comparatione scientiae naturalis ante decretum, dicimus de futuris comparatione scientiae liberae post decretum.

Obiectum Divinae cognitionis praesentialitas.



64 Disp. 1. de cognit. conting. possibilium.

CAP. VII.

Deum cognoscere contingentia, ut de terminata vera in statu mere possibilitatis, probatur ex regulatione, qua scientia Divina regulat creatam.

Scientia creata de contingētib.

257 QVARTO probatur nostra sententia ex regulatione, qua scientia Divina regulat creatam. Nam scientia creata, qua cognoscimus consensum, determinate existentem in voluntate, & fundantem veritatem determinatam, est participatio scientiæ Divinæ, & ab ea regulatur. Ergo est in Deo scientia naturalis, qua cognoscatur consensus liberum determinate existentem in voluntate, & fundantem veritatem determinatam sub ratione possibilis.

Est participatio scientiæ naturalis Dei.

258 Antecedens est planum. Quia nulla perfectio creata est possibilis, quæ non sit participatio, & imitatio alicuius perfectionis Divinæ, & maxime illa, quæ est perfectio simpliciter simplex, ut est cognitio creata; alias talis perfectio creata esset creata, ut supponitur, & non esset, quia non esset ens per participationem, & ab alio, nec per imitationem ab alia, per quam tanquam per primam regulam regularetur.

Est repugnans scientiæ Dei, repugnans.

259 Consequentia probatur. Quia si repugnaret scientia naturalis, qua Deus cognosceret consensum determinate existentem in voluntate, & fundantem veritatem determinatam, per locum ab intrinseco repugnaret cognitio creata, qua cognosceremus consensum determinate existentem in voluntate, & fundantem veritatem determinatam. Nam repugnante primo in aliquo genere, per locum ab intrinseco repugnat secundum. Nam si per impossibile repugnaret primum ens, repugnaret per locum ab intrin-

seco ens per participationem, & si repugnaret intellectus a se, repugnaret intellectus ab alio, & sic de alijs.

260 Dices. Scientiam nostram, qua cognoscimus consensum determinate existentem in voluntate, & habere veritatem determinatam, esse participationem scientiæ liberæ Dei, aut saltem scientiæ mediæ, quæ est de eodem consensu sub conditione futuro.

261 Sed contra. Nam scientia libera Dei supponit propositum liberum Dei de causanda nostra cognitione, & hoc decretum supponit cognitionem, & regulam nostræ cognitionis cum tale decretum proponat producere cognitionem similem ei, quam Deus habet de consensu determinato in voluntate. Ergo scientia nostra non regulatur per scientiâ liberâ Dei, sed per aliam, quæ supponitur ad ipsâ, & ad decretum.

Scientia nostra non est participatio scientiæ mediæ.

262 Deinde scientia mediæ potest esse, & non esse in Deo, cum sit illi contingens, & non naturalis, ut sui defensores dicunt. Ergo non potest esse regula nostræ cognitionis. Probatur consequentia, quia regula, & maxime prima, debet esse omnino naturalis, & invariabilis, alioquin si variabilis esset, ipsa esset regulabilis per aliam regulam, cum vni quodque mensuretur primo sui generis. Ut cum Arist. & S. Th. diximus n. 23.

Alioquin regulatum esset sine regula.

263 Deinde, quia scientia illa cuius nostra est participatio debet esse perfectio intrinseca, & essentialis Deo, ab eo inseparabilis, aliâs cum illa scientia sit perfectio absq; imperfectione, fieret, ut Deo deficeret aliqua perfectio simpliciter. Ergo regulatiui cognitionis nostræ est scientia aliqua naturalis formaliter speculariua, quæ ratione Divini propositi sit formaliter practica, & directiua scientiæ nostræ, & illius ad sui similitudinem productiua.

Arist. S. Thom.

Scientia nostra participatio essentialis.

264 Tertio, quia alias Deus, ut esset participabilis, & imitabilis a creatura, dependeret à voluntate sua, vel creaturæ, & sic non esset per essentiâ, &

Alias Dei imitabilitas dependet à voluntate.

Comment. Egidius

naturam participabilis, & imitabilis; quod non est admittendum: & sic dicendum cum Commentatore 12. metaphysic. Comment. 18. quem refert, & sequitur Egidius in 2. dist. 1. p. 2. q. 1. art. 2. §. prima via. Quod res habent mensuras proprias in actionibus suis, & ista mensura provenit ab arte Divina. De quo etiam de cognit. Angel. q. 10. §. 2. viz.

Cognitio perfectio simpliciter.

265 Secundo dices, scientiam nostram esse participationem alicuius eminentialitatis, quæ est in omnipotentia, & idea, non autem alicuius cognitionis, quæ sit formaliter in Deo.

Aureol.

266 Sed contra. Quia cum cognitio nostra sit perfectio simpliciter simplex, debet esse formaliter in Deo, & non solum virtualiter, ut dicitur à Theologis. Secundo, quia esto scientia nostra participatio esset alicuius eminentialitatis, quæ esset in Deo, in ea eminentialitate posset Deus cognoscere contingentia, ut possibilis. Sic enim defendit nostram sententiam Aureolus in 1. dist. 39. art. 1. in propositionibus affirmatiuis prop. 1. Vbi docet, quod actualitas futuri contingentis exemplatur à Deitate. Quod probat primo. Quia constat, quod nullius Deitas est similitudo ex tempore, quin ab æterno, & immutabiliter sit illius similitudo, aliâs esset apud Deum vicifitudo, & variatio. Secundo. Quia Deitas est necessario similitudo omnis necessariæ entitatis; & manifestum est, quod actualitas futuri contingentis dum est exhibitâ, est quadam necessaria entitas, quia omne quod est, dum est, necesse est esse: Tertio, quia omnis entitas causatur à prima entitate, & veritate tanquâ à prima regula. Quod bene ibi explicat. Et latius explicat dist. 36. art. 3. Vbi nostram expressit mentem, & videri potest prop. 2. & 3. & art. 2. ad 1. S. Th. & quæ dicemus toto dub. 10.

CAP. VIII.

Deum cognoscere contingentia habere veritatem determinatam in statu mere possibilitatis, probatur ex Scriptura, & Patribus.

267 VLTIMO probatur nostra sententia ex Scriptura, & Patribus, iuxta sententiam scripturam, quam non aliter cognoscit Deus facta, quam faciendâ, quod verum non esset, si Deus non cognosceret contingentia, ut determinatè vera in statu mere possibilitatis, quia tunc non cognosceret futuritionem sub conditione illorum, & postea illa cognosceret.

Nostra sententia ex scriptura.

268 Primum ergo testimonium desumitur ex Apost. ad Rom. 4. Vbi loquendo de Deo ait, quod vocat ea, quæ non sunt, tanquâ ea, quæ sunt. Quæ verba, licet alias habeat expositiones, tamen à pluribus Patribus intelligitur de cognitione, ita ut sensus sit. Deus cognoscit ea, quæ non sunt actus, tanquâ ea, quæ sunt. Sic P. Aug. citatus, & sequutus à Glossa super hunc locum, id est (inquit Augustinus) cognoscit ea, quæ non sunt actus, tanquâ ea, quæ sunt. Sic etiam Scholastici, passim Egidius, Gabriel in 1. dist. 38. art. 2. concl. 1. Zumel tom. 3. opusculorū concl. 1. §. qua propter sol. 15. column. 1.

Ad Rom. man.

P. Aug. Glossa.

Egidius Gabriel Zumel.

269 Secundum testimonium desumitur ex Ecclesiast. 23. quod ad hoc intencum adducit P. Aug. 15. de Trin. cap. 13. vbi iuxta 70. ut legit P. Aug. sic ait. Antequam crearentur omnia nota sunt illi, sic & postquam consummata sunt. Sic inquit (Glossat Augustin.) non aliter, & antequam crearentur, & postquâ consummata sunt, sic Dei nota sunt. Et iuxta nostram Vulgatam. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita, sic, & post perfectâ respicit omnia. Videantur etiam verba antecedentia.

Ecclesiasticus.

D. Iacob. 270 Tertium testimonium desumitur ex Iacobi I. ibi, *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumine, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Vbi docet scriptura nullam in Deo esse vicissitudinis umbram: esset autem si in statu possibilitatis aliquid non cognosceret, quod cognosceret postea. Quod etiam confirmat D. Ioan. epist. I. cap. I. dicens, *& tenebra in eo non sunt ullae;* essent autem, si pro illo priori ad statum conditionatum, non cognosceret aliquam veritatem, quam postea cognosceret. Essetque in Deo aliqua mutabilitas, quod est contra textum adductum, ubi inter linealis, *in cuius natura, nulla mutabilitas, sed identitas.*

D. Greg. Et idem docet D. Gregorius, ibi adductus a Glossa, Lyra, & alij. Videantur dicta dub. I. cap. II.

determinate cognoscat unam possibilitatem, praeter alia? Nam non a decreto suo. Nam erga possibilitatem non habet Deus decreta libera: Non a voluntate creata, siquidem in ea tam est possibilis dissensus, excludens compositionem cum consensu, quam vice versa. Non ab auxilio, quia si hoc sit natura sua indifferens, cognitum a Deo, ut possibile, non magis determinabit Diuinum intellectum ad cognoscendum possibilitatem consensus, quam dissensus; si vero non sit natura sua indifferens, quomodo fieri poterit, ut auxilium, quod in secundo signo cognoscebatur a Deo, ut indifferens suapte natura, in tertio signo non cognoscatur ut tale?

273 Hoc argumentum petit sibi explicari, a quo determinetur Deus in statu merae possibilitatis, ut cognoscat magis possibilitatem consensus, quam dissensus, aut e contra?

274 Cui difficultati respondeo determinari a veritate determinata, & ab speciali modo possibilitatis, quam habet pro illo mero statu in aliquibus circumstantijs consensus, quam dissensus, ut satis prolixè dubio precedenti explicatum est a posteriori, ex determinata veritate, quam habet consensus praedissensu in tempore, modo variabili existenti in talibus circumstantijs, ut ibi explicuimus cap. 2. & 4. Et a priori, ex summa actualitate Diuinarum idearum, ut explicuimus cap. 5. & ex continentia talis determinati entis in omnipotentia, ut explicuimus cap. 6. & ex modo essendi contingentium in Deo, ut explicuimus cap. 7. Et ex in distinctione esse ab essentia in Deo, ut explicuimus cap. 8. Et ex praesentialitate rerum in aeternitate, ut explicuimus cap. 9. Et ex regula contradictoriarum, & ex alijs principijs, ut explicuimus cap. 10. Et ex Scriptura, & Patribus, ut explicuimus cap. 11.

275 Si autem ulterius inquiras, quare

A quo determinatur cognitio

A determinata veritate altera.

quare magis sit possibilis in illis circumstantijs consensus, excludens dissensus, quam e contra dissensus excludens consensum?

Nota de terminacione in communi, ignorat particularis 276 Respondeo ex dictis n. 109. quod licet non possemus assignare causam huius maioris determinationis in particulari, possemus tamen assignare causas, quod unus sit magis determinatus, & magis sit possibilis, seu habeat specialem possibilitatem, quam alius, in quibusdam circumstantijs. Et id probant rationes adductae, & ibi explicatum est. Vbi etiam diximus rationem huius maioris determinationis, & specialem possibilitatis esse aliquid praedicatum intrinsicum, siue in diuiduale, siue accidentale, siue aliquis modus specialis dependentiae illius complexi, cuius est proprium, vel accidentale, esse possibile in illis circumstantijs, excludendo in eisdem possibilitatem dissensus consequenter. Sicut licet hic auctor, & alij non possint assignare causam, quare sit magis futurus sub conditione huius auxilij consensus, quam dissensus? reddunt tamen causas probantes alterutrum debere esse determinate futurum.

In 3. figura altera terminatum. 277 Ad argumentum respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico, in omni signo, & in omnibus circumstantijs reuera esse in voluntate possibilem antecedenter consensum, & dissensum, ut nos concedimus in secundo signo, quod est indifferens, non tamen consequenter, & in tertio signo, quod est determinationis. Quia in eo tertio signo debet esse duratata possibilis determinatio consensus, vel dissensus determinate, ut saepe explicatum est.

Scientia Dei determinatur a veritate obiecti. 278 Quando autem inquit argumentum viterius, unde determinatur Deus, ut in tertio signo determinate cognoscat unam possibilitatem, praeter alia? Dicimus non determinari a decreto, etiam possibile, si po-

natur indifferens, neque a voluntate creata, neque ab auxilio, si indifferens ponatur, sed determinari a veritate determinata intrinseca, & ab speciali modo possibilitatis, quae habet determinatio consensus in circumstantijs illius tertij signi, quam non habet dissensus, sicut iuxta sententiam huius auctoris in statu conditionato Deus determinatur ad cognoscendum magis futuritionem consensus, quam dissensus, non a decreto, nec ab auxilio, sed ab ipsa determinata veritate, quam habet futuritio consensus, praefuturitione dissensus. Nam illa maior determinatio futuritionis consensus, quam dissensus in illis circumstantijs, & cum suis dependentijs non potuit non esse possibilis, & habere specialem possibilitatem, quam non habet in illis circumstantijs futuritio dissensus. Sicut ergo iste Doctor, & alij assignant veritatem determinatam in mera futuritione, nos assignamus veritatem determinatam in mera possibilitate: imo illam met veritatem determinatam, quam ipsi cognoscunt, ut futuram, nos agnoscimus, ut possibilem, & multo maiori fundamento, quia ipsi ponunt veritatem determinatam in mero contingenti, & in determinato, & quando est futurum contingens, nos autem in existenti, & determinato, & praesenti Deo in aeternitate, & in esse ideali.

279 Hinc fit, ut sicut iuxta Doctores scientiae mediae, consensus liber in statu futuritionis consideratus, habeat specialem modum futuritionis in se praedissensu, ratione cuius excludit specialem modum futuritionis dissensus in se; quia dissensus non habet specialem futuritionis modum in se prout in illo instanti, & prout ab illis causis (quaecumque sint illae). Sic talis consensus iuxta nostram sententiam habet specialem modum possibilitatis praedissensu, in tali instanti, & prout a tali voluntate cum tali auxilio. Quia spe-

Sicut est specialis futuritio sic & possibilitas.

CAP. IX.

Soluitur primum argumentum, & explicatur a quo determinetur Deus, in statu merae possibilitatis, ut cognoscat magis possibilitatem consensus, quam dissensus?

Obijciunt. 271 **S**ED contra hanc nostram sententiam obijcit Henao. Primo. In statu merae possibilitatis in nullo signo, & in tali incognoscibile consensum quam dissensum. Quia non cognoscit contingentia, ut determinate vera in statu merae possibilitatis. Henao. 272 Antecedens probat. Quia in omni signo, & circumstantijs est in voluntate possibilitas consensus, & est unde dissensus, ut patet ex his quae nos dici determinatur. Quia non voluntate possibilitas consensus, & est unde dissensus, ut patet ex his quae nos dici determinatur. Quia non voluntate possibilitas consensus, & est unde dissensus, ut patet ex his quae nos dici determinatur.

specialis futuritio consensus, seu ille specialis futuritionis modus, consistens in illa speciali dependentia ab illis circumstantijs instantis, & causarum, non potuit non esse specialiter possibilis, & cognosci a Deo, vt talis, per scientiam mere naturalem, vt docet Coelestinus. Noster Coelestinus. Quodlibeto 13. citato dis. 5. §. 2. & 7.

Et sicut quod Deus. Cognoscit actum charitatis est specialis esse possibilis a voluntate humana, illis existens necessario agente, vt est in caelo, & liberta sic vt agente, vt est in terra, & consequenter possibilis vt cognoscit eundem actum charitatis esse possibilem, cum necessaria conexione ad voluntatem, vt scilicet, illa posita in talibus circumstantijs necessario, quod tum est ex vi sua, trahat secum talem actum, & etiam non cum necessaria conexione ad talem actum, sed solum cum infallibili, ita vt posita eadem voluntate in alijs circumstantijs (forte talibus) non quidem necessario, sed solum infallibiliter, quantum est ex vi sua, trahat secum illum effectum. Quod sic ulterius evidenter probari potest. Quia de facto voluntas humana in aliquibus, circumstantijs posita, infallibiliter trahit secum illum effectum, & non necessario simpliciter, qualis est voluntas promota per gratiam congruam, sed esse, quod de facto est, sicuti est in aliquo priori signo, fuit possibile. Ergo possibile fuit actus charitatis, cum infallibili conexione ad voluntatem humanam ita dispositam. Ergo Deus in illo priori signo, in quo cognovit omnia possibilia, per scientiam simplicis intelligentiae, & omnem modum possibilitatis eorum, cognoscit consequenter esse possibilem voluntatem humanam in quibusdam circumstantijs cum infallibili conexione ad actum charitatis, quantum est ex vi sua, & idem dico de alijs operationibus liberis, etiam malis, ad quam nulla peculiaris gratia requiritur. Ecce vbi ponit ea, quae nos diximus, & videtur mens Aegid. in 1. dist. 38. q. 2. art. 1.

CAP. X.

Solvitur secundum argumentum, & explicatur, An voluntas creata possit impedire scientiam, aut representationem contingentium?

281 SECUNDO obijcitur, voluntas, prout consideratur in secundo signo, quod est indifferentiae, potest impedire tertium signum, quod est determinationis. Ergo potest impedire hanc praescientiam contingentium, atque adeo haec non est naturalis, sed contingens Deo. Consequenter sunt bonae. Quia causa potens impedire obiectum, seu materiam scientiae, & cuiusvis representationis, potest impedire scientiam, & representationem.

282 Antecedens probatur. Quia voluntas in illo secundo signo est indifferens in actu primo ad consensum, & dissentium, & habet in actu primo, quidquid requiritur, vt possit consentire, & non consentire, alias non esset in statu indifferentiae, ergo potest consentire, & non consentire, ac proinde non consentiendo potest impedire tertium signum, quod est determinatio nis actualis consensus: & sic statum idealem contingentium.

283 Hoc argumentum petit, vt explicemus. An voluntas creata possit impedire scientiam contingentium? aut representationem eorum?

284 Cui difficultati respondeo negative. Sic Aegidius in 1. dist. 40. in dubijs litter. libus, ibi. Notandum, quod dicitur Deus nunc posse praedestinare, & non praedestinare, sicut placuit ab aeterno praedestinasse, & non praedestinasse, quia praedestinatio Diuina mensuratur aeternitate: in aeternitate vero omnia sunt praesentia, nihil transit in praeteritum, & ideo sicut ab aeterno potuit

Obijcitur voluntas potest impedire scientiam.

Quia in 2. signo potest impedire consensum.

Voluntas non potest impedire scientiam. Aegid.

uit praedestinasse, & non praedestinasse, sic praeteritio non impedit, quin modo possit praedestinare, & non praedestinare: & quod dictum est de praedestinatione, intelligendum est de praescientia, & de omnibus operibus, quae sunt opera Diuina tantum, non transcurrentia in exteriorem materiam, sed talia in his, quae Deus operatur per hominem, vel per creaturam (quae opera Magister appellat opera Dei, & hominis) non conceduntur, quia in eis praeteritio impedit, vt quod factum est non potest fieri, & non fieri, vel esse factum, & non factum, cum talia possint tempore mensurari. Ecce vbi fundamentalis Doctor affirmat Deum nunc posse praedestinare, & non praedestinare, praescire, & non praescire, quae praesciunt, quia opera eius mensurantur aeternitate, quod tamen negat de homine, & de operibus Dei, quae operatur per hominem, quae tempore mensurantur, in quibus praeteritio impedit, vt quod factum est, non possit fieri, & non fieri: de quo late dub. 10. cap. 6. & P. Augustinus lib. 26. contra Faustum cap. 5.

P. Aug. 285 Et quidem si fermo sit de voluntate in esse possibili, & ideali considerata, certum est non posse impedire aut auferre praescientiam Dei, quia ad hoc non sufficit voluntatem existere in esse representatiuo, & ideali, seu, quod idem est, esse representationem voluntatis in differentis, sed est necessarium voluntatem existere in se ipsa, modo sibi proprio in propria natura exercito. Nam existentiam causam in proprio genere exercitam necessariam esse, vt causa operetur, diximus in quaestione 4. 1. & ex ipsis terminis patet. Nam sola imago Regis non potest imperare, nec Rex prout in imagine potest exercere opera, maxime vitalia. De quo Aegidius in 1. dist. 36. q. 1. art. 3. ad 4. & 5.

Nec voluntas existens iuxta PP. 286 At si fermo sit de voluntate creata existenti modo sibi proprio, &

in propria natura, & duratione, tam sub conditione, quam absolute, ipsam non posse impedire, aut auferre Diuinam praescientiam, probatur 1. Quia voluntas consentiens respectu praescientiae se habet vt materia, 2. ex Patribus iuxta quos nulla creatura potest esse causa, aut ratio a priori Diuinae scientiae, aut alicuius illius terminationis, sed potius econtra. Sic P. Augustinus 15. de Trinitate cap. 13. quem refert, & sequitur D. Thomas de praescientia, & de praedestinatione cap. 2. Aegidius in 2. Aegidius dist. 3. q. 2. art. 4. qui loquendo de Deo ait. Vniuersas creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Idem que docet lib. 6. cap. ultimo. Sic etiam Boetius, quem refert, & sequitur Aegidius in 206. adductus. D. Gregorius 2. Moralium cap. 23. & Magister in 1. dist. 38. litt. C.

287 Dices hos Patres negare creaturam posse esse causam praescientiae Dei quoad entitatem, non autem negare esse causam, seu rationem a priori scientiae Dei, quoad terminationem ad futura.

288 Sed contra. Quia P. Augustinus reddens rationem suae sententiae subdit. Non enim eius sapientiae aliquid accessit ex eis. Si autem accederet scientiae Dei aliqua terminatio, non bene hoc diceret Sanctus Doctor. Secundo quia Sanctus Doctor ulterius probat suam sententiam, ex eo quod Deus, quia est suum esse, & suum esse intellectivum, & suum esse intelligibile, contra ponendo scientiam Dei scientiae creaturarum, quae non sunt suum esse intelligibile, ideoque ad intelligenda plura expectant existentiam illorum, qua propter scientiam illarum receptiua est, & variabilis, scientia vero Dei omnino invariabilis, & immutabilis est. Hoc autem fundamentum probat scientiam Dei non posse accipere terminationem a creaturis, & ab euentu futuro illarum, sed

P. Aug. D. Tho. Aegidius Boetius. D. Greg. Magister

sed potius dare euentui terminationē. Videatur, quæ diximus *cap. 5. & 6. & 7.* & quæ dicemus *à n. 320. & 590. & 633.*

Quia licet possit impedire significatum, non ut tale. 289 Ad argumentum ergo in principio capitis propositum, respondeo negando antecedens. Quia voluntas non potest impedire 3. signum, licet possit impedire significatum eius secundum se sumptum, scilicet consensus in tempore eliciendum. Et ad probationem antecedentis, concedo voluntatem in 2. signo prout in esse ideali, representari indifferentem ad consensus, & dissensus: sed ibi non est operatiua, quia ibi solum existit representatio eius indifferentiæ. At ut est existens in tempore, est etiam indifferens ad consensus, & dissensus; & potest impedire consensus, prout futurum libere in se ipso in tempore (quo pacto non constituit 3. signum, sed est significatum ideæ 3. signi) si secundum se consideretur: non tamen potest impedire, consequenter consensus, si consideretur, ut significatus, & ut regulatus sua speciali possibilitate, ut prædeterminata, & sua practica idea: quia ex hac suppositione (quæ est consequens) impossibile est voluntatem non consentire libere, sed necessario consentiet libere: *ly necessario* tenente se ex parte præscientiæ, & *ly libere* ex parte voluntatis. Et ratio est. Quia voluntas respectu consensus, prout futuri in propria duratione, est causa efficiens, habens dominium in consensus, & hic potest ab ipsa poni, & non poni, secundum se sumptus, & prout dicit ordinem ad propriam durationem, respectu cuius est futurus: quo pacto non habet veritatem determinatam, vsque dum actu existat, ut late *disp. 2. dub. 4. à cap. 2.* & omnia illius principia proxima (& si velis remota) sunt indifferentia. At respectu consensus prout stat sub sua speciali possibilitate prædeterminata, vel sub idea practica (quo pacto est præsentia) Deo

in suo esse, & aternitate, & habet veritatem determinatam voluntas non est causa efficiens, sed mere materialis; & obiectiua, sicut est arufficiatum comparatione artis vniuersalis: & sic voluntas libere consentiens est effectus regulatus ab idea artificis; & effectus non potest impedire causam efficientem sui, quam essentialiter supponit, ut possit operari: nec potest voluntas non consentire libere, prout stat sub ordine omnium causarum inuoluentium ipsum consensus liberum, & operantium secundum regulationem, & ordinem Diuine sapientiæ, ut cum P. Aug. & *P. Aug. & Egid.* dicemus *n. 346.* & sic voluntas non potest impedire 3. signum, sicut non potest impedire decretum Thomisticum, neque prædeterminationem efficacem iuxta plures sententias, nec decretum discretivum, iuxta fere omnes. Et hæc doctrina potest confirmari octo vijs quæ adducit *Egid. de Prædest. & Præscient. cap. 2.*

290 Vel 2. respondeo prædicto argumento, negando antecedens, ad cuius probationem dico; voluntatem in secundo signo, licet sit indifferens ad consensus, & dissensus secundum se sumptos, non tamen esse in actu primo indifferentem ad consensus, prout stat sub determinatione, quo modo est obiectum tertij signi: & sic non potest consentire, & non consentire, quia ex suppositione determinationis ad consensus, & in sensu composito illius, prout representatæ per ideam tertij signi, est necessitata voluntas, necessitate consequenti vsu libertatis ad consentiendum: & ex suppositione, quod libere consensus sit impossibile est ipsam non consentire. Quia ex suppositione, consensus est existens idealiter in Deo, & ipsi præsens in aternitate, & omne, quod est, dum est, necesse est esse: & sic consensus prout in tertio signo non est contingens, sed necessarius, & determinatus, ex quo fit, ut

Imò, nec significatum, prout determinatum.

voluntas non possit auferre obiectum tertij signi.

Licet possit illum impedire secundum se.

291 Quare consensus liber determinate representatus in tertio signo, potest considerari, vel secundum se, vel ut stat sub determinatione, secundum se sumptus potest esse, & non esse prout à voluntate creata, & sic non est obiectum ideæ tertij signi, sed secundum se, ut stat sub determinatione non potest non esse, & sic est ideæ tertij signi obiectum. Quia obiectum ideæ tertij signi est voluntas actu, & determinate consentiens, seu possibilitas huius complexi, *voluntas actu, & determinate libere consentiens sub ratione veri, & præsentis Deo in aternitate,* quæ possibilitas representatur naturaliter per ideam tertij signi, ad quam representationem de materiali se habet modus contingentia, quo consensus representatur oriens à voluntate; & sic non potest obiectum talis ideæ auferri à voluntate, licet ipsa possit consentire, & non consentire. Licet enim voluntatem consentire sit contingens, tamen voluntatem contingenter consentire, esse possibile, non est contingens, sed necessarium, creaturæ, & Deo; etiam antecedenter, ut diximus, *n. 16.* Quare argumentum arguit à seipso diuiso ad compositum, & hæc doctrina est *Egidij in 1. dist. 38. q. 2. art. ultimo ad 5.*

Et idem contingit in tempore. 292 Explicatur hæc doctrina, in ipsa voluntate prout in tempore, & in propria natura existit, quæ licet in signo indifferentiæ possit consentire, & non consentire, & indifferens sit ad eliciendum consensus secundum se sumptum, tamen prout stat sub actuali determinatione ad consensus, non est indifferens, nec ex suppositione determinationis potentiam habet ad non consentiendum. Quia ex suppositione determinationis, consensus existit determinatus, & est necessarius, præsensque voluntati, & ad necessarium,

ut tale non potest esse in voluntate in differentia. Nam ex suppositione determinationis, iam consensus, qui in signo antecedenti erat futurus, contingenter, per determinationem voluntatis transiit in determinatum, & existentem, & necessarium, voluntati, illique presentem: & per hunc transitum cessauit potentia, & indifferentia voluntatis; & potentia antecedens transiit in impotentiam consequentem. Si ergo esset aliqua causa ordine durationis prior ad instans illius tertij signi in qua contineretur, & representaretur, presentia, er, & naturaliter illud tertium signum, sub quo est consensus determinatus, & existens necessario, necessitate consequenti, fieret, ut illud tertium signum, quod comparatione voluntatis pro tota duratione antecedenti erat futurum contingens, & liberum, comparatione illius alterius cause esset præsens representatiue, pro tota duratione antecedenti; possetque infallibiliter ab ea causa cogosci: & sic licet voluntas posset elicere, & non elicere, antecedenter consensus, tamen ex suppositione representationis illius cause non posset non elicere, nec posset illam representationem auferre, quia ad præteritum non datur potentia; neque ad hoc, ut possibilitas consensus liberi determinate sit possibilis: fieretque, ut consensus ille, qui comparatione voluntatis esset contingens, & liber, comparatione illius alterius cause esset necessarius quodam modo.

293 Verbi gratia, licet voluntas D. Petri pro instanti antecedenti ad negationem posset negare, & non negare, tamen ex suppositione negationis non habebat indifferentiam, nec potentiam ad non negandum, & ideo quia in scientia beata, & etiam infusa animæ Christi (quæ erant priores ordine durationis ad negationem) erat representata determinatio ad negationem,

Explicatur exemplum.

nem, in illo instanti: negatio, quæ com-
paratione voluntatis Diui Petri erat
contingens, & futura, comparatione
scientiæ animæ Christi pro tota dura-
tione antecedenti ad instans. negatio
nis erat præsens, & necessaria, vnde
Christus illam prædixit.

Et urge-
tur in
causa
vniuersa-
li.

294 Sed si demus vterius, quod
representatio determinationis volun-
tatis illi futuræ pro signo subsequenti,
seu suppositio talis determinationis sit
ab æterno alicui causæ vniuersali na-
turaliter representata, & cognita in
se ipsa hinc fieret, quod determinatio,
quæ voluntati pro signo indifferentiæ
esset contingens, & futura, compara-
tione illius causæ esset præsens æter-
naliter, & naturaliter, & sic in aufferi-
bilis à voluntate; quia ante operatio-
nem ipsius voluntatis necessario esset
in rerum natura illa representatio: ma-
xime si illa causa esset prima regula,
à qua dependere talis determinatio;
& sic est idea Diuina, quæ æternaliter
præcedit representatio actu, & præsen-
tialiter Deo, naturaliter, & à se deter-
minationem liberam voluntatis crea-
tæ, in tali instanti, & sub tali auxilio: &
sic licet voluntas pro tota duratione
antecedenti sit indifferens ad consen-
tendum, & dissentendum, sumpro cõ-
sensu, & dissensu secundum se, semper
tamen libere consentiet, & necessario
necessitate consequenti cõsentiet, vel
potius necessitate consequentiæ, scili-
cet si consensura est, quæ conditio re-
presentatur purificata ab æterno in
idea Diuina.

Voluntas
non po-
test impe-
dire sup-
positione
cõsensu.

295 Dices. Licet ex suppositione
cõsensu, voluntas nõ habeat potentiã
ad non consentendum, tamen illa sup-
positio potest ab ea impediri. Sed cõ-
tra. Quia illa suppositio consensus po-
test dupliciter considerari, vel secun-
dum se, & prout est in tempore depen-
dens à voluntate, vt sit, vel non sit, & hoc
modo non est obiectum scientiæ Dei,
sed effectus ab ea regulatus, vel prout

ipsa suppositio. (adhuc dependens à
voluntate) est possibile, & est in suis
causis vniuersalibus, efficienti, finali,
& exemplari: & hoc modo est obiectum
scientiæ Dei, & in impedibilis à volun-
tate, etiam antecederet: quia causa
neque antecederet potest impedire
per suam operationem, quod essentiali-
ter requiritur existens aliquo modo,
vt ipsa possit operari. Deinde illa sup-
positio, licet in genere causæ materia-
lis, & ordine imperfectionis sit prior,
prout obiectum, & materia illarum cau-
sarum: in genere tamen causæ formalis
extrinsecæ, efficientis, & finalis, & sic
ordine perfectionis est prior prout à
Deo. Vnde voluntas potest impedire
illam suppositionem secundum se sum-
ptam, vt est in tempore, & materialiter,
non tamen potest impedire illi suppo-
sitionem, prout formaliter stat sub cau-
sis vniuersalibus efficienti, finali, &
exemplari. Quia non potest impedire
absolute; quod sit possibile consensus
liber prout ab ipsa, quod totum est obiec-
tum idearum, & scientiæ naturalis Dei,
respectu cuius de materiali se habet
potentia voluntatis: sicut enim non po-
test impedire, quod sit possibile sua li-
bera determinatio in tali instanti prout
a se, quia hæc possibilitas essentialiter
præsupponitur ad hoc, vt possit ope-
rari: sic nec potest impedire ideam Dei,
nec scientiam naturalem, qua regula-
tur eius operatio, quia hæc essentiali-
ter requiritur, vt possit operari. Ne-
que enim possibile est creaturam ope-
rari, nisi sub prima regula, tanquam sub
prima causa dante ei modum operandi.

296 Vnde, vt diximus n. 78. Deus
& creatura sicut habeat modum con-
trarium in essendo, habent etiam in
representando. Nam creatura, quia nõ
est suum esse simpliciter, expectat il-
lud à Deo, vt simpliciter sit, & existat:
& quia non est suum esse intellectivum
expectat illud esse à Deo, vt sit intel-
lectiuum, & quia non est suum esse intelli-
gibile,

Deus, &
creatur
modo con-
trario re-
presen-
tant.

gibile, expectat illud esse à Deo, vt
Angeli, vel ab obiectis creatis, vt ho-
mo: & quia illud esse intelligibile re-
presentat in potentia esse aliquarum,
rerum, expectat existentiam illarum
vt illas actu representet: & sic proce-
dit de potentia ad actum, de imperfe-
cto ad perfectum, quia procedit via
originis, & imperfectionis, media mu-
tatione temporali.

297 Deus autem e contra. Nam
quia est suum esse non expectat esse
aliarum rerum, vt sit simpliciter, neque
vt sit in aliquo genere perfectionis,
sed cum sit primum in omni genere,
dat esse alijs rebus, non accipit, neque
potest accipere ab eis. Quare cum sit
suum esse intellectiuum, non expectat
intellectualitatem ab alio, sed illam
communicat omnibus alijs; & quia est
suum esse intelligibile, non expectat
esse intelligibile creaturarum, vt illas
cognoscat, sed quia eas cognoscit, dat
eis esse reale, & intelligibile ipsismet
proprium.

Et modo
contrario
cognos-
cant.

298 Et sicut Deus, & creatura ha-
bent modum contrarium in essendo, &
representando, habeat etiam in cog-
noscendo. Nam intellectus noster, quia
potentia pura est in genere intelligibi-
lium, & modus eius est admodum na-
turæ hominis; id circo non potest cog-
noscere illa tria signa sæpè explicata
simul, sed procedendo de potentia ad
actum, & incipiendo à notioribus no-
bis, scilicet à potentialioribus, nempe
à primo signo, in quo voluntas est in
potentia quasi remota ad consensum
salutarem, quia sine auxilio, & postea
cognoscit voluntatem cum actualitate
auxilij, sed indifferentem ad consen-
sum, & dissensum, & tandem cognoscit
voluntatem cum vltima actualitate, &
determinatione ad consensum, vel dis-
sensum determinate.

299 Deus autem e contra, quia
suum intellectus est actus purus, scien-
tia omnino naturali a que cognoscit

voluntatem secundum modum illi cõ-
uenientem pro illis tribus signis, secun-
dum quod naturaliter, & inuariabili-
ter representatur sub triplici idea, il-
lorum trium signorum, & continetur
in omnipotèria, & esse Diuino, & æter-
nitate: & si per rationem nostram con-
ciperemus aliquem ordinem priorita-
tis in Diuina scientia, comparatione
illorum trium signorum, prius intelli-
geremus cognitionem Diuinam natu-
raliter terminari ad tertium signum, de-
inde ad secundum, & postea ad primum.

300 Et ratio huius differentiæ su-
mitur ex dictis n. 246. Quia modus
cognoscendi sequitur modum essendi
naturæ cognoscentis, & cum modus ef-
fendi naturæ creatæ (saltem humana)
sit potentialis, incipit à potentialiori-
bus, & cū modus essendi naturæ Diuinæ
sit actus purissimus, incipit ab actualio-
ribus. Vnde contingentiæ, quæ in se ip-
sis, & cõparatione voluntatis creatæ,
& creatæ scientiæ sunt potentialia, &
omnino cõtingentiæ, in Deo, & cõpara-
tione Dei, & eius scientiæ sunt actualia,
determinate necessaria, & intime præ-
sentia.

Quia ha-
bent mo-
dum con-
trarium
essendi.

301 Ex quo fit tandè, vt propositum
Dei, siue decretum prout est actus Dei,
& regulatur Diuina præscientia sit in-
fallibilis, quia vt sic sequitur modum
Dei, cū vero cõcurrit cū creaturis, &
recipitur, quoad effectum causandum, in
ipsis, habeat modum contrarium, vt late
n. 345. & vide pro solutione huius ar-
gumenti, quæ dicemus dub. 10. cap. 6.

CAP. XI.

Soluitur tertium argumentum, & ex-
plicatur Quomodo Deus visciētie na-
turalis possit homines prædestinare
absque periculo frustrationis?

302 TERTIO obijcit Patet Mō Obijctur
cada. Vt Deus Petrum sciētiam
prædestinet sub hac naturalis
po.

74 Disp. 1. de cognit. conting. possibilium.

non esse certam. Monca. da.

potentia proxima, & sub hoc auxilio omnino indifferenti, debet esse certus ante eius collationem, de eo quod si tale auxilium conferat, Petrus sub ipso se determinabit ad consentium sed per scientiam mere naturalem, etiam prout terminatur ad tertium signum explicatum, nequit Deus reddi certus de hoc, ergo neque predestinare.

Quia scilicet non cognoscit consentium possibile

303 Minorem probat, quia scientia naturalis solum indicat de hoc exercitio voluntatis, se determinandi pro tertio signo, eo sensum esse possibile, seu non implicare contradictionem, seu esse contentum in Divina omnipotentia, vel scientia. Quia scientia necessaria solum indicat veritates necessarias omnino, & de exercitio consentiendi pro tertio signo solum verificatur prorsus necessario, quod sit possibile, contentum in essentia, & omnipotentia, & representatum in ideis. Et ex eo quod exercitium consentiendi sit possibile, & contentum in essentia, & omnipotentia, non potest Deus verificari, de eo quod re ipsa erit.

Et non cognoscit congruitatem auxilij.

304 Confirmatur. Quia differentiam auxilij congrui, a non congruo, non potest Deus cognoscere per scientiam mere naturalem. Ergo non potest Deus instrui per illam ad collationem auxilij congrui. Consequentia est bona.

Sed omnia auxilia incongrua.

305 Antecedens probat. Nam si cur per scientiam naturalem cognoscit Deus de auxilio, A, esse possibile, ut pro tertio signo ponatur: sub ipso actualis determinatio ad consentium, prae-dissensu, ita etiam de auxilio, B. (sub quo Petrus defacto consentiet) prae-cognoscit Deus per scientiam naturalem possibile esse, ut Petrus ponat sub ipso pro tertio signo actuali determinationem ad consentium, prae-dissensu, sed de auxilio, A, nullam aliam congruitatem novit per scientiam naturalem nisi possibile esse, quod pro tertio signo ponat voluntas sub ipso actuali

determinationem ad consentium prae-dissensu, quia hoc solum est veritas necessaria. Ergo cum idem sentiat de auxilio, B, per scientiam naturalem, per hanc nullam determinationem videt, inter auxilium congruum, & non congruum.

306 Confirmatur secundo. Quia sub ipso met auxilio, & sub toto illo actu primo indifferenti sub quo Petrus se determinat defacto pro tertio signo ad consentium prae-dissensu, sicut prae-celsit necessario, ut possibile, quod sic se pro tertio signo determinaret, sic aequae prae-celsit, ut possibile, quod sub eodem actu primo se determinaret pro tertio signo ad dissensum, prae-consensu. Nam cum se determinare ad dissensum prae-consensu sub eodem auxilio cadat sub potestate Petri, necesse est, ut prae-celsit in statu possibilitatis, & quod in eo fuerit cognitum, ut possibile per scientiam naturalem. Ergo scientia naturalis (adhuc prout terminatur ad tertium signum determinationis) idem indicat de determinatione ad dissensum, quod de determinatione ad consensum. Quia indicat de utraque esse possibilem, & de neutra iudicat esse determinate futuram.

307 Hoc argumentum petit sibi explicari. An Deus vi scientiae naturalis possit homines predestinare, absque periculo frustrationis? maxime si admittantur auxilia indifferentia?

308 Cui difficultati respondeo affirmatiue. Quia ut diximus n. 192. Deus scientia naturali cognoscit in tertio signo representatam in suis ideis voluntatem liberi, & determinate consentientem, in hoc instanti, & sub hoc auxilio (etiam indifferenti, si sic ponatur) cum impossibilitate consequenti dissensus, ac proinde cognoscit etiam scientia omnino naturali, quod si ipse velit prae-diffinire illud obiectum, erit a parte rei. Ut ibi late explicatum est.

309 Quare hoc argumentum aequi-

Cum sub omni sit possibile consentis, & dissensus

Ans. scientia naturali possunt homines predestinari?

Possunt.

Quia cognoscit consentium determinatum.

uocatur illo termino possibile aequi- uocatione sublata num. 15. Vnde ad argumentum. Respondeo concessa maiori, negando minorem, ad cuius probationem nego scientiam naturalem pro tertio signo, solum iudicare consensus esse possibilem, seu non implicare contradictionem, seu esse contentum in Divina omnipotentia, siue scientia, hoc enim cognoscit, & iudicat pro secundo signo, quod est indifferentia: quia etiam cognoscit consentium esse determinate possibilem, in his circumstantiis, & in illis impossibilem esse consequenter dissensum. Quia pro tertio signo cognoscit actualem determinationem obiectiuam ad consentium, prae-dissensu, comparatione voluntatis, & auxilij indifferentis, possibilem tamen produci a Deo in tempore, si velit: & licet scientia naturalis solum iudicet veritates prorsus naturales, una ex veritatibus prorsus naturalibus comparatione ad Deum, est possibilitas consequens consensus liberi voluntatis, actu, & determinate liberè consentientis in hoc instanti, & sub hoc auxilio, cum impossibilitate consequenti dissensus.

Et determinate futuram conditionate.

310 Est etiam prorsus necessaria eadem veritas, si modo conditionali explicetur hoc modo, si darem auxilium omnino indifferentem, sub quo video in mea omnipotentia contentam, & in mea idea representatam voluntatem actu, & determinate consentientem: fuisset consensus. Et ex veritate complexa de possibili, sic explicata, bene certificatur Deus, quod infallibiliter erit, si ipse velit dare auxilium, ut a num. 95. explicatum est.

Et etiam congruitatem auxilij.

311 Ad primam confirmationem nego antecedens, ad cuius probationem dico Deum per scientiam naturalem in secundo signo, quod est indifferentia sub auxilio A, & sub auxilio B. videre duntaxat possibile esse, ut a voluntate ponatur pro tertio signo consensus potest

tia antecedenti: at pro tertio signo, quod est determinationis sub auxilio A, & sub auxilio B, videt voluntate actu determinatam ad consentium, vel dissensum determinate, & sic consentientem, vel dissentientem consequenter. Vnde nullam maiorem congruitatem videt Deus in auxilio B, quam in auxilio A. (si sint omnino indifferentia) pro secundo signo, sed tamen pro tertio signo videt congruitatem in vno, & non in alio, vel in utroque, vel in neutro. Et hoc posset instari in scientia media, in qua Deus pro signo hypothetico, & indifferentia, nullam videt congruitatem in vno signo prae-alio, sed dumtaxat in signo determinationis.

Ex determinatione voluntatis.

312 Ad secundam confirmationem concessio antecedenti, nego consequentiam. Arguit enim a signo indifferentia, ad signum determinationis, & a potentia antecedenti ad consequentem, licet enim in signo indifferentia sub illo auxilio, & actu primo omnino indifferenti Petrus representaretur, ut indifferens ad consensum prae-dissensu, & e contra, quia utrumque representatur, ut possibile antecederet voluntati, tamen cum in tertio signo representetur voluntas cum actuali determinatione ad vnum prae-alio, scientia naturali cognoscitur vnum possibile, non solum antecedenter, sed etiam consequenter in illis circumstantiis, & aliud possibile voluntati solum antecedenter, & impossibile consequenter, in eisdem circumstantiis. Et sic Deus iudicat scientia omnino naturali, quod si det voluntati illud auxilium, sub quo videt possibile consequenter consentium, verbi gratia, & impossibilem consequenter dissensum, erit in re consensus prae-dissensu. Nam ex possibili determinate in aliquibus circumstantiis determinatis, bene valet consequentia ad factum, si in eisdem circumstantiis voluntas ponatur, & Deus illud prae-diffinat per suas proprias causas.

Laudatur solutio ab adversarijs
313 hanc solutionem appellat acutant hic Doctores, & illam impugnat, ex eo quod falsum assumimus, Deum per scientiam naturalem iudicare, quod determinatio ad consensum sub auxilio sit possibilis consequenter, non vero determinatio ad dissensum, quod est negare illud tertium signum, quod est vnicum fundamentum nostrae sententiae, quod in principio dubij supposuit dari, tanquam sibi evidentissimum. Illud autem tertium signum impugnat multis, quae, quia petunt sibi explicari quandam aliam difficultatem, commodius adducuntur capite sequenti.

CAP. XII.

Solvitur quartum argumentum, & explicatur quomodo contingentia possint esse obiectum scientiae naturalis?

Obijci- tur, non esse possibile consequenter consensus.

314 QVARTO obijci- tur, non esse possibile consequenter consensus sub aliquo auxilio indifferenti, & impossibile consequenter dissensus, non potest à Deo cognosci scientia naturali, sed contingenti. Ergo Deus non cognoscit veritatem contingentium possibilium scientia merè naturali.

Nec Deum posse de illa certificari.

315 Antecedens probat, primo. Quia ex nullo potest Deus certificari de tali possibilitate scientia naturali: nam non ex eo quod illa determinatio sit possibilis antecedenter, alias quoque idem iudicaret de determinatione ad dissensum, neque ex eo quod auxiliu est tale, sub quo (vt ponimus) ponetur in re consensus praedissensus, haec enim veritas, licet optime inferat esse possibilem consequenter consensum, sed tamen cum sit veritas simpliciter contingens, non iudicatur à Deo per scientiam naturalem, sed per scien-

tiam simpliciter contingente: nec restat Deo aliud fundamentum ad iudicandum.

316 Secundo. Nam possibilitas consequens determinationem ad consensum secundum id quod addit supra antecedentem, est simpliciter contingens. Ergo non potest cognosci scientia naturali. Probat consequentiam. Quia scientia naturalis cum sit simpliciter necessaria, solum iudicat veritates simpliciter necessarias. Antecedens probat, quia possibilitas consequens dissensus, se ipsa est exclusio possibilitatis consequentis consensus, vt existentia consensus est exclusio existentiae dissensus. Sed exclusio possibilitatis consequentis dissensus non est simpliciter necessaria, alias esset simpliciter chymæra, quia necessario sepe excluditur a rebus. Ergo possibilitas consequens consensus non est simpliciter necessaria, sed contingens.

Quia est simpliciter contingens.

317 Confirmatur primo. Nam quod fundatur, & radicatur in veritate contingenti est simpliciter contingens, licet sit necessarium secundum quid, seu ex suppositione, vt patet. Sed possibilitas consequens consensus secundum id, quod addit supra antecedentem prorsus fundatur in veritate contingenti. Ergo est simpliciter contingens. Minorem probat, quia fundatur in eo quod sit verum (vt supponimus) quod voluntas sub eo auxilio indifferenti ponat in re pro tertio signo consensum praedissensu, quae est veritas plane contingens, & impedibilis pro nutu voluntatis. Quia si praescindamus ab hac voluntate, nihil inuenimus, vnde magis resulter possibilitas consequens consensus, quam dissensus.

Nam r. dicatur in contingenti.

318 Confirmatur secundo. Quia omnes veritates simpliciter necessariae sunt mutuo connexae, ita, vt implicet contradictionem vnâ ab altera separari. Sed possibilitas se determinandi ad

Et omnes veritates necessariae sunt connexae.

ad consensum sub hoc auxilio est separabilis sine implicatione à possibilitate consequenti, quia est separabilis à necessitate consequenti consentiendi. Ergo possibilitas se determinandi consequenter ad consensum sub hoc auxilio non est veritas simpliciter necessaria: ac proinde neque expectans ad scientiam naturalem.

Et conueniam cum contingenti est contingens.

319 Confirmatur tertio. Quia quod essentialiter connectitur cum veritate contingenti est contingens, vt patet. Sed possibilitas consequens determinationis ad consensum sub hoc auxilio, est essentialiter connexa cum eo quod sub hoc auxilio sit ponendus in re consensus, quod quidem est veritas simpliciter contingens: cum eius opposita non implicet contradictionem. Ergo possibilitas consequens consensus est contingens, & sic non potest cognosci scientia naturali. Minor probatur. Quia nisi possibilitas consequens connexa esset cum hac veritate contingenti, non posset Deus ex illa cognita per scientiam naturalem sufficienter duci ad praedestinandum sub hoc auxilio, quia ad id debet omnino scire, quod auxilium sit tale, vt si datur, ponetur in re determinatio libera ad consensum.

Quomodo contingentia obiectum scientiae naturalis. Ariminensis. S. Thom. Egidius. D. Boet. D. Ans. Ideam contingens, & necessarium.

320 Hoc argumentum petit sibi explicari. Quomodo contingentia possint esse obiectum scientiae merè naturalis? Pro cuius explicatione suppono ex dictis à n. 223. Cum Ariminensi, S. Thoma, Egidio, D. Boetio, D. Anselmo ibi relatis, vnum, & idem aliter, & aliter acceptum posse esse contingens, & necessarium, scilicet respectu diuerforum. Sicut & idem aliter, & aliter acceptum potest esse particulare, & vniuersale. Omne enim (ait D. Boetius) quod sensibus patet, secundum se acceptum est particulare, per ordinem & necessarium, tamen ad intellectum est vniuersale: quod etiam alio exemplo explicat D.

Anselmus dicens. Non est in conueniens idem esse ex necessitate, & ex libertate, alia, & alia ratione, cum videamus idem abire, & non abire, aliter, & aliter: nam Sol vadit ab Occidenti in Oriens, per comparisonem ad caelum, per comparisonem tamen ad terram è contrario vadit, pergit enim ab Oriente in Occidens.

321 Et potest haec doctrina plane instari in sententia huius, & aliorum auctorum admittentium in Deo scientiam mediam. Nam non minus opponuntur aliquid esse liberum, & non liberum, ac esse contingens, & non contingens: sed in sententia horum auctorum consensus liber sub conditione futurus est liber in se, & comparatione creaturae, & non est liber comparatione Dei. Ergo etiam poterit consensus esse contingens in se, & comparatione creaturae, & non esse contingens, sed necessarium comparatione Dei.

Sicut ille est liber & non liberum.

322 Dicimus ergo contingens, vt possibile in se, & comparatione creaturae esse simpliciter contingens, comparatione vero Dei esse quodam modo necessarium. Et ratio desumitur ex diuersa ratione formali, qua respicitur à creatura, & à Deo, quia à creatura respicitur, vt futurum sibi, & vt acquirendum; à Deo autem respicitur sub ratione possibilis, sub ratione veri, & sub ratione sibi praesentis: & consensus, licet prout stat sub ratione futuri sit contingens, tamen prout stat sub ratione possibilitatis est necessarius; quia possibilitas voluntatis actu, & determinate consentientis consequenter necessario est possibilis, & contingentiae modus de materiali se habet ad cognitionem Dei, vt late explicuimus dub. 1. cap. 3. Et sic creatura, & Deus, sicut habent modum essendi contrarium, habent etiam modum cognoscendi contrarium. Vt explicuimus à num. 296.

Consensus, creatura contingens, non Deo.

323 Ex his ad argumentum in principio capitis propositi respondeo, negando antecedens, ad cuius primam probationem dico Deum per scientiam naturalem non iudicare consensum, seu determinationem ad ipsum esse consequenter possibilem, neque ex eo quod sit antecedenter possibilis, neque ex eo, quod auxilium sit tale sub quo ponetur consensus; sed ex eo quod consensus actu unitus voluntati in tertio signo habet suam possibilitatem, seu suum specialem possibilitatis modum. Ut diximus *in num. 278.* in quo fundatur veritas determinata intrinseca, quae non potest non esse contenta in esse Divino, & representata in ideis. Videantur ibi dicta.

Et est creaturae coactio. Deo necessaria. 324 Ad secundam probationem nego possibilitatem consequentem determinationis ad consensum, secundum id, quod addit supra antecedentem (licet sit simpliciter contingens) esse contingentem Deo. Licet enim possibilitas consequens consensus se ipsa sit exclusio possibilitatis consequentis dissensus, nego tamen possibilitatem dissensus (licet sit simpliciter contingens creaturae) esse simpliciter contingentem Deo. Possibilitas enim eius, quod contingenter est futurum creaturae, est necessaria Deo, & naturaliter ab eo cognita. Necessarium enim est, quod sit possibilis determinatio libera voluntatis ad consensum, in aliquo instanti, excludendo a voluntate dissensum pro eodem instanti: ut patet. Alias non posset voluntas operari, nec liberè, nec necessario, quia impossibile est ab ipsa causari actus impossibilis. Nec ideo inferitur esse simpliciter chymæram: quia non excluditur necessario a rebus, quia voluntati creaturae dum actu consentit, simpliciter est sibi possibilis dissensus, licet consequenter, & ex suppositione impossibilis sit, & impossibilitas ex suppositione est impossibilitas secundum

quid, & possibilitas simpliciter. Maxime cum dissensus sit possibilis etiam consequenter, in alijs circumstantijs. Et posset hoc instari exemplo peccati, quod non est possibile in homine iusto consequenter, neque in humanitate Christi, ex suppositione unionis, sed de hoc iterum late *disp. 2. à num. 714.*

325 Ad primam confirmationem concessa maiori, nego minorem, ad cuius probationem dico possibilitatem consensus non fundari in eo, quod voluntas sub eo auxilio indifferenti ponet in re consensum praedissensu, hoc enim est effectus possibilitatis regulatae, & praediffinitae: sed fundatur in convenientia actuali, qua in statu possibilitatis actualiter competit unio consensus voluntati praevisione dissensus, in quo consistit possibilitas obiectiva illius complexi, voluntas actu, & determinatè liberè consentiens, & in speciali imitabilitate Divinae naturae, in qua consistit possibilitas subiectiva eiusdem complexi: sicut possibilitas aliarum rerum passiva, & activa in his duobus consistit: & sic veritas talis complexi, licet sit contingens prout a creatura, est necessaria prout in Deo, & prout a Deo quoad specificationem. Et etiam esset necessaria, esto talis possibilitas fundaretur in eo, quod voluntas sub eo auxilio indifferenti ponet in re consensum pro tertio signo. Quia talis positio, cum sit in esse ideali, & representatiuo (est enim representatio determinationis ad consensum praedissensu) non est contingens Deo, licet sit contingens poni a voluntate in tempore.

326 Quare est valde praeculis habendum, veritatem determinationis consensus liberi possibilis praedissensu, prout in illo tertio signo sub tali auxilio, & instanti, non fundari in veritate, qua in tempore voluntas sub eo auxi-

Possibilitas in quo consistat.

Possibilitatis determinantis consensus, fundamen-

auxilio, & in eo instanti ponet consensum praedissensu, sic enim illa veritas esset omnino contingens, & obiectum scientiae mediae, sed potius accidere e contra: scilicet veritatem illam, qua in tempore voluntas sub eo auxilio, & in eo instanti ponet consensum praedissensu, fundari in veritate possibili, & per illam regulari: & ideo illa est possibilis, necessaria, & naturalis Deo, & omnino immutabilis prout in ipso, & invariabilis subiective, & obiective, licet prout in creatura sit omnino mutabilis, & contingens; quia ibi est, prout in prima regula, & hic prout in se.

Veritates connexae, subiective, non obiective.

327 Ad secundam confirmationem nego maiorem, si sermo sit de veritatibus simpliciter necessarijs formaliter, & secundum se sumptis, & concedo illam de veritatibus, tam simpliciter necessarijs, quam simpliciter nobis contingentibus subiective sumptis, & prout sunt in Deo: ibi enim ratione continentiae in essentia Divina, & omnipotentia, & representationis, qua representantur in ideis habent subiectivam connexionem, sicut enim intellectualem, & animale non habent identitatem in se, quia in Angelo est intellectualitas, non tamen animalitas, & in equo est animalitas, non tamen intellectualitas; tamen prout in homine habent identitatem: sic veritates simpliciter necessariae non habent connexionem inter se, habent tamen prout in Deo.

Et sic obiective se parabiles, non subiective.

328 Vnde in hoc sensu concessa maiori, distinguo minorem, & concedo possibilitatem antecedentem se determinandi ad consensum sub hoc auxilio esse separabilem sine implicatione a possibilitate consequenti, formaliter, & secundum se sumptis. Nego autem possibilitatem antecedentem esse separabilem a consequenti, prout sunt in Deo. Ibi enim nulla veritas possibilis est separabilis ab altera. Posset etiam satis fieri secundae confir-

mationi dicendo possibilitatem antecedentem, & consequentem posse separari saltem in diuersis seriebus rerum, & circumstantiarum, sed de hoc sufficit.

329 Ad tertiam confirmationem nego maiorem de connexo essentialiter cum veritate contingenti, non ut est contingens, sed ut est necessaria, & ut habet esse invariabile, & concedo illam de connexo essentialiter cum veritate contingenti, ut contingens est, & ut habet esse variabile, & ad minorem concedo possibilitatem consequentem consensus, esse connexam essentialiter tanquam cum effectu, cum eo quod sub hoc auxilio sit ponendus in re consensus, si praediffinitur a Deo: sed nego positionem illam consensus in re, prout stat sub possibilitate illa praediffinita esse contingentem, licet secundum se sumpta, & comparatione ad voluntatem sit contingens; quo pacto non implicat oppositum: licet implicet prout stat sub sua possibilitate ex suppositione, & in sensu composito.

Contingens ut connexum cum necessario, necessarium.

330 Ad probationem minoris dico, quod licet possibilitas consensus non sit connexa cum illa veritate contingenti secundum se sumpta, & prout comparatur ad voluntatem, cum tamen sit connexa cum illa veritate, prout stat sub illa possibilitate, sufficit, ut Deus ex illa possibilitate cognita per scientiam naturalem, possit sufficienter duci ad praedestinandum sub hoc auxilio: quia ad id sufficit auxilium esse tale, sub quo, si detur, ponetur in re determinatio ad consensum, prout stat sub praescientia, licet secundum se sumpta possit non poni. Et etiam in statur in physica praedeterminatione, & decreto, quae sunt connexa cum consensu libero, non quidem secundum se sumpto, & ut est contingens, sed ut stat sub ipsis, quo pacto non est contingens, sed necessarius necessitate consequenti. Et in omni sententia praedestinatio est connexa cum euentu contingenti non

non ut est contingens, sed ut est necessarius ex suppositione, unde dicitur salutem predestinati secundum se sumptam, & diuisam a predestinatione, posse esse, & non esse, & hunc hominem, qui est predestinatus, posse saluari, & non saluari, salutem tamen predestinati prout stat sub predestinatione, & in sensu composito illius, non posse non esse: & hunc hominem prout stat sub predestinatione non posse non saluari. De quo Egidius quodlibet. 3. q. 3. alia argumenta huius Doctoris, quae nobis obijcit in 2. lectura, adducemus dub. 10. cap. 7.

CAP. XIII.

Soluitur quintum argumentum, & componitur libertas creata cum praescientia.

Obijcitur praescientiam tollere libertatem. Molina.

331 QUINTO obijcit Molina in cap. q. 14. art. 13. disp. 18. memb. 1. §. de inde. Vel idea Diuina representat vnam partem contradictionis determinate futuram sub conditione auxilij, quia arbitrium creatum pro sua libertate in eam partem se flectet, representaturam oppositam; si arbitrium pro eadem libertate se esset flexurum in oppositam, ut potest, vel representat ralem partem ideae determinate futuram omnino naturaliter, ita ut non potuerit representare oppositam? Si primum, haec representatio est contingens Deo, & scientia, quae terminatur ad talem representationem est media. Si secundum, illa scientia non erit media, sed mere naturalis, sed tamen tollet libertatem. Hanc sequelam non probat Molina.

Quia est suppositio antecedens conexio cum illius, & habet connexionem essentia-

332 Potest tamen probari. Quia haec praescientia est suppositio antecedens vsum libertatis creatae, & causa illius, & habet connexionem essentia-

lem cum consensu libero, & est inimpedibilis a voluntate, ergo tollit libertatem.

333 Hoc argumentum petit sibi explicari. Quomodo componenda sit haec praescientia naturalis cum libertate creata? quod late praestant P. Augustinus 3. de libero arbitrio ad cap. 1. D. Anselmus de concordia. Egidius tract. de predestinat. & praescientia. D. Thomas tract. etiam de praescientia, & predestinatione, & alibi: ex quorum doctrina nos hoc idem componemus, triplici modo id explicando.

334 Primo hoc potest explicari, ex eo quod talis praescientia non sit causa consensus simpliciter, seu per quam fit, sed duntaxat causa sine qua non. Quia ad hoc, ut aliqua suppositio antecedens euentum, faciat euentum necessarium, oportet, ut sit simpliciter causa euentus, & per quam euentus fiat. Nam si non est causa euentus, neque illum causet, etiam si euentum praecedat, non tollit libertatem. Nam nos videmus aliqua fieri, & scimus aliqua facienda, & propter nostrum scire illa non fiunt necessario, sed necessaria fiunt necessario, & contingencia contingenter, ut Egidius docet de predestinat. & praescientia cap. 3. & S. Thomas tract. de predestinat. & praescientia cap. 4. §. secunda est igitur. Et limiliter medicus scit infirmum certo moriturum, & tamen non est causa mortis infirmi: cum ergo praescientia Dei non sit simpliciter causa rerum, sed causa sine qua non, etiam si praecedat futuri-tionem consensus liberi creati, non est causa, ut talis consensus fiat necessario, & sic libertatem non tollit. De quo plura Bachon in 1. dist. 40. q. unica.

335 Haec fuit expressa sententia P. Augustini 3. de libero arbitrio cap. 4. quae refert S. Thomas supra cap. 4. §. in contrarium, ubi post multa dicit Aug. Euodio. Non continuo tu peccare cogere, quae peccatum esse praescires:

Non tollit libertatem.

P. Aug. D. Anf. Egidius D. Tho.

Quia non est causa consensus.

Egidius S. Thom. Bachon.

Sed illa supponit idealiter.

nec ipsa praescientia tua eum cogeret, quavis sine dubio peccaturus esset. Et infra infert, sicut tu memoria tua non cogis facta esse, quae praeierunt, sic Deus praescientia sua non cogit facienda, quae futurae sunt. Et ratio est quia ut omnes docent, cum D. Anselmo supra. Necessitas antecedens est, quae praecedit rem, & facit: necessitas vero consequens est, quam facit res ipsa: ac proinde suppositio, quae praecedit rem si ipsam non facit, non infert illam necessitate antecedenti.

Et licet sit causa est remota.

S. Thom. Arim. Egidius Argēt. Bachon. Durand. Soncinas

Sicut sol respectu floritionis arboris.

Idem respectu diuersorum cōingēs, & necessarium.

336 Secundo potest id ipsum explicari, ex eo quod licet praescientia practica sit aliquo modo causa rerum, & sic causa consensus liberi in tempore faciendi, tamen est causa remota, & prima, non proxima: & necessitas, vel contingencia rerum non desumitur a causa prima, & remota, sed a causa proxima. Sic Sanctus Thomas pluribus locis, cuius verba retulimus ad n. 222. Noster Ariminenfis, Egidius, Argentinus, & Bachon ibi relati. Quibus addo Durandum in 1. dist. 38. q. 3. art. 3. Soncinatem in Epitome ibidem q. 2. conclusionem 7. & referam alios n. 493.

337 Explicat hoc S. Thomas exemplo floritionis arboris, quae est simpliciter contingens: & tamen eius contingencia solum desumitur per ordinem ad causam, seu causas proximas, non per ordinem ad solem, qui est causa prima & remota; similiter ergo contingencia erunt talia comparatione ad causas proximas, etiam si comparatione ad Diuinam praescientiam contingenciam non habeant.

338 Hinc inferunt praedicti Doctores (id quod n. 320. cum eisdem dicimus) scilicet vnum, & idem, aliter, & aliter acceptum posse esse contingens, & necessarium: & sic consensum liberum creaturae comparatione ad ipsam creaturam esse omnino contingentem, comparatione tamen ad Diuinam praescientiam esse necessarium.

Quod explicat Egidius tract. de praescientia cat. 3. in 7. dist. D. Anf. tinct. exemplo de sumpto a D. Anselmo. Nam necessitas, & contingencia se habent, sicut accessus, & recessus: impossibile autem est aliquid respectu vnius, & eiusdem termini habere omnimodum accessum, & recessum: sed tamen quod aliquid respectu vnius termini habeat accessum, & respectu alterius recessum; non est inconueniens: Nam lapis ascendit sursum, & recedit deorsum; sic in proposito: sicut accessus, & recessus se habent respectu terminorum, sic necessitas, & contingencia in rebus creatis sunt respectu causarum. Unde sicut respectu diuersorum terminorum eadem res potest habere accessum, & recessum; sic respectu diuersarum causarum idem actus potest habere necessitatem, & contingenciam, & sic actus nostri habent contingenciam respectu causarum secundarum, & quandam necessitatem respectu Diuinae praescientiae.

339 Quinimo (ut addit Egidius) Et etiam non solum respectu diuersorum terminorum, sed etiam respectu vnius, eiusdemque termini potest aliquid accedere, & recedere, ut sol, & alia orbiculariter mota redeundo ab oriente accedunt ad orientem, quia tendunt ab oriente ad orientem. Non enim est possibile, quod simul, & respectu vnius, & eiusdem simpliciter aliquid accedat, & recedat; tamen quod simpliciter sit huiusmodi, & secundum quid non est inconueniens. Sic in nostro casu (ait Doctor) Diuinam praescientiam dupliciter consideramus, vno modo, ut solum speculariue inuenitur res, secundum quem modum infallibiliter cernit: & suum infallibiliter cernere, nec necessitate, nec contingenciam imponit rebus. Alio modo consideratur non solum, ut speculariue circumscribit res, sed ut est causa rerum, & ut mediantibus secundis diis causis res producit, secundum quem

modum est causa entis, & differentia- rum entis, & per consequens contin- gentium, & necessariorum; & sic modi- ficatur à causis secundis, & operatur secundum modum earum, ut quæ exe- quitur mediantibus secundis causis contingentibus, cōtingit̄er eueniunt, & quæ mediantibus necessarijs, neces- sario eueniunt. Respectu ergo vnius, & eiusdem, ut respectu Diuinæ præ- scientiæ, eadem res poterit esse contin- gens, & necessaria, cōtingens quidem, prout huiusmodi res causatur a Diui- na præscientia, & voluntate mediantibus causis contingentibus, necessaria vero, prout infallibiliter cognoscun- tur per Diuinam scientiam, quod ex talibus sit factibilis, vel facta. Erit ergo eadem res necessaria, & contin- gens modis prædictis, sed contingens erit simpliciter, quia ex proximis cau- sis contingentibus procedit; necessaria erit secundum quid, prout Diuina præ- scientia in eius aduentu non fallitur: quod non falli, non cogit rem esse, nisi sicuti est.

340 Tertio, potest hoc ipsum ex- plicari, ex eo quod esto præscientia Dei inferat, ut causa remota necessita- tem contingentibus, tamen hæc neces- sitas est consequens vsum libertatis creatæ, representatum in esse ideali, & possibili in essentia Diuina, & sic li- bertatem non adimit, sed potius dat, & confirmat. Quod latissime explicat Egidius citato tract. cap. 3. distinguen- do octo modos necessitatis, quibus contingentia rerum non minuitur, sed potius roboratur.

341 Imo, ut explicat Egidius ci- tata dist. 8. necessitas orta ex Diuina præscientia non solum non est antece- dens, sed nec consequens, sed tantum consequentia. Nā in aliquibus rebus est necessitas consequentis, vel etiam antecedentis, in aliquibus autē neque hæc, neque illa, sed consequentiæ tan- tum. Ut ponit exemplum Boetius 5. de

consolatione, vbi dicit, quod nulla ne- cessitas cogit incedere. voluntate gra- diet̄e: quāvis necessariū sit, quādo gra- ditur cum incedere. Necessariū enim est, quod si Sortes currit, quod mouea- tur, & si graditur, quod in cedat, sed ta- lis necessitas non est antecedens, nec consequentis, sed consequentiæ tantū. In hac enim necessaria conditionali, si Sortes currit, Sortes mouetur: non est necessarium antecedens, scilicet *Sortes currite*, nec cōsequens, scilicet *Sortem moueri*: sed solum consequentia, *ut si currit, quod moueat*. Sic in proposito si hoc est præscitū à Deo, ergo veniet. In hoc quod dicitur, ergo veniet, non est necessitas, quia consequens illud potest euenire contingenter, sed est necessitas consequentiæ tantum. Quia ex Diuina præscientia inferatur hoc consequens, scilicet rem euenire, res tamen ip̄a potest euenire, & non eue- nire, & Deus est liberi arbitrij: quia posset ordinare, & non ordinare, & si- cut ordinauit contingenter, vel neces- sario, sic contingenter, vel necessario eueniet.

342 Ex his argumento in princi- pio capitis proposito potest his tribus modis factis fieri. Cui respondeo ideā Diuinam representare vnā partem contradictionis, vel contrarietatis de- terminate, sub conditione futuram, vel futuritionem vnius partis sub esse pos- sibili, representatione omnino natura- li: quia possibilitas illius partis neces- sario est possibilis, & possibilitas ne- cessario representatur ab idea: & sic Deus scientia omnino naturali cog- noscit illam futuritionem sub ratione possibilis: & nego hanc representa- tionem, & scientiam tollere libertatē.

343 Ad probationem sequelæ dico primo, hanc præscientiam, licet sit suppositio antecedens vsum liber- tatis humanæ in proprio genere, & na- tura exercitum, non tamen esse cau- sam simpliciter illius, quia non est cau-

Præscien- tia non tollit con- tingentiam.

Quia nō sit causa illius.

causa per quam sit, sed causa sine qua non.

344 Dices. Licet præscientia speculatiua non sit simpliciter causa rerum, sed tantum sine qua non, tamē præscientia practica, & adiuncta de- creto, seu proposito Diuinæ volunta- tis est rerum causa simpliciter. Ergo saltem præscientia practica tollet li- bertatem.

Et licet sit causa modifi- catur à cau- sa. Proxi- mis. Egidius P. Aug.

345 Respondeo cum Egidio ci- tato tract. c. 17. 2. concesso antecedenti, negando consequentiam. Quia licet scientia Dei, prout includit Diuinum propositum, seu beneplacitum, sit cau- sa rerum; tamen ut docet P. Aug. 7. de ciuitate cap. 30. Deus sic administrat res, ut eas proprios cursus agere linat. Nam bene placitum, seu decretū Dei, & omnis Dei influxus ad extra recipi- tur in ipsa creatura, secundum modum ipsius creaturæ recipiētis, licet quoad certitudinem reguletur per ordinem Diuinæ sapientiæ, qua cognoscitur cō- sensus infallibiliter faciendus libere per has, vel illas causas: & sic benepla- citum Dei non vult res euenire, nisi se- cundum modum, quo sunt præscitæ, & secundum ordinem, secundum quem per Diuinam præscientiam visæ sunt euenire, si Deus in eis producendis complacuerit, & sic quæ contingentia sunt, vult euenire cōtingenter, & quæ necessaria, necessario. Sic etiam Egi- dius in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. ad 1. vbi ait, quod scientia Dei immutabilis est: ta- men quia est causa rerum mediante vo- luntate, tales res sunt, quales vult Deus eas esse, & ideo aliqua sunt necessaria, & aliqua contingentes, secundū quod ei placuit disponere secundum ordinem sapientiæ suæ. Et hoc etiam voluit D. Anselmus de concordia præscientiæ, co- lum. 9. vbi ait. Consideremus nunc, an aliqua possint prædestinari per liberū arbitrium futurū? & respondet. Dubi- tari itaque non debet. Quia eius præ- destinatio, & præscientia nō discordat,

D. Ans.

sed sicut præscit, ita quoque prædesti- nat. Scilicet necessaria, necessario, & contingentia, contingenter.

346 Est etiam hæc mens Paren- tis Augustini 5. de ciuitate cap. 9. quem refert, & sequitur Egidius in 1. dist. 40. q. 2. art. 2. vbi ait Egidius. Secundo prædestinatio certitudinem habet ex or- dine causarum: Nā sicut Deus ab æter- no prævidit hunc saluandum, sic iste sal- uabitur, unde omnes illæ causæ concu- rrent ad salutem huius, quæ Deus ab æterno concurrere videt: & est ibi totus ille ordo causarum, qui ab æterno est à Deo præscitus: quæ omnes causæ simul sumptæ quadam necessitate effectum inferunt: sed propter talem necessitatē, vel certitudinem non tollitur libertas arbitrij, cum ipsum liberum arbitrium inter tales causas computetur. Vnde Augustinus 5. de ciuitate Dei cap. 9. arguens contra Ciceronem (qui cum cer- titudine ordinis causarum dicebat non posse stare liberi arbitrij libertatē: prop- ter quod dicebat hoc posito, nihil volun- tarium esse) ait, quod nō est consequens, si Deo est certus omnium causarū ordo, ideo nihil sit in nostra voluntatis arbi- trio: quia & ipsæ quippe nostra volun- tates in causarum ordine computantur. Verum est autem hanc certitudinem ordinis causarum dici per translatio- nem, quia proprie certitudo solum re- peritur in cognitione. Ut cū S. Thoma diximus n. 219. sed tamen hæc ordi- nis certitudo supponit certitudinem præscientiæ, & per eam regulatur. Nā ut ibi docet Egidius cum P. Augu- stino de Prædestinatione Sanctorum. Prædestinatio sine præscientia esse non potest. Est enim causa sine qua nō, quia est ex se speculatiua. Et ut ait Egidius de prædestinatione, & præscientia cap. 2. Intellectus omnis speculatiuus non est causa rerum, sed si se qua non, quia nisi specularetur artifex, nihil artificia- liter faceret.

Est mens P. Aug.

347 Ex quo fit vterius ut cōrin- gentia

Contingentia a Diuina voluntate necessitate consequens

gentia per ordinem ad Diuinam voluntatem, solum habeant necessitatem consequentem, licet talis voluntas, sicut, & præscientia, à creatura impediri non possit. Sic Egidius in 1. dist. 47. q. 1. art. 1. ubi cum tibi obieciſſet in 4. argumentis *Causa quæ in effectu suo impediri non potest, producit effectum necessarium, si ergo voluntas Diuina impediri non posset, & semper impleteretur omnia, quæ Deus per suam voluntatem produceret, necessaria essent, sed hoc est falsum, ergo & primum.* Huic argumento respondet. *Ad quartum dicendum, quod sicut res relata in Diuinam præscientiam contribuit quandam necessitatem (scilicet consequentem) non tamen propter necessitatem huiusmodi remouetur contingentiā à rebus, ut supra (scilicet dist. 40. q. 2. art. 2.) ostensum est, sic prout referatur in Diuinam voluntatem quandam necessitatem contribuit, nec tamen propter hoc remouetur contingentiā ab eis.*

Licet præscientia es probacionem sequelæ principalis arguet sup. antecedens non tolleret lib.

348 Sed iam dico secundo ad probacionem sequelæ principalis arguet sup. antecedens non tolleret lib. scientiam practicam esse suppositionem antecedentem ad consensum exercitum in se ipso, & in propria natura, & causam illius, tamen est causa prima, & remota, & non habet connexionem essentialem causæ ad effectum cum tali consensu, sed tantum logicam, scilicet antecedentis ad consequens, & ideo habet certitudinem cognitionis, & ordinis causarum. Quia causæ non habent connexionem essentialem cum consensu, nec seorsim, nec simul sumptæ, licet simul sumptæ quadam necessitate (scilicet consequenti effectum inferant. Ut cum Egidio, & P. Augustino explicitimus n. 346. Quare effectus per ordinem ad præscientiam practicam habet necessitatem consequentem, & per ordinem ad causas proximas habet contingentiam simpliciter. Nec est in conueniens idem respectu diuersorum esse quod-

dam modo necessarium, & simpliciter contingens, ut cum pluribus explicuimus n. 320.

349 Sed etiam tertio respondeo ad probacionem prædictæ sequelæ præscientiam esse suppositionem antecedentem vsu libertatis creatæ, & causam remotam illius, si comparetur cum exercitio talis libertatis, prout exercito in tempore, in proprio genere, & natura: comparatione tamen eiusdem exercitij prout habet modum essendi ideale, & representatum in Diuinis ideis esse suppositionem consequentem: quia licet exercitium libertatis creatæ prout in tempore, & in propria natura oriatur ab illa præscientia tanquam à causa dirigente, & sit illius effectus, & sic illa posterior tamen tale exercitium prout habet modum essendi ideale, representatum in Diuinis ideis, & præsens est æternitati sub ratione possibilis, est prior ipsa præscientia, quæ cum sit speculatiua ex se, non potest non supponere suum obiectum, & sic prioritate rationis est illa prior obiectum: & sic necessitas orta ex præscientia est consequens vsu libertatis, & dumtaxat consequentiæ, non consequentis, ut explicatum est n. 341. & sic magis confirmat libertatem quam tollit, nam cognoscit consensum liberum contingenter, & libere esse possibilem fieri à suis causis: & sic complacet Diuina voluntas, ut fiat.

350 Sed replicat P. Moncada, *An auxilium vel auxilium prout stat sub tali scientia naturali secundum quod est obiectum eius, habet connexionem cum consensu prædissensu, vel non? si non, consensu, qui est obiectum talis scientiæ, est omnino contingens Deo: & sic etiã scientia de consensu est omnino contingens, & sic media. Si habet connexionem, plane corrumpit libertas creatæ, quia necessitas ex prædicto aggregato auxiliij, & scientiæ naturalis est necessitas*

Quia idealiter effectus suppositio consequens

An auxilium connectitur cum consensu? Monc.

fitas simpliciter antecedens, & omnino inenitabilis à voluntate, & sic potiori iure, quam physica prædeterminatio tollit libertatem. Quia hæc saltem est contingens in essendo, & præscientia complectendo principia proxima, & consensum, est aggregatum prorsus necessarium.

Auxilium non connectitur cum consensu.

351 Respondeo ex dictis auxiliium prout stat sub scientia naturali ex se nullam dicere connexionem essentialem cum consensu prædissensu, vel e contra. Sed nego consensum, ut ab auxilio possibilem, esse contingenter Deo. Nam Adam, prout stat sub scientia naturali Dei, nullam dicit connexionem essentialem cum Abel, sed tamen, ut est possibile, ut genitus ab Adamo, non est contingens Deo. Non enim potest esse contingens consensum liberum, prout à tali auxilio esse possibilem: & præscientia complectens auxilium, & consensum, est contingenter applicabilis creaturæ, sicut prædeterminatio. Et licet præscientia complectendo principia proxima, & consensum liberum, sit aggregatum prorsus necessarium Deo, in esse possibilem, non tamen est necessarium creaturæ nisi consequenter. Quia illud aggregatum involuit consensum liberum, & sic consensus liber elicitur liberè à voluntate, quia suppositio illius aggregati, si est causa, est causa remota influens per principia proxima indifferentia. Sicut iuxta plures Iesuitas decretum discretiuum, nec est in potestate voluntatis creatæ, nec potest impediri, & tamen non tollit libertatem, quia operatur per principia proxima indifferentia. Et libertas voluntatis desumitur penes ordinem ad principia proxima, non per ordinem ad principia remota, ut late diximus n. 338.

(..)

CAP. XIV.

Soluuntur alia argumenta.

352

SEXTO potest obijci. Hæc præscientia tollit libertatem à Deo, & etiam diminuitur: ergo non est admittenda. Antecedens probatur, quia illa admissa, potest dari homo, quem Deus præsciat nulli auxilio consenturum: quia sicut ex consensu existenti in tempore arguitur possibilitas consensus in esse Diuino, sic ex non existentia consensus arguitur impossibilitas: & cum homo in tempore possit non consentire omnibus auxilijs, sic potest dari homo, cuius nullus consensus salutaris præsciatur speculative a Deo possibilis.

Obijciunt præscientiam tollere libertatem à Deo.

353 Respondeo negando antecedens, ad cuius probacionem nego hæc præscientia admissa, posse dari hominem, quem Deus præsciat nulli auxilio consenturum. Primo, quia cum hac præscientia componuntur auxilia efficacia antecedenter, quibus habeat Deus in sua potestate voluntates hominum magis, quam ipsi suas: cum hæc sententia non dependeat ab eo. An auxilia sint efficacia antecedenter, an a consensu? Secundo, quia esto auxilia omnia sint indifferentia, tamen per illam præscientiam, per quam videt Deus salutem huius hominis esse possibilem consequenter, vidit etiam media esse possibilem (scilicet consensum liberum esse possibilem consequenter) quibus possit consequi talem finem. Nam si est possibilis aliquis finis, possibile sunt media ad illum finem, & per quæ finis sit consequibilis in facto esse. Alioquin finis simpliciter non esset possibilis. Et sic non est possibilis salus alicuius, nisi sint possibile consequenter media, quorum influxu salus illius consequenda sit. Vnde iuxta hæc sententiã magis habet Deus in sua potestate voluntates

Sed negatur effectus eorum.

H homi.

hominum, quam ipsi suas, quam in alijs sententijs, vt explicuimus num. 98. & explicabimus num. 446.

Ex existe 354 Quando vero dicitur, quod
tia infer. sicut ex consensu existenti in tempo-
tur possi- re arguitur possibilitas consensus in
bilis, esse Diuino; sic ex non existentia ar-
non econ- guitur impossibilitas: non bene argui-
tra. tur. Quia ad affirmandam possibilitatem
vnius rei, bene arguitur ex eius
existentia: ex eius tamen non existen-
tia non bene arguitur non possibili-
tas, quia latius patet possibilitas, qua
existentia: plura enim sunt possibilis,
qua non existent, vt patet. Si autem
arguatur ex possibilitate existentiae
hominis, qui possit nulli auxilio con-
sentire, arguitur assumendo, quod erat
probandum. Homo enim in tempore
non potest resistere omnibus auxilijs;
quia efficacibus antecedenter non po-
test, neque efficacibus a consensu pra-
uillo per praescientiam, etiam non po-
test consequenter dissentire: quia non
est possibilis homo cuius nullus consen-
sus salutaris praesciatur possibilis. Et
sic ab opposito consequentis arguimus
ad oppositum antecedentis. Et potest
a posteriori argui. Possibile est homi-
nem consentire consequenter cuiuscum
que auxilio in tempore, alias non es-
set libertas. Ergo sub quocumque au-
xilio est possibilis consequenter con-
sensus, in aliquibus circumstantijs.

355 Septimo potest obijci, sequi
ex hac sententia hominem se discer-
nere, quod est contra Apostolum. Se-
quela probatur. Quia si ponantur om-
nia auxilia indifferentia, (vt admittit
posse poni nostra sententia, licet non
cogar) ex duobus hominibus aequali
auxilio vocatis, poterit vnus consen-
tire, & alter non, & sic qui consentit, se
discernit ab eo, qui non consentit.

356 Respondeo negando seque-
lam, ad cuius probationem (admisso
casu, gratia nostrae sententiae defende-
da) dico in illo illum hominem non se

discernere. Quia in eo casu consen-
tiens a non consentienti non differt so-
lum ex parte praescientiae, sed etiam
ex parte ordinis Diuinae praedestina-
tionis, seu Diuini propositi, quod es-
set causa specialis illius consensu. Qua-
re discretio illa in illo casu de volue-
retur in Diuinam voluntatem, decer-
nentem ordinem causarum. Et idem
dico de praedestinato coparatione no-
praedestinati, differt enim praedestina-
tus a non praedestinato ratione ordinis
Diuinae prouidentiae, seu praedestina-
tionis, & certitudinis specialis, proue-
nientis ab electione Dei praedestinan-
tis, vt expresse docet S. Thomas q. 6.
de veritate, cuius verba retulimus, n. S. Thom.
219. Et in eadem sententia est Aegidius
in 1. dist. 40. q. 2. ar. 2. cuius verba re-
tulimus n. 218. & 346.

357 Vnde in hac nostra sententia
discretio incipit a Deo. Nam cum in-
cipiat a cognitione possibilitatis con-
sensus, Deo naturali, nullus prior de-
dit illi, vt retribuatur ei, sed prima
causa, & radix futuritionis consensus
liberi (sicut & cuiusque rei) est Diui-
na voluntas. Sed de hoc disput. sequenti.

358 Octauo potest obijci. Si Deus
cognosceret contingentia creata sub
conditione futura, vt determinate ve-
ra scientia naturali, cognosceret etiam
contingentia Diuina sub conditione
futura eadem scientia. Consequens est
falsum. Ergo & antecedens. Sequela
probat. Quia non minus habent ve-
ritatem determinatam actus liberi Di-
uinae voluntatis ante actuale exercitiu,
quam habent in se ipsis, qua actus libe-
ri creati. Minor vero probatur. Quia
illa cognitio tolleretur libertatem Deo.

359 Noster Mend. q. 7. Scholasti-
ca in 3. v. quest. coel. 4. n. 3. in prima edi-
tione, & deinceps, licet cu formidine,
defendit Deu scientia naturali ante om-
ne decretu Diuinae voluntatis scire cer-
to ad quos na effectus Diuina voluntas
se determinari debeat; ideoq; vt iudi-
cat

S. Thom.
Aegidius

Discretio
incipit a
Deo.

An Deus
cognos-
cat contin-
gentia
futura?

Affir-
mant plu-
res.

Mendoz.
Zumel.

cat n. 10. dubitando videtur asserere
actus futuros Diuinae voluntatis, vel
potius eorum futuritionem repraesentati-
uae, & in esse ideali praetelligi a
Deo ante eorum existentiam. Et infra
S. qui tamen hanc sententiam modi-
ficat, dicendo, quod illa rerum contin-
gentium repraesentatio non sit omni-
no naturalis, eo quod dependeat a Di-
uina voluntate. Quia Diuina voluntas
illam post signum scientiae naturalis
decernere debet. Et postea resoluit,
quod licet haec omnibus satisfaceret,
sibi non satisfaciunt. Et in 2. editione
num. 10. & sequentibus in eadem per-
plexitate manet, iam affirmans, ia ne-
gans. Post Mendozam vadit eadem per-
plexitate Zumel 1. p. q. 14. ar. 13. disp.
8. concl. 6. Vbi ait hanc sententiam Me-
dozae non esse improbabilem, quam-
uis ipsum expresse non referat, & eis
argumentis, quibus impugnari potest,
satisfacit, sicut Mendoza, licet magis
late.

Zumel.

Sed oppo-
situm de-
rum.

Dispari-
tas inter
actus
creatos,
& Diui-
nos.

tionibus Dei. In creati autem cu sint
a se, non pracontinentur in alio priori.
Rursus voluntas creata mouetur ab
alio, licet mota ab alio se moueat, ideo
que regulatur ab alio, quod non con-
uenit Deo, sed haec hic attingisse suffi-
ciat.

362 Potest dici ad probationem
antecedentis, quod & si habeant veri-
tatem determinatam actus liberi Diui-
ni, habent illam in esse repraesentati-
uo, & ideali, & possibili pro illo priori
ad actuale exercitiu Diuinae volun-
tatis; non autem in esse exercito in se
ipsis, etiam sub conditione. Vnde futu-
ritio talis (dato quod esset) non pos-
set cognosci ante determinationem sic
exercitam Diuinae voluntatis, sicut
futura exercita nostrorum actuum
in propria natura cognosci non potest
ante omnem determinationem Diui-
nae voluntatis, quae est prima futuriti-
onis causa. Sed de hoc late disputatione
sequenti dub. 9. & disp. 3. dub. 3.

Actus
Dei ha-
bent veri-
tatem re-
praesentati-
uam.

DVBIVM III.

In quo medio cognoscat Deus scientia
naturali possibilis contingentia,
vt determinate vera?

363. A B hac difficultate breui-
ter nos expediemus.
Quia non habet spe-
cialem difficultatem cognitio possi-
bilium contingentium, ac necessario-
rum: ideo quidquid de his dicatur, di-
cendum de illis.

364 Circa alia autem possibilis
prima sententia fuit, Deum cognosce-
re illa in se ipsis. Sic Ocham, Gabriel,
Vazquez, & Suarez, post Scotu. Quos
referunt, & sequuntur Herice 1. p. tr.
1. dist. 5. cap. 4. n. 36. Carleton. Et pau-
ci alij recentiores cu nostro Ariminensi.

Ocham
Gabriel
Vazquez
Suarez
Herice
Carleton

365 Communis sententia affirmat Deu
non cognoscere creaturas possibilis

Egidius Gerard. Toletan. Venetus. Franc. a Christo. Sciera. Puteanus. Lusitan. Celestin.

in se ipsis, sed in se ipso. Ita fere omnes Theologi, quos referunt, & sequuntur recentiores. Ex nostris Egidius in 1. dist. 35. q. 2. art. 3. Gerard. ibidem q. 1. art. 1. & 2. Argent. ibidem q. 1. concl. 2. Toletanus dist. 38. q. 1. art. 2. in probatione 4. concl. Venetus in summa ad 3. de anima cap. 42. notabili 2. Franc. a Christo in 1. dist. 35. q. 3. Sciera ibidem, quaestio 9. Puteanus 1. q. 14. art. 5. concl. 2. Lusitanus li. 5. q. 18. art. 5. §. 1. n. 2. Celestinus quodlibet. 13. disp. 1. cap. 3. §. 1. n. 2.

Aluiz. Sententia nostra non dependet ab hac dif.

366 Tertia sententia affirmat Deum cognoscere creaturas posibles in se ipsis, & in se ipso. Ita plures, quos refert, & sequitur noster Aluiz in 1. dist. 35. q. 3. sect. 2. n. 18. & sect. 12. n. 3. & plures alij. 367 Nobis dicendum primo, sententiam in dubijs precedentibus a nobis defensam non dependere a resolutione huius dubij. Quia in quocumque medio Deus cognoscat contingentia possible, siue immediate in se ipsis, siue in essentia Diuina, dum tamen illa cognoscat scientia mere naturali, salua manet sententia nostra.

Deus cognoscit possible in se ipso.

368 Secundo dicendum, Deum cognoscere contingentia possible (sicut & possible alia) non in se ipsis, sed in se ipso. Ita Egidius, & alij auctores secundae sententiae. Probaturque ex Egidio supra ad primum. Quia Deus quidquid intelligit primo, & per se est suum esse, & non potest primo, & per se, & principaliter nisi suum esse intelligere, quia obiectum principale cognitionis, & cognitio debent esse in eodem gradu immaterialitatis, & actualitatis: cum scientia accipiat perfectionem ab obiecto primario: & sic medio suo esse intelligit omnia, & ratione ipsius, & sic tanquam obiectum secundarium: alioquin si creaturae, quae sunt obiectum secundarium cognoscerentur in se ipsis, & ratione sui, & non ratione primarij, iam non es-

sent obiectum secundarium, sed primum: cum in cognosci non dependere ab alio priori: ex quo fit ut Deus non cognoscat, nec possit cognoscere creaturas in se ipsis, sed in se ipso.

369 Huius doctrinae ratio a priori est, quam late explicuimus dub. 1. cap. 8. Quia Deus est suum esse, & ideo dumtaxat potest se ipsum, ut obiectum primum cognoscere: & omnia alia in se ipso, & ratione sui: alias aliquid perfectionis suae scientiae ex cognitione creaturarum accresceret, quod esse falsum ibi diximus. Nostra autem scientia e contrario procedit, ex eo quod creatura suum esse non sit, qua propter receptiuam est perfectionis, ut ibi

Quia est suum esse

Egidius n. 76. diximus cum Egidio, & P. Aug. P. Aug. 2. dist. 1. p. 1. q. 2. art. 4. docet Egidius, ex hoc principio oritur, ut intellectus Diuinus cognoscendo se, cognoscat alia, e contra vero humanus intellectus cognoscendo alia, cognoscat se. Nam cum intellectus Diuinus sit suum esse intellectiuum, & intelligibile, non expectat esse alicuius rei, ut illam cognoscat: at uero intellectus humanus cum non sit suum esse intelligibile, sed sit pura potentia in esse intelligibili, expectat esse se aliorum, a quibus recipit esse intelligibile, ut illa cognoscat, & illa cognoscendo, cognoscat se. De quo latius non est huius loci, sed pertinet ad materiam de scientia Dei. Vide Egidium quodlib. 1. q. 3.

Intellectus Dei, & hominis modus cognoscendi.

371 Sed iam emergit altera difficultas. In quo predicato Diuino cognoscat Deus possible contingentia, & necessaria?

In qua perfectio nec cognoscat Deus

372 Respondeo cognoscere illa in Deo, ut in causa. Ita Lusitanus in 1. dist. 35. q. 3. principalis 1. q. 3. c. 6. Argent. & alijs quos ibi refert, illa in se & late hoc probat. Et probari posset ex his quae cum Egidio diximus dub. 1. c. 6. §. 1.

conting. Cognoscit ad 6. Argent. & alijs quos ibi refert, illa in se & late hoc probat. Et probari posset ex his quae cum Egidio diximus dub. 1. c. 6. §. 1.

373 Secundo dico cognoscere illa in essentia Diuina, prout est imitabilis, & par-

Et in essentia, ut imitabilis.

& participabilis a creatura. Sic Lusitanus supra §. 2. n. 19. Cum Egidio in 1. dist. 35. principalis 2. q. 3. in principio corporis (sed non in dist. 35. sed in 36.) hoc late probat Lusitanus, & probari potest ex dictis dub. 1. cap. 5.

Et in ideis.

374 Tertio dicendum Deum cognoscere talia possible in rationibus idealibus. Ita Lusitanus §. 3. n. 21. & ilam probat, & probata a nobis manet citato cap. 5.

Et in specie intelligibili.

375 Quarto dicendum, Deum cognoscere talia possible in esse Diuino, ut habet rationem speciei intelligibilis. Ita colligitur ex dictis cum Egidio dub. 1. cap. 8.

Et in intellectu.

376 Quinto dicendum, Deum cognoscere talia possible in essentia Diuina, ut habet rationem intellectio nis Ita colligitur ex loco proxime citato, & ex dictis in hoc dubio.

Et in uerbo.

377 Sexto dicendum Deum cognoscere talia possible in uerbo. Hec uidetur mens P. Aug. 15. de Trinitate cap. 14. ibi. Nouit itaque omnium Deus Pater in filio, nouit in se ipso, sed in se ipso, tanquam se ipsum, in filio tanquam uerbum suum, quod est de omnibus.

Et in essentia, ut est perfectio. S. Thom. Bachon.

378 Septimo dicendum Deum cognoscere talia possible in essentia Diuina, ut est summa perfectio, ita S. Thomas, Bachon, & alij, quos retuli n. 50. & colligitur ex ibi dictis, quia creaturae, ut sunt quaedam perfectiones, non possunt non contineri in essentia Diuina, ut est perfectio prima, & infinita, ut ibi probatum est.

Sed semper per praesentia.

379 Tandem dicendum, Deum cognoscere huiusmodi possible in perfectionibus assignatis modo praesentia, ratione, qua sunt praesentes aeternitati. Ita Egidius, & plures alij, quos retuli, & sequutus sum dub. 1. cap. 9. & dub. 2. cap. 6. Et ex ibi dictis potest probari. Sed de hoc late disp. 3. sub. 9.

Et in essentia, ut est perfectio.

380 Tertio dicendum, Deum cognoscere talia possible in essentia Diuina, ut est summa perfectio, ita S. Thomas, Bachon, & alij, quos retuli n. 50. & colligitur ex ibi dictis, quia creaturae, ut sunt quaedam perfectiones, non possunt non contineri in essentia Diuina, ut est perfectio prima, & infinita, ut ibi probatum est.

DVB. IV.

Sub qua ratione Deus cognoscat contingentia possible?

380 HEC etiam difficultas facile etiam solui potest ex dictis dubio precedenti. Pro cuius explicatione, & resolutione suppono hic posse esse sermonem de ratione, quae & de ratione sub qua ratio, quae dicitur, perfectio illa, quae cognoscitur: ratio sub qua dicitur ratio illa, cuius ratione attingitur ratio quae. Hae diuisio late explicatur in metaphysica.

Dubium est de ratione quae & sub qua.

381 Hoc supposito, si sermo sit de ratione quae, dicendum rationes quae cognoscibilitatis contingentium possible, atque etiam omnium possible esse rationes omnes, quibus, vel sub quibus continentur in Diuinis perfectionibus.

Rationes quae scientiae Dei plures.

382 Vnde ratio quae possible cognoscibile in Deo, ut in causa est ratio factibilis. Ratio quae eorum, ut cognoscibile in essentia Diuina, ut imitabilis, est imitabilitas passiva. Ratio uero quae eorumdem, ut repraesentatur in ideis, est ratio artificari. Et prout continentur in omnipotentia, est ratio entis, & prout repraesentatur in specie intelligibili, est ratio intelligibilitatis: & prout in intellectione est ratio intellecti: & prout in uerbo, est ratio representari, seu dicti: & prout in essentia Diuina, ut est summa perfectio, est ratio perfectionis: & prout in aeternitate est ratio praesentia.

383 At si sermo sit de ratione sub qua, dicendum hanc esse rationem qua praeveri, Deo praesentia in aeternitate. Nam cum obiectum formale Diuinae cognitionis, seu ratio sub qua illius sit ueritas, & ratio illius ut est scientia,

tia, seu potius sapientia, fit ratio veri scibilis, fit vt Diuina cognitio attingat possibilia contingentia nobis, modis explicatis, in essentia Diuina contenta, vel representata, sub ratione verorum: & cum talis scientia sit aeterna, & tota simul: fit vt cognoscat illa, vt praesentia sibi in aeternitate, vel potius modo praesentia, quod non solum de possibilibus, sed etiam de futuris intelligendum. *Ut disp. 3. dub. 5. & 6. explicabitur.*

Ex parte Dei non dicitur q. 10. de cognit. Angelor. column. ex parte 5. §. secunda via. Quod cum dicimus, rerum. quod intellectui Diuino omnia r. spon. Egidius dicit tanquam praesentia, & tanquam actu existentia, non est hoc intelligendum ex parte rerum cognitarum: vt quod Deus decipiat in cognoscendo, vt quod credat esse praesentia, quae sunt futura, vel credat actu existere, quae non existunt, sed hoc referendum est ad Deum cognoscentem, quia ipse cognoscit omnia praesentia. Nam non praesentia in genere proprio, sunt praesentia Deo. Cognoscit enim Deus non praesentia praesentia, sic quae non actu sunt in genere proprio, actu relucet in intellectu Diuino: ita quod Deus actu cognoscit, quae non sunt actu, & totum contingit ex summa eius actualitate, vt quia est ipse actus, ideo omnia relucet ibi actu, & nihil potest ibi relucere in potentia. Quod intelligendum est ex parte modi continendi, representandi, & cognoscendi Dei, non vero ex parte rei representatae, & cognita. Cognoscit enim Deus contingentia modo praesentia ex parte modi cognoscendi sui, & vt praesentia, & tamen ex parte rei cognita, vt possibilia, & vt futura cognoscit.

De quola. tissime disp. 3. dub. 6. (.)

DVBIVM V.

Quomodo appellanda sit haec cognitio? & an distinguatur a scientia simplicis intelligentiae?

385 **H**ÆC etiam difficultas facile solui potest ex dictis dubijs praecedentibus. Nam explicato obiecto, facile scientiae nomen, & species explicari possunt.

386 Igitur dicendum hanc cognitionem essentialiter, & substantialiter esse scientiam simplicis intelligentiae, seu notitiae. Sic Egidius de praedestinatione, & praescientia cap. 1. & 2. cuius verba reuulimus n. 197. & 198. Adducitque pro se Magistrum sententiarum in 1. dist. 38. & idem sentiunt Doctores relati n. 183. praecipue Zumel, Cabrera, & noster Coelestinus, & constat ex dictis dubio praecedenti. Quia haec cognitio terminatur ad merè possibilia, prout naturaliter, & absque vlla contingentia continentur, & representantur in Diuinis praedictis, & sub ratione verorum, ac proinde est scientia simplicis intelligentiae: licet cognitio qua Deus cognoscit alia possibilia.

387 Si vero dicas esse disparem rationem, quia caetera possibilia sunt merè naturalia, haec vero merè contingentia. Contra, quia vt iam explicatum est n. 21. Ratio attingendi possibilia, est ratio veritatis naturalis, quae aequae est in contingentibus possibilibus, ac in necessarijs. Nam ratio contingentiae, & necessitatis est differentia materialis comparatione scientiae naturalis. Nam tam necessaria est possibilitas obiecti contingentis, ac necessarii, & tam verum est obiectum nobis contingens, vt possibile esse in omnipo-

Cognitio conting. possib. est simplex notitia.

Egidius

Et attingit contingentia, sicut alia possibilia.

nipotencia contentum, & in idea representatum, ac est verum obiectum necessarium ibi contineri.

388 *Specialiter dicitur da. pra. scientia. Ad Romanos 8. ibi quos praesciuit, & praedestinauit. Quem modum loquendi sequuntur P. Augustinus de dono perseuerantiae cap. 14. vbi diffinit praedestinationem. Est praescientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Et communiter Theologi in tract. de praedestinatione Sanctorum: quamvis dissideant in explicando, quid intelligat Apostolus, & etiam P. Augustinus nomine praescientiae?*

389 *Quis est scientia praecedens decretum Suarez. Viues.* Nobis autem consequenter ad nostram sententiam videtur, eos nomine praescientiae intellexisse scientiam simplicis intelligentiae. Sic Egidius lococitato, & probatur. Quia praescientia dicit scientiam cum praecedentia, vel aeternitatis ad tempus, vel scientiae ad propositum Dei. Vt cum Suarez ponit Viues disp. 4. n. 8. Haec autem secunda est illa de qua loquuntur Apostolus, & Augustinus, vt inter alios docet Sylua 1. p. 9. 23. art. 1. §. 7. v. 71. Et constat, quia vt diximus n. 192. & sequentibus, scientia naturali cognoscit Deus quid quid cognoscit per scientiam mediam, ideoque haec non est necessaria, nec possibilis, quod magis constabit ex dicendis.

390 *An praescientia distinguatur a simp. notitia?* Sed iam emergit difficultas cuius resolutione haec omnia magis explicabuntur. An scilicet, & quomodo haec praescientia a scientia simplicis intelligentiae distinguatur?

391 *Distiguatur connotatiue.* Respondeo distingui penes diuersa connotata. Ita Sanctus Thomas & Egidius in 1. dist. 35. in fine, in dubijs litteralibus. Notandum (inquit Egidius) quod nomina posita in littera videntur se habere per additionem, non propter diuersitatem scientiae Diuinae

in se, sed propter aliam, & aliam habitudinem connotati. Nam scientia, & sapientia dicunt Diuinam cognitionem absolute, certitudinalem tamen, ideo potest esse temporarium, aeternorum, & omnium. Praesidentia, & praescientia supra talem cognitionem addunt ordinem aeternitatis ad tempus, & ideo sunt solum respectu temporarium, tam bonorum, quam malorum. Dispositio autem supra praedicta addit ordinem causae ad causatum, vnde est de faciendis, & non nisi respectu bonorum tantum. Praesidentia autem addit ordinem dirigentis infirmitatis: & ideo ad gubernationem pertinet, sed praedestinatio super omnia haec addit determinatum finem, & ideo soluta est respectu eorum, qui ad gloriam ordinantur. Reprobatio autem inter haec non comparatur, quia in praescientia includitur: habet enim Deus praescientiam de reprobationibus, ultra praescientiam autem nihil addit, quod ad scientiam Diuinam perueniat. Idem habet D. Thomas citato loco, & de praescientia, & praedestinatione cap. 2. vbi (vt vides) praescientia est ipsa scientia, & sapientia connotando ordinem aeternitatis ad tempus. Hoc autem potest multipliciter explicari.

392 *Prascientia est sapientia connotatiue ordinem* Primo dicendo scientiam naturalem Dei, prout terminatur ad res possibles, vt habent quidditates, & essentias dici scientiam simplicis intelligentiae, seu notitiae, seu sapientiam. Quia vt sic solum dicit cognitionem creaturarum per altissimas causas, scilicet in essentia Diuina, seu omnipotentia. At vero prout terminatur ad res possibles, vt habent individuationes, & concernunt hic, & nunc, & ad tempus, consequenter tempus, dici praescientiam. Et sic diximus in quaestione. n. 76. scientiam naturalem Dei prout terminatur ad voluntate creatam in primo, & secundo signo consideratam, dici scientiam simplicis intelligentiae, & prout terminatur ad voluntatem in tertio

tio signo, dici praescientiam, quia in illo concernit tempus: quia in eo signo est voluntas libere, & determinate consentiens, in hoc instanti, & sub hoc auxilio.

Es ad futura sub conditione.

393 Secundo potest hoc explicari, dicendo scientiam, seu cognitionem naturalem, vel posse terminari ad possibilia, ut mere possibilia, & sic ad consensum liberum voluntatis creatae, etiam pro tertio signo, vel posse terminari ad ipsa, ut futura sub conditione in esse representatiuo, & ideali, prout in tali instanti temporis, ut explicuimus *lib. 2. c. 192.* & priori modo quia non concernit tempus saltem in propria natura exercitum, sed aeternitatem dumtaxat; dici scientiam simplicis intelligentiae: posteriori vero modo, quia tempus concernit, dici praescientiam. Sic noster Coelestinus *n. 185.* relatus.

Maxi. mo post decretum de condendis hominibus.

394 Tertio potest hoc explicari dicendo cognitionem Diuinam de contingentibus, posse dupliciter considerari. Primo ante omne decretum Diuinae voluntatis de producendo mundo, & de Angelis, & hominibus producendis. Secundo post tale decretum, & priori modo dici scientiam, vel sapientiam: posteriori vero dici praescientiam.

Egidius S. Thom.

Hac videtur mens Egidij, Sancti Thomae, & Magistri sententiarum, & communis Theologorum, dicentium praescientiam esse de futuris, ideoque

Ad Rom.

Apostolus ad Rom. 8. quos praesciuit

P. Aug.

(inquit) & praedestinavit. Quia scilicet homines quos secundum suam dispositionem futuros praesciuit, eos ad gloriam ordinavit. Et P. Augustinus *lib. 2. ad simplicianum*, quid est enim (inquit) praescientia, nisi scientia futurorum? & haec est magis stricta acceptio nominis praescientiae.


Et comparatione actuum contingetiam.

395 Vnde iuxta hanc acceptio-nem dicendum scientiam, seu cognitionem naturalem Dei, certam (neque enim nisi certa in Deo esse potest)

prout terminatur ad res posibles, secundum essentias, & existentias earum, & earum futuritiones sub conditione, & absolutas, sub ratione possibilium Deo in aeternitate naturaliter, praesentialiter existentium, dici scientiam simplicis notitiae, seu sapientiam, prout vero terminatur ad easdem, & maxime ad contingentia comparatione hominum, vel Angelorum, vel etiam aliarum creaturarum iam futurarum, dici praescientiam. Vnde eadem met cognitio confessionis D. Petri verbi gratia, quae ante omne decretum de producendo mundo erat scientia, seu sapientia, quia terminabatur ad illam prout mere possibiliter existentem in Deo, & praesentialiter in aeternitate; posito decreto de producendo mundo, & Diuo Petro, quia connotat hanc futuritionem D. Petri, iam incipit illa cognitio confessionis D. Petri respicere illam per ordinem ad tempus, nulla variatione facta in scientia, sed dumtaxat in creatura, & sic incipit habere de nominationem praescientiae, & in hoc sensu intelligit Augustinus praescientiam.

396 Rursum haec ipsa praescientia, seu scientia simplicis notitiae potest dupliciter considerari (ut Egidius docet de praedestinatione, & praescientia *cap. 1. & cap. 3. in 7. distinctione*) vno modo, ut intuetur contingentia, possibilia, & alias res posibles, & sic est speculatiua. Secundo, ut est adiuncta Diuino proposito, & sic est practica: quia ratione talis propositi exteditur ad opus, & dicitur scientia approbatio-nis.

Praescientia speculatiua, & practica.



DVB. VI.

An, & quo modo haec praescientia distinguatur a scientia media, & visionis?

397 HAC difficultate explicata, haec praescientia magis praecipua fiet, & in quo sententia nostra ab alijs differat penitus pate fiet.

CAP. I.

Praescientia distinguitur a scientia media, & visionis, ex attingentia contingentium, secundum diuersum modum essendi.

Duplex ordo rerum

398 PRO cuius resolutione suppono ex dictis *num. 18.* duplicem esse ordinem, seu modum essendi rerum, tam necessariorum, quam contingentium. Vnum, quo ante omne decretum Diuinae voluntatis existunt res in esse possibili, seu representatiuo, & ideali, modo immutabili, & invariabili in esse Diuino, & in omnipotentia contento, & in ideis representato, in quo modo essendi fundatur praesentialitas, qua sunt praesentialiter Deo, & aeternitari ab aeterno.

399 Alter modus essendi rerum est, quo res sunt in proprio genere, & natura, modo variabili, & mutabili, exercito ad modum ipsarum rerum: in quo modo essendi fundatur praesentialitas, qua res sunt praesentes temporis, seu durationi propriae.

Differens secundum modum essendi.

400 Hic autem duplex modus essendi rerum non differt quoad rem ipsam, quae est, sed quoad modum, seu statum, ordinem ve rerum. Nam, ut explicuimus *n. 53.* eadem entitas creaturae, cum eisdem modis, & dependen-

tis individualibus, & accidentalibus cum quibus est in proprio genere, & natura, & in propria duratione, est modo invariabili in esse Diuino, in esse representatiuo, & ideali, & omne, quod est possibile, & habet esse representatiuum, & ideale, potest esse modo variabili, & mutabili in propria natura, si Deus voluerit. Quare eadem res, quae est possibilis, est, quae est existens, solo variato modo essendi invariabili, vel variabili.

401 Secundo suppono hanc diuersitatem modi essendi consistere in eo quod res in Deo, & in se ipsis sunt modo contrario (ut etiam explicuimus *lib. 2. c. 56.*) quia in se ipsis, & in proprio genere, & natura res creatae sunt admodum sui, & sic existentia est recepta in essentia: & cum essentia sit mutabilis, existentia est modo mutabili, & sic tota res existens est modo mutabili, & sicut esse simpliciter est mutabili modo, sic quodcumque esse; at in esse Diuino res creatae sunt ad modum Dei: quia essentia, & existentia rei creatae sunt in Deo, & sic ad modum Dei: & cum Deus sit immutabilis, sic creaturae in Deo sunt modo immutabili, & invariabili.

Ex quo oritur altera differentia. Quod creaturae in se ipsis sunt in actu exercito essendi, quia existentia creaturae exercet suum munus, at in Deo sunt in actu signato, & sic in esse ideali, & representatiuo: in se ipsis sunt res ipsae secundum esse physicum, in esse representatiuo, & ideali, sunt possibilitates, & representationes reales rerum.

402 Ex quo fit, ut id quod dictum est de rebus existentibus, seu de existentibus, dicendum sit, etiam de futuritione, tam absoluta, quam sub conditione, scilicet esse duplicem modum essendi res futurarum. Vnum, quo sunt futurae in esse representatiuo, & ideali in Diuino esse ante omne decretum Diuinae voluntatis, contento in esse Diuino, & omnipotentia, & representato in ideis sub

Vel ad modum Dei, vel ad modum sui.

Duplex modus futuri-tionis, scilicet esse duplicem modum essendi res futurarum in esse ideali.

sub ratione possibilis, sicut repræsentatur ipsa existentia rerum, & hic est invariabilis, & immutabilis. Sicut enim essentia rerum, & earum existentia repræsentatur in Diuina essentia naturaliter, & invariabiliter simul cū duratione creata, quæ talis existentia mensuratur, & etiã est præsens, sic etiã earum futuritio per ordinem ad talem durationem repræsentatur in Diuina essentia naturaliter, & invariabiliter.

Et exer. cistur.

403 Alter modus quo res sunt futuræ est modus efficiendi rerū futurarū in esse reali exercitio in propria natura, & duratione creata, proueniens à decreto Diuinæ voluntatis: qui modus futuritionis est contingens, & variabilis, sicut & ipsæ res creatæ, in quibus est, & exercetur, variabiles, & mutabiles sunt. Et sicut existendi modus, & existentia ipsa, siue res existens participatio est illius modi efficiendi invariabilis, quo res sunt in Deo, sic etiã modus futuritionis rerum exercitus in rebus ipsis participatio est illius modi futuritionis idealis in Deo reperti invariabiliter.

Præscientia respicit modum efficiendi idealem.

404 Hoc supposito dicendum hanc præscientiam distingui à scientiã mediã, & à scientiã visionis: quia præscientia hæc versatur circa contingentia, & circa alias res, attingendo essentias, existentias, indiuiduationes earū atque etiã futuritiones, tam absolutas, quam sub conditione, prout habent modum efficiendi idealem, & in esse repræsentatiuo, in esse Diuino, & in omnipotentia contentum, & in ideis Diuinis naturaliter, & vlla absque contingentiã in esse possibilis repræsentatum. At verò scientiã mediã, & scientiã visionis versantur circa contingentiã sub conditione, vel absolute futura, futuritione exercita in ipsis contingentiis in propria natura, & duratione: & sic obiectum præscientiæ est invariabile, & immutabile, & sic necessarium Deo, ipsaque præscientia

Scientiã mediã, & visionis exercitum.

est omnino necessaria, & naturalis Deo, & contra verò scientiã mediã, & scientiã visionis obiectum est variabile, & mutabile, & sic contingens, vel etiã liberum Deo.

405 Hæc est prima, & radicalis differentia præscientiæ à scientiã mediã, & à scientiã visionis, & nostræ sententiæ ab alijs: habetque hæc resolutio duas partes. Prima est præscientiã hanc versari circa res contingentes, prout habent modum efficiendi idealem, & futuritionem idealem, & hæc fuit satis explicata dubijs præcedentibus. Secunda est scientiã mediã, & visionis versari circa res futuras sub conditione, vel absolute futuras, futuritione exercita in ipsis in propria natura, & admodum ipsarum rerum, præcipue contingentium: & hæc pars si sermo sit de scientiã visionis, de rebus absolute futuris communis est Doctorem sententia.

Hæc 1. differentia præscientiæ à scientiã mediã, & visionis.

406 At si sermo sit de scientiã mediã, & de scientiã visionis de futuritione conditionata contingentium, quam cognosci post decretū per scientiã visionis docent communiter Thomistæ, plures Scotistæ, & alij etiam debet esse constans: quia Doctores qui scientiã mediã admittunt, dicunt talem scientiã, & eius obiectum esse contingens Deo: non potest autem hoc habere locum, si futuritio illa conditionata esset mere idealis, & in esse mere possibili, & non etiã exercita sub conditione auxiliij in ipso consensu.

Obiectum scientiæ mediæ contingentium Deo.

407 De inde Thomistæ, & Scotistæ, & plures alij scientiã mediã impugnant, ex eo quod illa futuritio conditionalis non potest extrahi ab statu mere possibilitatis absque aliquo decreto absoluto ex parte actus Diuinæ voluntatis. Quare ipsi met sic impugnant, defendunt necessarium esse tale decretum, vt cognoscantur à Deo contingentiã sub conditione futura: dicuntque illam cognitionem esse

Ad defendentes, & impugnantes res illas.

scien-

scientiam visionis. Ergo compertum est apud defendentes, & impugnantes scientiã mediã, & scientiam visionis de futuris contingentibus sub conditione (quacumque illarum cognoscantur) ipsas versari circa futuritionem conditionatam exercitam in se ipsis, & in propria natura, & admodum ipsorum contingentium. Alioquin si ipsa futuritio esset dumtaxat in esse ideali, & repræsentatiuo, & quæ maneret intra statum mere possibilitatis, alterutri Doctores agerent questionem de subiecto non supponente: quod indignum est de tot, ratiisque, & tam præclaris viris, vel suspicari. Fixa ergo, & vera est differentia assignata inter præscientiam ex vna parte, & scientiam mediã, & visionis ex altera, quam adfirmamus ex attingentiã contingentium secundum diuersum modum efficiendi ideale, & exercitum.

Adducta doctrina est PP. & RR. & Agidius & Zumel.

408 Hanc ergo differentiam inter has scientias possiue videtur Agidius, in corrept. art. 3. in 1. cap. & plures Patres dist. 3. d. n. 278. adducendi, qui statuunt illum duplicem modum efficiendi rerum. Et in terminis illum videtur docere Zumel 1. p. q. 14. art. 13. disp. 8. conclusione 2. vbi ait. Futura conditionata (de quibus est sermo in hac controuersia) vere neque sunt futura, neque fuerunt futura: neque habuerunt initium suæ futuritionis, sed solum potuerunt esse futura ex suppositione, & hypothese, quod Deus talem, aut talem ordinem statisset, si ea tunc fore libere decreuisset. Quod late ibi pro sequitur. Et post quintam conclusionem. §. iste modus. Ait, istum modum defendendi cognitionem Diuinam circa futuritionem conditionatam contingentium, non esse illum, quem ponunt admittentes scientiam mediã. Nam nos (inquit) aliquid maius, & altius ex cogitamus per ordinem ad Diuinam essentiam, & ideas rerum omnium. Et licet hic Doctor plures modos assignauerit, quibus

Deus cognoscat futura contingentia, maxime conditionata: tamen semper fuit constans in eo, quod futuritio conditionata est mere idealis, & non exiens ab statu mere possibilitatis. Vt videre est in opusculis, quæ postea edidit. Nam opusculo 1. disp. 5. post conclusionem septimam. §. ex quo sequitur, fol. 219. columna 2. ait: ex quo sequitur huiusmodi futura conditionata, quæ nunquam erunt, solum habere rationem possibilium, seu possibiliter futurorū, & nullo modo esse futura. Et idem repetit conclusione 8. & 9. vnde Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 18. membro 1. postquam §. dicunt enim retulisset sententiam (vt videtur Zumelis) §. sequenti, ait, hanc Zumelis, & nostram longe à sua de scientiã mediã sententia distare. Et idem docet in cõcord. Antuerpiæ prælo data q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 1.

Molina.

409 Eandem doctrinam docet nuper Sylua 1. p. q. 14. art. 13. dub. 1. n. 23. & sequentibus, & dub. 14. n. 34. & 35. & 54. & dub. 8. n. 44. & sequentibus, & dub. 11. n. 31. & sequentibus. Et late §. 5. & 6. Et fundamentum vtriusque est, quia futuritio exercita dicit ordinem ad existentiam exercendam in tempore, & huiusmodi futura nunquam sunt habitura existentiam.

Sylua.

410 Posset hoc probari aliquibus locis Parentis Augustini, & rationibus Theologicis: sed quia de hoc latissimè agendum est a disputatione sequenti dubio 7. & obiter in alijs: id circo sufficiat hic ad intentum propositum rem proposuisse, & ea quæ in dubijs præcedentibus dicta, & probata sunt, innuisse.

de materiali se habet ad representationem, quia & talis dependentia re- presentatur naturaliter ab idea, vt dependens ab ipsa: & obiectum praescientiae magis se habet sicut ars com- paratione artificis, qui per essentiam habet esse talem.

Ratio praescientiae imitabilis Dei.

419 Ex hac differentia oritur quarta, desumpta ex causa obiecti vtriusque scientiae. Quia causa, seu ratio a priori obiecti praescientiae est summa actualitas, & perfectio Dei; scilicet essentia Diuina, vt imitabilis a creaturis, omnipotentia, vt produ- ductiua omnium possibilium, & idea, vt representatiua omnium factibilium. Ideo enim obiectum Praescientiae (sci- licet voluntas actu, & liberè determi- nate consentiens cum impossibilitate dissentendi) est possibilis, producibi- lis, & cognoscibilis scientia naturali: Quia Deus est infinitus, & omnibus modis imitabilis, & sic est cognoscibi- lis eius imitatio per scientiam natura- lem, quod totum protenit ex summa perfectione Dei, quam non haberet, si non haberet obiectum Praescientiae, & ipsam praescientiam: at causa, seu ratio a priori obiecti scientiae mediae est liberum arbitrium creatum, cui li- berum est ponere, vel subtrahere con- sensum.

Scientia med. arbi- trii crea- tum.

Quod po- test illam impedire. Aldrete. Molina.

420 Vnde communiter Docto- res scientiae mediae docent creaturam posse impedire scientiam mediam, sal- tem antecedenter. Sic plurimi quos re- fert, & sequitur Aldrete disp. 23. sect. 1. num. 3. & antea retulerat Molina 1. p. disp. 16. §. Miror quam, & plures Moderni, docentes dari potentiam ad praeteritum, quamvis alij hoc conce- dere reuuant.

Licet hoc plures ne- gent.

421 Dixi communiter Doctores scientiae mediae, quia pauci oppositum sentiunt, inter quos est Molina nuper relatus, qui miratur, quam multi Do- ctores amplexati sint illam senten- tiam (& merito miratur, si illam do-

cent, quod de antiquis valde dubium est, loquuntur enim de Deo, & non de creatura, & de Deo loquuntur in sen- su, quo loquitur Egidius n. 284. rela- tus) atque §. sententia hac, talem sen- tentiam parum consentaneam esse, ita litteris sanctis, tum altitudini, certu- dini, ac perfectioni Diuinae scientiae.

Egidius

422 Sed quid quid sit de illa sen- tentia, & illius veritate, (de quo nolter Ariminensis in 1. dist. 44. q. 1. art. 2.) sic docent Doctores defendentes scie- tiam mediam consequenter ad sua prin- cipia, & minus consequenter ad illa docet oppositum Molina. Nam si iux- ta ipsum disp. 17. §. sciscitabitur. Et pas- sim alibi, scientia media non est inna- ta, & naturalis Deo, quin potuit scire oppositum eius, quod defacto sciuit: quia si liberum arbitrium creatum actu- rum esset oppositum, vt reuera potest, id Deus sciuisset per scientiam mediae: & totum hoc dependet a libertate ar- bitrij creati, & non a voluntate Diui- na. Ergo liberum arbitrium impedire potuit talem scientiam, & cum ad non potuerit in statu merae possibilitatis, fit, vt possit in statu existentia. Dicen- dum ergo est Molinae creaturam pos- se impedire scientiam mediam, quod absurdum putat, vel dicendum illi est rationem a priori obiecti scientiae co- ditionalis non esse liberum arbitrium creatum, sed summam actualitatem, & perfectionem Dei, & consequenter ta- lem scientiam esse omnino Deo natu- ralem, vt nos dicimus.

Sed asse- rantis conse- quenter. Arim- nensis.

423 Atque hinc iam oritur quinta differentia desumpta ex con- trario modo inferendi: nam iuxta admittentes Praescientiam istam, Prae- scientia est causa futuritionis conse- sus, estque vera haec illatio, ideo co- ntingentia futura, sunt futura, quia praesciuntur a Deo, quam cum Parente Augustino, & alijs Patribus esse verum diximus a numero 284. Vbi ex P. Augustino dedimus rationem in

Praescien- tia causa futuritionis.

differentiae, cur scientia Diuina causet res, nostra vero causetur a rebus. Vn- de Originem dicentem oppositum in- terpretatur Egidius in 1. dist. 38. dub. 1. litterali. Notando, quod duplex est causa in inferendo, & in essendo, loquē- do de causa secundum esse, futurum non est causa praescientiae Diuinae, sed est causa secundum illationem: nam si est futurum aliquid, inferre possumus, quod sit a Deo praescitum: & licet praescientia sit etiam causa futurum secundum illationem, quia si est aliquid a Deo praescitum illud est futurum: nos au- tem qui per ea, quae facta sunt inuisibi- lia Dei iudicamus, videntes res emeni- re, & suos peragere cursus, iudicamus eas esse a Deo praescitias, non autem per Diuinam praescientiam iudicamus res esse futuras, eo quod ipsa secundum se nobis non sit nota. Vide Zumel tom. 3. opusc. fol. 4.

Egidius

Zumel.

Futuri- tio ratio scientiae mediae.

Molina. Vazquez Ruiz. Aldrete

Zumel. Michaelis.

424 At iuxta admittentes scien- tiam mediam futuritio consensus est causa, vel ratio a priori scientiae me- diae, & iuxta illos est vera haec illatio. Quia res futurae sunt, ideo sciuntur a Deo: & non e contra. Vt patet apud Mo- linam in concord. q. 14. art. 13. disp. 50. §. ex his facile, & 1. p. q. 14. art. 13. disp. 17. §. hoc vero, Vazquez 1. p. disp. 68. cap. 6. Ruizium tractatu de scientia disp. 33. sect. 3. Et apud Aldrete disp. 26. sect. 2. & alios, qui adducunt ali- quos Patres fauentes eis, quorum tes- timonia explicant inter alios, Zumel 1. part. q. 14. art. 1. q. unica, circa finem. Michaelis 1. part. q. 14. art. 8. dub. 2. Dicendo eos non loqui de praescien- tia Dei, sed de praedictione, & reue- latione, qua Christus Dominus, & Apostoli futura praedixerunt: & si lo- quuntur de praescientia, non loquun- tur de operibus bonis, sed de pecca- tis futuris, quorum Dei praescientia causa non est. Vnde docent Patres pec- catorum solum Deum esse praescium, bonorum autem esse etiam auctorem.

Vt cum P. Aug. docet Egidius de Praescientia, & Praedestinatione cap. 1. & videri potest P. Augustinus de libero arbitrio cap. 4. & Egidius in 1. dist. 40. q. 9. art. vltimis.

P. Aug. Egidius

425 Vnde ideo omnia contin- gentia sunt futura, quia Deus praesci- uit, & voluit, vel permisit: vt Egidius docet citato cap. 1. & praescientiam es- se causam veluti Logicam, & in infe- rendo, quia valet arguitur. Deus praesciuit Anti-Christum peccaturum sua voluntate, ergo peccabit sua voluntate, quod est praescientiam esse causam, vel rationem a priori consequentia, non consequentis, scilicet peccati futuri. At bonorum operum est causa consequentia, & consequentis: & pos- sunt etiam Patres intelligi de causa in inferendo, sicut Egidius explicat Origenem, vt dictum est n. 423. De quo late disp. 3. d. n. 124.

Ideo con- tingentia futurae quia De- us praesciuit

426 Sed est sexta differentia in- ter Praescientiam, & scientiam mediae, desumpta ex puritate actus, qua Praescientia ponit in Deo, & non scientia media. Nam Praescientia constituit Deum actum purissimum in represen- tando, & cognoscendo: nam iuxta Praescientiam istam admittentes, essentia Diuina constituitur actus purissimus in representando, & Praescientia ipsa in cognoscendo: ita vt neque per rationem sit in potentia ad nouam re- presentationem, neque ad nouam ter- minationem in esse representatiuo: neque item Praescientia sit in potentia ad nouam cognitionem, & terminatio- nem ex parte modi cognoscendi Dei, sed sola creatura, vt explicuimus a n. 45. & alibi saepe. At iuxta admittentes scientiam mediam, Diuina essentia, nec Diuina scientia est actus purus in representando, & cognoscendo: quia idea Diuina potest representare op- positum, & scientia Diuina opposi- tum cognoscere, vt admittit Molina locis relatis.

Praescien- tia ponit Deum actum pu- rum, se- cundum sci- entiam mediam.

Molina

*Præscien-
tia dicitur
e. qualiter
tē. secus
scient.
med.*

427 Ex qua patet septima differ-
rentia. Quia iuxta ponentes præscien-
tiam nulla potest excogitari casuali-
tas in Deo, potest autem excogitari
iuxta eos, qui scientiam mediam po-
nunt. Nam iuxta ponentes præscien-
tiam Deus est actus purissimus, & ha-
bet summam cognitionem excogita-
bilem, & ubi est omnis cognitio nulla
est casualitas, ut cum Aristotele, &
Ægidio diximus *num. 201.* At iuxta
defendentes scientiam mediam con-
sensus, vel dissensus sub conditione
futurus, est præter intentionem Dei.
Quia cum Deus sit indifferens, & ve-
luti in potentia ad alterutrum, præter
intentionem, & casualiter est futurus
alter. Nam casus est præter intentio-
nem agentis, & casuale, quod præter
intentionem agentis contingit. Ut enim
docet Ægidius *quo Libeto 1. q. 2. §. ne.
que hoc. Ex hoc sunt fortuiti effectus in
operibus nostris, quia in operibus no-
stris multa procedunt improvisè, id est
non prius provisè. Iuxta præscientiam
autem, nihil non prius provisum Deo
provenire potest. Quia præcedit Præ-
scientia omnem futuritionem exerci-
tam in creatura, etiam sub conditio-
ne. Quod explicari potest exemplo
speculi, & artis supra *num. 417.* pro-
posito.*

*Præscien-
tia inua-
riabilis,
secus sci-
entia med.*

428 Atque hinc fit altera diffe-
rentia. Nam Præscientia est omnino
immutabilis, & invariabilis, non vero
scientia media. Fit etiam Præscientiam
sumere suam certitudinem tanquam à
prima radice ab obiecto increato: at
scientia media illam à creatura acci-
pit, & à consensu exercito in tempore
in statu absoluto. Nam iuxta illam ve-
ritas hæc conditionalis. *Si vocavero
Petrum auxilio. A. consentiet,* regula-
tur per istam de presenti. *Petrus vo-
lens. A. consentit.*

*opus bo-
num à
Deo.*

429 Ex quo ulterius fit, ut iux-
ta Præscientiam admittentes, omne
opus bonum moraliter, & physice

incipiat à Deo. Quia efficacia auxilij,
etiam si sit talis à consensu, descendit
ab omnipotentia: iuxta admittentes
scientiam mediam solum moraliter.
Unde iuxta eos, qui præscientiam ad-
mittunt, homo non se discernit, ne-
que eis fit argumentum de discreto-
ne, quod fit illis, qui defendunt scien-
tiam mediam. Quia in scientia media
videtur habere difficultatem textus
ille Apostoli. *Quis prior dedit illi, &
retribuetur ei?* quam non videtur ha-
bere in admittentibus præscientiam.
Quare hæc vitat in convenientia, quæ
non facile evitantur cum scientia me-
dia. De quo *dub. 8.*

430 Ex quo tandem fit, quod iux-
ta Præscientiam saluatur, quod futura
contingentia, ut futura contingentia
sunt, & in sua futuritione non habeant
veritatem determinatam, sed solum
ut existentia, vel in se ipsis, in propria
natura, & duratione, vel in esse Divi-
no, prout in tertio signo, quod est de-
terminationis. At iuxta scientiam me-
diam futura contingentia, ut talia ha-
bent veritatem determinatam, quod
esse falsum ostendemus, *disputatione
sequenti num. 162.*

*Futura
contingē-
tia, non
habent
verit. de-
termin.*

CAP. III.

*An, & quomodo hæc Præscientia di-
stinguatur à sententia Thomista-
rum? explicatur.*

431 **Q**VIA sententia hæc no-
stra media est inter
Iesuiticam, & Tho-
misticam, circa cog-
nitionem contingentium futurorum:
& capite præcedenti explicuimus in
quo nostra sententia differat à Ie-
suitica: oportet, ut explicemus in
quo specialiter differat à Thomisti-
ca? ut libratis rationibus differen-
di ab utraque, magis nostra elu-
cescat.

*Futura-
tio idea-
ti obie-
cti præ-
scientiæ.*

cescat. Differt ergo primo, quia iuxta
nostram sententiam, futuritio mere
conditionata, quæ est obiectum scien-
tiæ conditionalis, seu præscientiæ, nõ
est futuritio exercita in ipsis rebus fu-
turis, modo tibi proprio, sed dumtaxat
est in esse representativo, & ideali, cog-
nita à Deo sub ratione possibilis. Quia
veritas conditionalis non distinguitur
à possibili. Ut explicuimus *cap. 1.* ubi
diximus hanc esse differentiam inter
nostram sententiam, & inter sententias
aliorum, & radicem primam totius dif-
ferentiæ. Nam aliæ sententiæ putant
contingentia conditionata esse sub cõ-
ditione futura, futuritione exercita in
se ipsis, ratione cuius extrahuntur ab
statu mere possibilitatis. Nam si hoc
non dicerent, cessarent argumenta
utriusque sententiæ, ut cessant in hac
nostra sententia, & possent sententiæ
adversariæ componi. Quod ingenijs
veritatis inveniendæ cupidis non vi-
debitur arduum.

432 Prima ergo differentia de-
sumitur à carentia necessitatis ponen-
di decretum absolutum ex parte actus
ad cognoscenda futura sub conditio-
ne. Nam iuxta admittentes Præscien-
tiam, futura contingentia conditiona-
ta, ut cognoscantur, non egent decre-
to absoluto ex parte actus, non quia
cognoscantur in sua futuritione exer-
cita in se ipsis, ut putat sententia Ie-
suitica, sed quia illorum futuritio est
dumtaxat idealis, & representatiue
cognita, & non extrahit contingentia
ab statu mere possibilitatis, ut cum
Zumelio, & Sylva diximus *cap. 1. &
cum alijs dicemus disp. sequenti, à n.
18.* At iuxta sententiam Thomisticam
ponitur illud decretum, ut est certum.
Et constabit ex dicendis *disp. sequen-
ti num. 420.*

*Certitu-
do præde-
stinatio-
nis est
causali-
tatis.*

433 Secunda differentia desu-
mitur ex radice certitudinis. Quia iux-
ta nostram sententiam Prædestinatio
est certa. Primo, certitudine cognitio-

nis provenienti à Præscientia, quam
supponit. Secundo, certitudine or-
dinis, seu causalitatis provenienti à
decreto, & ab alijs causis, ut cum Ægi-
dio diximus *num. 213.* & cū S. Thoma
num. 219. At iuxta Thomistas Præ-
destinatio est certa, certitudine cau-
salitatis, quæ primo, & principaliter
provenit à decreto.

434 Ex quo oritur tertia diffe-
rentia. Quia in nostra sententia defen-
di potest efficacia gratiæ à consensu,
quia potest (etiam si auxilia sint ex
se omnino indifferentia) videri eorum
efficacia, vel in efficacia per præ-
scientiam speculativam, seu scientiam
naturalem, prout terminatur ad vo-
luntatem pro tertio signo, ut expli-
cavimus à *num. 311.* At iuxta Tho-
mistas hoc non defenditur, quia cum
ponant decreta ex se, & natura sua
efficacia, consequenter ponunt au-
xilia, quibus executioni mandatur
Divina intentio, esse ex se, & natura
sua efficacia.

435 Et ecce quarta differentia.
Quia iuxta nostram sententiam potest
esse efficacia à consensu, & in alia ef-
ficacia, & comparatione vnus esse suffi-
cientem effica-
ciam minorem, comparatione vero al-
terius non esse sufficientem, sed neces-
sariam esse maiorem. Hoc autem non
defendunt Thomistæ, quia cum tota
certitudo Prædestinationis proveniat
radicaliter a decreto, & proxime à
physica prædeterminatione, ad saluā-
dam certitudinem metaphysicam præ-
destinationis, dicunt, decretum esse
ex se, & essentialiter connexum cū cõ-
sensu libero, & etiam physicā præde-
terminationem: & hanc esse necessariā
in omni providentia, & respectu om-
niū: & etiā esse necessariā ad materiale
peccati, quāvis nõ omnes hoc dicant.
Sed qui nõ dicunt nõ tā facile inveniunt
certitudinem in Divina providentia:

*Cum præ-
scientia
possibili-
se effica-
cia à con-
sensu*

*Et quomodo
modocū-
que effi-
cacia.*

& licet hæc omnia defendant Thomi-
stæ ex alijs principijs, tamen ea etiam
defendunt, vt saluent certitudinem.
Sed de hoc *dubio sequenti.*

*Et defen-
duntur
omnia
principia
Thomisti-
ca.*
436 Quinta differentia desumi-
tur ex amplitudine nostræ sententiæ.
Quia iuxta nostram sententiam pos-
sunt defendi omnes sententiæ, & prin-
cipia Thomistica maiori amplitudine.
Nā quod Deus incipiat in omni ope-
re, quod sua virtute faciat, vt faci-
mus, non solum moraliter, sed etiam
physice, amplissime defenditur in no-
stra sententia. Nam si auxilia ponantur
ex se efficacia, (quod cum nostra
sententia optime componitur, si aliud
de non repugnet) id facile explicatur,
vt patet. Si vero ponantur auxilia ex
se indifferentia, etiam id explicatur in
sententia nostra: quia Deus non ex-
pectat determinationem creaturæ, vt
definiat consensum liberum, sed totū
ex sua omnipotentia descendit, & à
Deo incipit.

*Sic sentit
Sylva.*
437 Sic discurre Sylva (qui nos-
tram sententiam etiam tenet) i. p. q.
14. art. 13. dub. 8. §. 7. n. 143. fol. 330.
column. 2. & dub. 13. §. 12. n. 235. fol.
475. column. 2. & tom. 3. q. 22. art. 1.
dub. 1. §. 7. fol. 116. putat enim auxi-
lium, licet natura sua non sit efficax,
tamen vt prouenit à Deo, semper esse
efficax, quia, vt prouenit à Deo, datur
cum notitia naturali de infallibilitate
consensus futuri, præuisi scientia natu-
rali.

*Et à no-
bis expli-
catur.*
438 Nos autem hoc explicamus
quia, vt diximus num. 96. Deus habet
in sua voluntate, & potestate volun-
tates hominum, magis quam ipsi suas:
quia habet in sua potestate consensum
ipsum immediate, licet dependentem
ab auxilio, & à voluntate creatæ, quæ
videt possibilem per dependentiam,
vel cum dependentia ipsius consen-
sus a voluntate, & auxilio. Quare præ-
diffinit consensum ex se, & postea dat
auxilium, à quo videt dependere con-

sensum, & sic dat, & velle, & perficere
à se ipso. Quia ex creaturis nihil acci-
pit, neque in ipsis inuenit aliquid, nisi
puram possibilitatem, quæ etiam da-
tur in alijs rebus.

439 Quare non negamus Deum *Præter
sua intentione, seu prædiffinitione ef-
ficaci mouere voluntatem creatam, prædiffi-
media motione per modum finis, seu nitione,
motui actus, qua ordinat, & determi- necessaria
nat voluntatem ad operandum, vt do- scientia.*
cent Thomistæ: sed dicimus præter
hanc motionem, & prædiffinitionem
esse necessariam Præscientiam, qua re-
guletur illa intentio, & illa motio, &
ipsa creaturæ operatio. Quæ Præsci-
entia, vt possit esse regulatiua, oportet
vt sit representatiua ipsius operis fa-
ciendi, & modi, quo est faciendum; &
per hoc differt sexto nostra sententia
à Thomistica; de quo plura dubijs se-
quentibus.

440 Quod vero illa intentio *Qua
Dei, & omnia opera creata debeant prædiffi-
regulari Diuina Præscientia, abunde nitio n-
docet Sanctus Thomas in 1. dist. 19. q. guletur.
5. art. 1. Vbi postquam distinxit dupli- S. Thom.
cem veritatem, vnam, quæ reperitur in
rebus, & est veritas causaliter, & aliã,
quæ reperitur in intellectu, & est ve-
ritas formaliter, subdit. *Vtrique autē
veritas, scilicet intellectus, & rei, redi-
citur sicut in primum principium in ip-
sum Deum, quia suum esse est causa om-
nis esse, & suum intelligere est causa
omnis cognitionis, & ideo ipse est pri-
ma veritas, sicut & primum ens.* Et idē
docet art. 2. ad 1. & ad 2. ait, quod in-
tellectus Diuinus est causa rei, vnde
oportet, quod res mensurentur per intel-
lectum Diuinum, cum vnum quodque
mensuretur per suum primum princi-
pium: & ideo dicit. *Anselmus, quod
res dicitur esse vera, quando implet hoc,
ad quod est ordinata in intellectu Diui-
no.* Et videri potest, art. 3. in corpo-
re, & ad 2. & 3. & 6.*

(*)

DVB.

DVB. VII.

*Quas utilitates adducat hæc præscien-
tia ad Theologicas difficultates
soluendas?*

441 **E**XPLICATA natura, &
distinctione præscien-
tiæ ab alijs scientijs,
eius utilitatem explicemus oportet.
Hoc enim respicere debet Theologus,
vt doctrina eius pronicia sit fidei de-
fendenda, & ad Theologicas difficul-
tates enucleandas.

CAP. I.

*Præscientia hæc utilis est ad explicā-
dam perfectionem Dei.*

*Præscien-
tia salua-
tur Dei
perfectio.*
442 **P**RIMA utilitas, quæ in hæc
præscientia respundet,
est explicare, & saluare,
summam perfectionem Dei, licet enim
illam omnes aliæ sententiæ saluent, aut
cōentur saluare, commodatius in hac
nostra sententia saluatur.

*In omni
genere.*
443 Igitur summa, & infinita Dei
perfectio est, quod sit ens à se, actus pu-
rus, & infinitus in omni perfectionis
genere: ex quo oritur, vt nullam depen-
dentiam habeat à creaturis, imo neque
vllam connexionem cum illis. Hæc
autem apprimè in nostra sententia sal-
uatur, & ei saluandæ valde utilis est
præscientia in hac disputatione expli-
cata. Nam vt late probatum est *dub. 1.
cap. 3.* totus ordo rerum creatarum,
tam necessariarum, quam contingen-
tium, possibilem fieri, naturaliter con-
tinetur, & representatur modo altiori
in esse possibili, & ideali, & habetur
naturaliter à Deo, præsentialiter in
sua æternitate, ratione summæ actuali-
tatis. Vnde (vt n. 39. probatū est) Deus
ratione summæ suæ perfectionis est

prima imitabilitas, prima veritas, &
prima regula omnis perfectionis. Quæ
propter diximus ibi n. 41. essentiã Di-
uinam non capere vim representandi
neque à creaturis, neque a voluntate
ipsa Diuina: & vt diximus n. 45. in
Deo representantur non solum possi-
bilia, sed etiam futuritiones rerū sub
ratione possibilium, & modo se tenen-
ti ex parte Dei, & solum expectant
decretum Diuinæ voluntatis, vt sint fu-
turæ, futuritione exercita in se ipsis,
quam diximus fuisse sententiam plu-
rium antiquorum, scilicet D. Bonauen-
turæ, Egidij, & aliorum, qui comuni-
ter impugnantur à Doctoribus, puran-
tibus eos ponere, in ideis posse cog-
nosci contingentia cum futuritione
exercita in se ipsis ante decretum, in
quo non bene percipiunt prædictos
Doctores antiquos, qui dumtaxat in-
tendunt saluare summam perfectio-
nem Dei in sensu explicato, & solum
esse potentialitatem in creatura, vt
terminet causalitatem Dei, & vt as-
similetur Deo, vt sola variatione sui, &
absque variatione Dei, creatura cog-
noscat futura, & existens in se ipsa,
vt ibi explicatum est.

444 Hoc ipsum docuit Aureo-
lus in 1. dist. 39. art. 1. in propositionibus *Aureol.*
affirmatiuis prop. 1. §. nunc ergo, vbi
probat essentiã Diuinam esse exem-
plar totius entitatis, naturalis, & con-
tingentis, & eminentem similitudinē
cuiuscumque actualitatis contingen-
tis, & futuræ: & illam quatenus est ex
se naturaliter representare, & omnino
immutabiliter: quod late ibi, & sequē-
tibus propositionibus explicat, quæ etiã
videtur mens Scoti n. 226. allati. De
quo plurima dicta sunt dubijs præce-
dentibus.

445 Hinc bene explicatur pri-
ma causalitas Dei in operando, & cog-
noscendo, & independentia à creatu-
ris. Quia Deus intuendo suam essen-
tiam, cognoscit omne possibile fieri,
tam

*Et expli-
catur pri-
ma causa
litas Dei*

ram contingens, quam necessarium, & futuritiones omnium rerum, etiam contingentium, sub conditione auxiliorum, & sub conditione, quod ipse velit esse in rerum natura, secundum existentias eorum proprias, & modo sibi proprio: ut saepe dictum est; unde ipse a nullo dependet, nec cum aliquo creato conectitur. Nam sua cognitio perfectionem habet ab obiecto primario, quod est ipsa essentia Diuina, non a secundo, quod sunt creaturae, quae nullam perfectionem addunt supra primum, neque intensiuam, neque extensiuam, conectuntur tamen creaturae cum ipso Deo, & ab eo dependent. Quare repugnat futuritio creaturae exercita in se ipsa, & in propria natura nisi dependenter a voluntate Diuina, siue talis futuritio sit absoluta, siue conditionata, si haec datur.

*Salua-
turque
plenum
Dei do-
minium.*

446 Hinc etiam saluatur plenum, & absolutum dominium Dei, tum circa res necessarias, tum circa contingentes. Quia etiam ipsa contingentia, ut possibilis sunt, cognoscuntur in sua arte, & omnipotentia. Unde consensus ipse liber, & determinatio ipsa actualis voluntatis creaturae videtur possibilis, & subiecta immediate Diuinae voluntati, licet cum dependentia subiectina a suis causis proximis, & sic habet Deus magis in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, ut dicit P. Augustinus, & explicuimus a n. 98. siue enim consensus iste liber, & actualis determinatio dependeat ab auxilio determinante voluntatem, siue ab auxilio a voluntate determinabili, tamen ipsa determinatio cum hac, vel illa dependentia (quae demateriali se habet comparatione domini Dei) immediate per se ipsam subest voluntati Dei, & sic quomodo cumque dependeat a suis causis, immediate, & primo procedit a Diuina voluntate, & domino, ideoque potest Deus vertere voluntatem quamcumque, quo voluerit,

& quando voluerit, non secus, ac alias causas naturales. Talis enim dependentia a causis non est Dei, sed ipsius effectus, & Deus potest velle, ut sit effectus cum suis dependentijs.

447 Quinimo, non solum saluatur plenum dominium Dei, ut possit causare consensum liberum creaturae per omnia auxilia simul sumpta (quando ponuntur omnino indifferentia) sed etiam per singula auxilia. Quia sub singulis auxilijs indifferentibus, possibilis est consensus in aliquibus circumstantijs, non solum antecedenter, sed etiam consequenter. Primo. Quia auxilium ex natura sua est medium ad beatitudinem, nullo autem modo esset medium ad beatitudinem, nisi sub ipso esset possibilis determinate consensus liber in aliquibus circumstantijs. Quia cum non possit conducere ad beatitudinem, nisi medio consensu determinate, hoc ipso quod hic possibilis non esset, sub quo libet auxilio, ei repugnaret conducendo ad beatitudinem: & sic medio ad beatitudinem repugnaret esse medium. Secundo. Quia si non esset possibile voluntatem de facto uniri determinate cum consensu, auxilium daretur voluntati ad exercitum impossibile: & sic voluntas non operaretur libere cum auxilio. Quia ad terminum determinate impossibilem non datur potentia.

*Et etiam
singulis
auxilijs
indifferen-
tibus.*

CAP. II.

Præscientia hæc est utilis ad explicandam efficaciam auxilij Diuine gratie.

448 **E**ST etiam hæc præscientia utilis ad explicandam efficaciam auxilij. Nam cum hac præscientia Deus cognoscat voluntatem pro signo negationis, pro signo indifferentia, & pro signo deter-

*Præscientia expli-
catur ef-
ficacia
auxilij.*

determinationis, si consensus salutaris prouenit ab auxilio indifferenti, ut dicunt vni, Deus in illo tertio signo cognoscit possibilitatem specialem, quam habet consensus pro illo tertio signo, cum dependentia ab illo auxilio, vel ex causalitate illius auxilij. Si autem consensus salutaris prouenit ab auxilio determinatiuo voluntatis, ut dicunt alij, videtur talis possibilitas specialis, ut ab illo auxilio. Et rursus, si tale auxilium sit intrinsecum, videtur cum dependentia ab auxilio intrinseco: & si extrinsecum, ab extrinseco, si sit efficax moraliter, videtur cum dependentia a causa morali efficaciter moraliter influente. Quare punctum de efficacia gratia iuxta hanc nostram sententiam non dependet a puncto de cognitione contingetium: quia in qua cumque sententia hæc nostra sententia erit vera.

*Et datur
locus am-
plisim^o
illi defen-
denda.*

449 Et hinc relucet utilitas nostræ sententia, quia relinquit locum amplissimum ad defendendam efficaciam gratia. Nam cui arrisserit efficacia a consensu, potest illam defendere, quin cogatur adstruere scientiam mediam, nec decretum Thomisticum absolutum ex parte actus: & qui maluerit defendere efficaciam antecedentem, potest etiam id cum nostra sententia defendere.

*Siue po-
natur
physica,
siue mora-
lis.*

450 Rursus, qui velit defendere efficaciam antecedentem moralem, potest illam defendere, quin cogatur adstruere scientiam mediam, aut illud decretum. Quia certitudo efficaciam illius auxilij cognoscetur a Deo per scientiam naturalem: & qui possuerit prædeterminationes physicas, aut morales ad actus bonos, non autem ad materiale peccati, potest etiam hac præscientia id defendere: quia cognitio futuritionis actus peccaminosi sub conditione cognoscitur a Deo hac præscientia. Unde magna utilitas est huius præscientia ad has difficultates enu-

cleandas. Et idem erit, si auxiliū ponatur efficax antecedenter, respectivum tamen ad liberum arbitrium, taliter, vel taliter dispositum. Et tandem, qui voluerit defendere efficaciam gratia esse antecedentem, in fallibilitatem tamen esse consequentem, similiter hac præscientia defendere poterit.

*Et ideo
Anti-
qui remis-
se de effi-
cacia gra-
tia.*

451 Hac de causa fortassis (sine offensione cuius quam dixerim) non tam exagitata fuit apud Antiquos Theologos quaestio de efficacia gratia. Nam cum non paucos legerim, apud nullum vidi in terminis exagitatam. Id enim potuit esse in causa, quod admitterebant hanc præscientiam, & illa admissa, saluatur omnia opera bona esse specialiter a Deo, siue auxilium sit efficax a se, siue a consensu. Solum enim apud eos frequenter reperitur Deum esse auctorem bonorum, & peccatorum permissorem, & punitorem. Sed hæc non sunt huius loci: neque directe, neque indirecte punctum de efficacia gratia attingere vellem, solum enim meum intentum est aperire campum, quo possit vnus quisque in suo sensu abundare: quod huius loci est.

*Præscientia expli-
catur
etiam con-
cursus
Dei.*

452 Quod dictum est de cognitione efficaciam auxilij, dicendum etiam est de concursu vniuersali Dei ad actus nostros, siue concursus iste ponatur determinabilis a creatura, siue applicativus ipsius creaturae, & de quocumque concursu ad extra. Nam omnia illa regulantur præscientia, quam supponunt, ut diximus cum Egidio n. 391. & sic dispositio, prouidentia, gubernatio, & prædestinatio passiuæ sumptæ diriguntur præscientia, & ad omnia illa est necessaria.

*Siue po-
natur de-
termina-
bilis.*

453 Quare si concursus vniuersalis ponatur determinabilis a creatura, ut ponunt plures Doctores, sicut in tempore voluntas determinat concursum Dei, sic etiam in essentia Diuina representatur consensus liber creaturae, ut determinans concursum Dei.

Quia

Quia in essentia Diuina creaturæ tam necessaria, quam contingentes repræsentantur cum suis dependentijs essentialibus, & accidentalibus.

Sine determinatione.

454 Si vero concursus vniuersalis ponatur determinativus creaturæ, vt ponunt alij, sicut in tempore voluntas determinatur à concursu vniuersali Dei, sic etiam in essentia Diuina concursus vniuersalis repræsentatur, vt determinans creaturam, propter eandem causam.

455 Si autem concursus vniuersalis ponatur in tempore determinativus voluntatis in ordine physico, determinabilis autem à voluntate in esse morali, idem dicendum est de repræsentatione. Quare secundum quod vnusquisque sentit de concursu reali, sic etiam de repræsentatione sentire debet.

CAP. III.

Hæc Præscientia est utilis ad Diuinam prouidentiam, & prædestinationem explicandam.

A præscientia certa prædestinationis.

456 **T**ERTIO est utilis hæc Præscientia ad Diuinam prouidentiam, & Prædestinationem. Nam ab eo accipit certitudinem, vt explicatum est n. 213. & 219. & ea posita scit Deus certissime habere in sua potestate media efficacia, quibus possit hominem perducere ad suum finem, vt attigimus capite præcedenti, & capite sequenti latius dicitur.

Et per illam regulatur.

457 Hinc fit vt P. Augustinus 14. de bono perseuerantia ex Apost. ad Rom. 8. Prædestinationem diffiniat per præscientiam dicendo, *Prædestinatio est Præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.* Quia scilicet Prædestinatio regulatur Præscientia,

& sine Præscientia esse non potest, vt cum P. Augustino de Prædestinatione Sanctorum cap. 10. docet Egidius in 1. dist. 40. q. 2. art. 2. non sine quacunque, sed sine illa, quæ sit Præscientia beneficiorum Dei, vt explicuimus in quaestione n. 79. quæ præscientia (vt sæpe diximus) non est causa per quam sic, sed sine qua non: quia ex se est pure speculatiua, & ratione Diuini propositi, sic actu, & formaliter practica, & completur in esse prædestinationis, non quidem per quodcumque propositum, sed per propositum miserendi, & præparandi media, quibus prædestinatus liberetur à mala perditionis, & ordinetur certissime ad gloriam.

Etiam prouidentia communis.

458 Vnde hæc Præscientia, vt est scientia naturalis, seu sapientia, Deus veluti dirigitur ad prouidentiam communem, quæ voluit condere mundum, homines, & Angelos, & visa sui iudicio mundi dirigitur Deus, vt causet vniuersum, & etiam, vt dirigat omnia ad suos fines communes per prouidentiam, & vt dirigat homines, & Angelos ad beatitudinem, & vt puniat præcisos in culpa tandem per mansuros per suam iustitiam.

Et permissio vnus peccati in poenam aliorum.

459 Est etiam hæc præscientia utilis ad hoc, vt præscita, vel præuisa futuritione vnus peccati, vel plurium, Deus permittat alia peccata in poenam antecedentium, vt communiter docent Theologi, vel non solum sub sequentia in poenam antecedentium permittat, sed etiam eis permissis, & præuisa eorum futuritione ordinet deformatem ipsorum in poenam præcedentium, vt videntur velle Magister in 2. dist. 36. & plures alij, quos refert Montefinus 1. 2. dist. 17. & alij, atque hoc Corollarium est P. Augustini de Prædestinatione Sanctorum c. 10. cuius verba adducemus n. 516. & pluribus alijs in locis. De quo agere non est huius loci, quia pertinet ad tractatum de Prædestinatione Sanctorum, & ad tractatum de peccatis, videan-

Magister sent. Montef. P. Aug.

videantur Theologi in 2. dist. 36. & 3. 2. q. 78. & quæ nos dicemus disp. sequenti, dubio ultimo, cap. 5. in solutione tertij testimonij Parentis Augustini.

Et omne opus creaturæ.
Egidius

460 Hinc fit, vt Egidius, quodlibeto 1. q. 2. & communiter Theologi doceant omne opus creaturæ siue sit naturale, siue contingens regulari ab intellectu Diuino. *Nam cum Deus sit agens primum.* (ait Egidius citato quodlibeto) *Et cum semper primum sit aliorum regulatum, oportet totam naturam regulari ab intellectu Diuino, ita quod opus eius natura, sit etiam Dei opus, vel ab ipso auctore, vel ab ipso permittente, vel post permissionem, & præscientiam ordinante per iudicium in poenam præcedentium peccatorum.*

CAP. IV.

Est utilis hæc præscientia ad componendam libertatem creatam cum Diuina Prædestinatione.

Præscientia conciliar liber tatem cum prædest.

461 **E**ST etiam utilis hæc Præscientia ad componendam libertatem creatam cum Diuina Prædestinatione: quod tribus modis explicuimus dub. 2. cap. 13. Nam cum Prædestinatio dirigatur secundum ordinem Diuinæ sapientiæ, seu Præscientiæ attingentis à fine vsque ad finem, & disponentis omnia suauiter: & Diuina Præscientia videantur necessaria fieri necessario, & contingentia contingenter: sic secundum illum ordinem Prædestinatio dirigit, & impellit homines, & Angelos, præparando eis media quibus operentur, & libere attingant suum specialem finem, qui est beatitudo supernaturalis.

Quia eundem ordinem

462 Hoc autem breuiter potest explicari ex doctrina etiam Aureoli in 1. dist. 39. art. 3. propositione 3. Nam

seruantes in illa ac in se. Aureol.

eundem ordinem seruant res in ordine ad Diuinam Præscientiam, vt habent esse ideale, & exemplatum, ac habent in tempore: sed in tempore contingentia antequam sint, possunt esse, & non esse, & solum tollit illis, quod non possint non esse, actualitas, quæ sunt ex libera determinatione voluntatis, quæ actualitas quando est, licet habeat determinationem, non tamen illam transfundit indurationem anteriorem ad se, imo fuit penitus in determinata protota duratione antecedenti ad eam, qua mensuratur dum est. Ergo similiter res per ordinem ad Diuinam Præscientiam (& consequenter per ordinem ad Diuinam Prædestinationem, quæ a Præscientia habet certitudinem) primo, & secundo signo, in quibus repræsentatur vt in determinata, possunt esse, & non esse, & solum tollit illis, quod non possint non esse, actualitas quæ sunt ex libera determinatione voluntatis, quæ non transfundit actualitatem in contingentia pro duratione antecedenti.

Et præscientia præcedit causalitatem extrinsecam solam.

463 Nec refert, quod Præscientia, & Prædestinatio præcedant futuritionem, quia præcedunt duratione, non causalitate, nisi tantum extrinsecam, cuius terminus est ipse ordo rerum, & res vt stant sub ordine: & sic Deus prouidet, & præparat media, quibus homo ordinetur contingenter in suum finem, & certo. Vnde vt Aureolus supra art. 4. ad 4. Deus cognoscit determinationem illam, seu illam actualitatem, quam contingens accipit à voluntate, dum actu est, secundum quod habet specialem possibilitatem, prout ab illis causis; & sic Deus vult illam habere in se ipsa. Quare Deus cognoscendo possibilitatem specialem consensus liberi, prout à talibus causis liberis, complacet in ipsa possibilitate, quam præscit, & sicut præscit, proponit illam causare: & illo modo illam in tempore causat.

Deus nō vult vnum propter aliud, sed vult vnum propter aliud. 464 Hinc fit, vt quia Deus non vult vnum propter aliud, sed vult vnum propter aliud. Egidius in Epistola ad Romanos cap. 9. le. 28. ad illa verba. Quid ergo. Et D. Thom. Thomas i. p. q. 19. art. 5. ideo volendo consensum liberum voluntatis esse in tempore, vult etiam causam illius consensu liberi esse in tempore. Quia cum Deus velit effectus esse propter causas (vt ait S. Thomas ibi ad 3.) quicumque effectus præsupponit aliquem alium effectum, non dependet ex sola voluntate Dei, sed ex aliquo alio, vt S. Thomas explicuerat cum Patre Augustino ad 2. & ideo licet ordine intentionis sit prior consensus liber, & prout à Deo, tamen ordine executionis, & prout à creatura est prius auxilium, ex quo Deus scit futurum esse consensum liberum. Et ideo S. Thomas ar. 8. ait efficaciam Diuinæ voluntatis esse, vt fiant non solum, quæ Deus vult, sed etiam eo modo, quo vult: & sic Deus vult necessaria fieri necessario, & contingencia contingenter: & sic in tempore fiunt contingencia contingenter, quia Deus rebus contingentibus causas contingentes adaptauit.

CAP. VIII.

Quæ in conuenientia euitet hæc Præscientia?

Inconuenientia media videntur. 465 EXPLICATIS perfectionibus politis, quas adducit hæc Præscientia, iam in conuenientia, quæ euitat, explicemus oportet.

466 Et Primo in sententiâ, quæ ponit auxilium indifferens, & eius efficaciam solum cognosci per scientiam mediam, hoc videtur in conueniens, & primum, & fundamentale, vt docet Gonet hic disp. 5. art. 4. §. 1. Quia in con-

ueniens est aliquid esse futurum ante Decretum Diuinæ voluntatis, etiam si futuritio sit sub cōditione. Hoc autem in conueniens vitatur in nostra sententiâ, quæ non ponit futuritionem conditionatam secundum esse reale exercitum in ipsa creatura, sed solum in esse ideali, vt explicatum est n. 404.

467 Secundum in conueniens contra illam sententiâ est, quod Deus cognoscat futura in se ipsis, & consequenter commensurabitur à creaturis, & sic cognoscat res, quia future sunt, & accrescet Deo aliquid ex futuritione rerum, & quod Deo suberit aliqua casualitas, & similia, quæ ex hoc principio inferuntur. Omnia tamen hæc euitantur nostra sententiâ. Dicimus enim Deum cognoscere futura in se ipso, & sic totum oppositum ad dicta scientiæ mediæ. Vt constat ex dubio præcedenti cap. 2. Affirmamus enim Deum contingencia conditionata cognoscere per scientiam naturalem omnino, & per eam dirigi ad prædefiniendum, & prædestinandum. Vt etiam docet ipse Gonet citata disp. 5. §. 3. versiculo probatur secundo.

468 Tertium in conueniens contra illam sententiâ est, quod auferat à Deo supremum dominium, & libertatem, & consequenter possibilem esse creaturam, quæ resistat omnibus auxilijs possibilibus, & quam Deus non possit sua omnipotentia saluare: quod est expresse contra P. Augustinum in Enchiridion cap. 98. vbi ait. Quis tam impie despiat, vt dicat mala s. hominum voluntate, quæ voluerit, quædo maluerit, vbi voluerit non posse in bonum conuertere. Et contra alios Patres, & testimonia Sacre Scripturæ, & auctoritatem Egidij, & aliorum, quos refert, & sequitur Ripalda disp. 109. de este supernaturali sect. 2. qui n. 15. cōcludit: hæc liquidocōuincunt temere negari posse Deum pro arbitrio, quando, & quomodo voluerit obtinere nostram voluntatis.

1. ponere futurum ante decretum

2. Deum cognoscere res futuras in se ipsis

3. Auferre à Deo dominium

P. Aug.

Ripalda

Viues. 469 De quo latè Viues tota disp. 9.

Præscientia adstruitur Dei dominium. 469 Hoc in conueniens etiâ euitatur hac nostra Præscientia. Quia vt dicebamus, n. 446. illa admilla magis adstruitur Diuinum dominium, & libertas Diuina: neque potest esse possibilis creatura, quam Deus non possit saluare, non solum a toto cumulo auxiliorum, sed etiam singulis auxilijs indifferens. Hoc enim ipso, quod possibile sit ipsam saluari, possibilia sunt media, quibus ipsa libere possit saluari, & possibiles sunt etiam plures actus boni, imò omnes, quibus ipsa saluari possit: alioquin si nō essent possibiles actus boni in actu secundo (siue proueniant ab efficacia antecedenti, siue ab efficacia à consensu) ipsa non posset operari: non enim potest creatura libere operari, si non est possibilis libera sua operatio, & determinatio. Hoc ipso autem, quod possibiles sunt operationes liberæ creaturæ, habet Deus ideas illarum, & consequenter potest Deus per suam voluntatem illas applicare ad operandum, & per complacentiam in illis bonis operibus erit illa Præscientia, & idea practica, & efficiet, vel efficere faciet operationes illas à creatura, nō secus, ac potest facere quodcumque aliud obiectum. Vnde vt ibi diximus, magis habet Deus in sua potestate voluntates, & operationes hominum, quam ipsi suas: homines enim eas habent, quia eas possunt accipere à Deo: Deus autem, quia eas potest libere dare, & vt ibi inuimus, magis rōgose hoc dominium saluatur in nostra sententiâ, quam in alijs.

Quia cō illa stant auxilia efficacia ex se. 470 Rursus, hoc in conueniens euitatur hac Præscientia, quia cum illa componibilia sunt auxilia efficacia antecedenter, & quibus possit Deus cōuertere liberū arbitriū, quo maluerit, & quomodo maluerit. Vt alibi dicitur.

471 Ex quo fit hac nostra senten-

tia euitari aliud inconueniens, quod solet deduci ex scientia media, vt videre licet apud Carmelitanos hic, disp. 10. dub. 1. & apud Viues disp. 9. dist. 2. & desumitur ex discretionem vniuersi ab alio. Nam iuxta nostram sententiâ cum hac Præscientia componitur efficacia antecedens, vt diximus, & saltem in hac prouidentia Præscientia est beneficiorum Dei, & etiam preparatio: quod in quæstionculla n. 79. diximus id videri docuisse Parentem Augustinum 14. de dono perseverantiæ dicens. An quisquam dicere audebit Deū nō præscisse quibus esset daturus, vt crederent, aut quos daturus esset filio suo, vt ex eis non perderet quemquæd quæ utique si præscit, profecto beneficia sua, quibus nos dignatur liberare præscit, atque inde infert, quod hæc Prædestinatio sanctorum (hæc inquit) est Præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certis simè liberantur, quicumque liberantur, vbi ly Preparatio, sed etiam a ly Præscientia, vt constat ex antea dictis, & denotat illa coniunctio. Quare non solū in tempore, sed etiâ in statu ideali, in ipso obiecto Præscientiæ speculatiuæ ex parte causæ intelligitur speciale beneficiū Dei, repertum in gratia prout in voluntate (quidquid illud sit) à quo, seu virtute cuius intelligitur oriri consensum à voluntate. Imo ex eo quod in tempore consensus salutaris est effectus specialis beneficij gratiæ (in quocumque efficacia gratiæ cōsistat) colligitur iuxta nostram sententiâ in statu conditionato, & in statu possibilitatis, seu ideali consensum ipsum debere intelligi, vt effectum specialis beneficij gratiæ, & sic ex parte antecedentis, seu causæ debere intelligi tale gratiæ speciale beneficiū. Quia cōsensus ab eisdem causis, à quibus dependet in tempore existens in se ipso, seu in propria natura, intelligitur etiâ dependere

Et cum ille solus Deus discernit Carmelitani. Viues.

P. Aug.

in statu conditionato, & possibilitatis, si dependentia est essentialis, & sic Præscientia est Præscientia bonorum operum ortorum à gratia, & ab speciali beneficio gratiæ.

Præscientia 472 Vnde ibi diximus hanc præscientiam non esse illam, quam Semipelagiani ponebant, quorum sententia erat (duce eorum Fausto) si Præscientia explorauerit, Prædestinatione nihil decernit, vt nobis obicit Reuer. P. Mag. Ioannes de Prado, huius Vniuersitatis olim Primarius, & satis scriptis suis omnibus notus. Quia iuxta Semipelagianos Præscientia illa erat præscientia absoluta, vel conditionalis de operibus, quæ est scientia visionis; & erat præscientia de operibus factis absque gratia, vel saltem absque speciali beneficio gratiæ: & hanc dicebant esse causam Prædestinationis, & sic negabant certitudinem ordinis in Prædestinatione, & dumtaxat ponebant certitudinem cognitionis, & errabant circa prædestinationem, quam dicebant non esse ex electione Prædestinantis, vt constat ex P. Aug. D. Thom. P. Augustino de Prædestinat. Sanctorum cap. 1. Et constat ex D. Thoma q. 6. de veritate art. 3. cuius verba recitamus numer. 219. Nos autem dicimus hanc Præscientiam esse de operibus factis ex gratia, & ex speciali beneficio gratiæ, & hanc non esse causam Prædestinationis, sed tantum sine qua non, vt latè explicuimus num. 334. Vnde præter certitudinem cognitionis dicimus dari etiam in Prædestinatione certitudinem ordinis causarum. Et sic prædestinatus differt a non prædestinato, non solum ex parte Præscientiæ euentus, sed etiam ex parte electionis, & propotiti Dei prædestinantis.

Efficacia 473 Si autem ponantur auxilia auxilij efficacia à consensu, etiam euitatur illud inconueniens in nostra sententia, quia cum talis efficacia auxilij non

defumatur à consensu futuro sub conditione exercito in se ipso, & cognito per scientiam contingentem, sed à consensu possibili representato in idea Diuina, & cognito per scientiam merè naturalem, fit, vt discretio prædestinati à reprobo proueniat à Diuina electione, & à Diuino proposito, à quo prouenit primo futuritio bonorum operum, & etiam ab omnipotentia, & idea, quam discretionem Deus habet in sua potestate: ideoque Deus dedit prædestinato auxilia, vt esset bonus, & per seueraret in Diuina gratia, vsq; in finem, quin homo prius daret Deo, vt retribuere ei. Qua propter omnis discretio descendit primo à Deo, vt omnipotenti, & vt volenti, cui resistere non potest humana voluntas. Neque hoc oportet amplius explicare.

474 Iam vero in sententia, quæ ponit efficaciam antecedentem, primū inconueniens, quod videtur sequi, est ablatio libertatis humanæ, hoc autem euitatur hac præscientia. Quia iuxta illam poni potest efficacia antecedens, absque connexione essentiali, & componibilis cum dissensu in sensu composito, attenda natura, & efficacia auxilij, secundum se sumpti, licet non attenda infallibilitate auxilij, prout regulatur præscientia de consensu possibili sub ipso, & de futuritione, si ponatur. Sic enim Caramuel in Theologia fundamentali, pagin. 7. & 8. ait se cepisse defendere prædestinationem Salmantica. Sed, vt bene Henao in hystoria scientia media. Euent. 27. num. 675. Hac cogitatio fuit Celeberrimi Augustiniani Luisij Legionensis, amplificata postea à notissimis alijs Augustinianis. Vt ab Augustino Antolinez, Basilioque Legionensi, quam fufe declarat i. parte relectionis de gratia, cap. 9. & 10. Et posset referre alios Augustinianos, vt Aragon 2. 2. q. 83. art. 2.

tia naturali desumitur.

Præscientia saluatur libertas cum prædestinatione.

Caram.

Henao.

Legionensis Luis.

Antol.

Basilius

Legion.

Arago.

S. in

Mend. S. in secundo argumento. Mendozam Putcan. in quodlibetis, q. 7. Scholastica, p. 2. conclus. 6. Putcanum 1. 2. q. III. art. 3. Coelestin. dubitatione 5. Coelestinum quodlibet Cocheus. 13. disp. 5. cap. 2. §. 5. num. 12. Leonardum Cocheum apud Legionensem Basilium, & Magistrum meum Bernardinum Roderiquez Salmanticensis Vniuersitatis Vespertinae Cathedrae moderatorem, tract. de Prædestinatione Sanctorum disp. 6. §. Ultimo. Et Lusitanum de conceptione lib. 4. q. 3. art. 2. §. 9. & 45. in fine: & plurimos alios ex Thomistis, & Scotistis.

Et obuiatur præleterminatio ad materiale peccati. 475 Secundum inconueniens contra illam sententiam est, quod auctores illius cogantur defendere esse necessarium Deum prædefinire, & prædeterminare materiale peccati, vt sciat certo futuritionem illius. Hoc autem inconueniens vitatur nostra Præscientia: quia illa posita, scit Deus certo futuritionem actus peccati, si, absque tali prædeterminatione essentialiter connexa cum materiali peccati, vt iam explicuimus à num. 435. Vbi alia inconuenientia hac Præscientia diximus vitari.

Præscientia vitatur. 476 Hac via vtriusque sententiæ inconuenientia facilius vitantur. Licet enim illarum sententiarum Auctores, vel hæc inconuenientia non putent, vel si putant esse inconuenientia, illa cum probabilitate euitent: tamen facilius hac nostra vitantur sententia, vt attigimus sub epilogo.

Et etiam alia. 477 Sed, & etiam euitantur alia inconuenientia vtriusque sententiæ circa futuritionem contingentium. Næ sententia, quæ ponit efficaciam à consensu per scientiam mediam prauulso, dat determinationem contingentibus obiectiuam cum indifferentia subiectiuam, quod est impossibile. Determinatio enim cum indifferentia respectu eiusdem repugnat, vt bene arguunt Thomistæ; at scientia, quæ ponit efficaciam antecedentem, es-

sentialiter connexam cum consensu, dat indifferentiam subiectiuam contingentibus, quod est impossibile. Determinatio enim subiectiuam cum subiectiuam indifferentia impossibilis est, vt bene arguunt Iesuitæ. Nos hæc vitamus: quia damus determinationem obiectiuam regulatam scientia naturali de præscientia consensus à causis indifferentibus. De quo late disputatione sequenti dab. 1.

DVB. IX.

Que inconuenientia incurrere videatur hæc nostra sententia, & quomodo vitanda?

478 SOLENT, qui sententias medias inter duas extreme oppositas defendunt, vtriusque sententiæ oppositæ inconuenientia incurrere, & ab auctoribus sententiarum oppositarum redargui, quod inconuenientia vtriusque extreme sententiæ illa media subeat; vel quod inconuenientia alia grauiora sententia illa media incurrat. Id circo, quod ab alijs nobis forte obijciendum, prius nobis ipsis obijciemus nos.

CAP. I.

Sententia nostra non incurrit inconuenientia Iesuiticæ sententiæ obiecta.

479 QUI defendunt sententiam Thomisticam forte nobis obijciunt, quod non vitemus inconuenientiam, quæ ipsi obijciunt contra scientiam mediam. Et nuper Gonet illa met argumenta, quæ scientiæ mediæ obiecerat, Egidius obijcit.

Obijciunt non euitari inconuenientiam scientiæ mediæ. Gonet.

Ka tract.

tract. de scientia Dei, disp. 4. art. 2. §. 3.

1. Quod ante decretum sit futuritio.

480 Inconuenientia sunt, quod ante decretum Diuinæ voluntatis nulla potest esse cognitio, nec repræsentatio idealis futuritionis contingentium: siue sit absolutâ, siue conditionatâ, iuxta D. Thomam in 1. dist. 39. 7. 1. art. 2. ad 1. hæc autem iuxta Egidium saltem conditionata (sicut scientia media admittit) admittitur.

2. Quod totus ordo prouiditur a creatura & alia.

481 Secundum, quod totus ordo prouidentia oriatur a creatura, & non a Deo. Tertium, quod Deus non sit supremus Dominus. Quartum, quod creatura se discernat, & alia, quæ ex hoc sumunt originem. Quintum, quod Deus ad adimplenda promissa expectet consensum creaturæ, ab ipsaque accipiat dandum, quod promissit. Quod est contra P. Augustinum de Prædestinatione Sanctorum in cap. 10.

Ante decretum solum ponitur futuritio idealis.

482 Sed hæc in nostra sententia vitari constat ex dub. 8. a num. 466. Constat enim ex ibi dictis: quod licet ante decretum exercitum Diuinæ voluntatis non possit esse futuritio exercita contingentium (quod vult S. Thomas, & nos concedimus) potest esse futuritio saltem conditionata in esse repræsentatiuo, & ideali, & sub ratione possibilis; quod non est inconueniens, sed potius necessarium admittere. Hanc autem non ponit duntaxat scientia media, sed etiam ponit futuritionem conditionatâ exercitam in ipsis contingentibus, vt explicauimus in dub. 6. cap. 1. quare illud inconueniens non incurrit nostra sententia.

Et totus ordo prouiditur a Deo.

483 Hinc fit neque incurritur secundum, quia totus ordo prouidentia Diuinæ non desumitur iuxta sententiam nostram a futuritione conditionatâ contingentium; præuisa scientia contingentium, sed a possibilitate ipsius consensus, præuisa scientia mere naturali. Quare non ideo,

quia res futura sunt cognoscuntur a Deo, sed quia cognoscuntur a Deo futura sunt, ideoque Deus est primus artifex omnium. Quia sua arte, & voluntate operatur, absque aliqua dependentia, & connexionione a creatura. Vt a num. 411. explicatum manet. Ex ibi enim dictis constat nos modo contrario discurrere, ac discurrunt Doctores scientiæ media, quoad hoc punctum, & quoad omnia ad illud pertinentia. Ex quo patet nostram sententiam non incurritur, sed potius euitare tertium inconueniens, vt diximus num. 446. Quartum vero inconueniens etiam vitatur, quia tota discretio bene operantis, a non operante oritur a Diuina voluntate, & omnipotentia, & scientia naturali. Licet enim admittantur auxilia omnino indifferentia, tamen Deus non expectat consensum creaturæ, vt possit discernere, sed ex se est potens discernere non solum attento cumulo omnium auxiliorum, sed attento quolibet auxilio.

Et discretio bene operandi

484 Ex quo etiam patet vitari quintum inconueniens. Non enim expectat Deus consensum creaturæ, neque ab ea accipit, vt det, quod promissit, quia ex se potens est & facere, vt ex Apostol. ad Roman. 4. ait Patens Augustinus: habet enim in sua omnipotentia contentum consensum liberum, determinate sub ratione possibilis ab his causis. indifferentibus, & sic regulatus præscientia naturali, qua speculariue cognoscit se habere in sua omnipotentia voluntates hominum, magis quam ipsi suas, potest ex se promittere, quod ipse est potens ex se facere.

Nec Deus expectat consensum creaturæ. Ad Roman. 4.

485 Dices. Pat. Augustinus citato cap. 10. de Prædestinatione Sanctorum ait. Non ait predicere, non ait præscire, nam & aliena facta potest predicere, atque præscire. sed ait potens est, & facere. Ergo iuxta Sanctum Docto.

Doctorem Deus, vt ad impleat, quod promissit, non regularur Præscientia, sed omnipotentia.

Præscientia est prior decreto. Suarez Vives.

486 Respondeo cum Suario pro log. 2. de gratia cap. 3. quem refert, & sequitur Vives disp. 4. 7. 8. Præscientia cum significet scientiam cum antecedentia, & hæc possit esse duplex, scilicet, vel antecedentia æternitatis ad tempus, quæ est scientia visionis, vel antecedentia scientiæ ad propositum, seu decretum, Aug. Parentem aliquando vt nomine Præscientiæ, pro scientia præcedenti, præcedentia æternitatis ad tempus, vt cum loquitur contra Semipelagianos, qui dicebant Deum ex præscientia ista regulari ad remunerandum. Et in hoc sensu ait incitato textu, non ait predicere, non ait præscire. Non vero loquitur de præscientia, quæ est scientia simplicis notitiæ, cum in eo capite dixerit, quod Prædestinatione sine Præscientia non potest esse.

CAP. II.

Sententia nostra non incurrit inconuenientia, quæ inducuntur contra Thomisticam.

Obijciuntur non vitari inconuenientiam Thomisticam.

487 FORTE etiam, qui scientiam mediam defendunt, contendunt nos incurritur inconuenientia, quæ inducuntur contra sententiam Thomisticam. Et sic de facto illa contra nostram inducit Molina 1. p. q. 14. art. 13. punct. 1. Molina. disp. 18. Et nuper Moncada in prima, & secunda prælectione, de prædestinatione Sanctorum.

1. Quod præscientia tollitur libertas.

488 Et primum quidem est, quod iuxta nostram sententiam tollitur libertas arbitrij humani, induciturque fatalis necessitas hæc præscientia, & prædestinatione per illam regulata: cum voluntas creata non pos-

sit auferre suppositionem huius Præscientiæ.

2. Quod Deus sit auctor peccati.

489 Secundum est, quod iuxta nostram sententiam, Deus dicendus sit causa, & auctor peccati: quia suppositio huius Præscientiæ est antecedens peccata, & sic homines ad peccata inducens: quia si Deus præsciuit eos peccaturos, impossibile est ipsos non peccare: & ideo, vel necessario peccare, vel Deus illorum peccatorum causam esse.

Præscientia non tollitur libertas.

490 Nihilominus nostram sententiam non incurrit hæc inconuenientia, constat ex dictis in tota fere hac disputatione. Et quidem inconueniens libertatis non incurritur, constat ex num. 331. Quinimo ipsam esse utilem ad saluandam libertatem diximus num. 462. Neque hæc præscientia inducitur necessitas aliqua, nisi illa, quam creatura sua determinatione sibi imponit in tempore, quæ est consequens, & ex suppositione, quod se determinauerit: ex qua suppositione non potest non se determinare. Nam hæc suppositio est repræsentata naturaliter in Diuina idea, & cognita naturaliter per Diuinam Præscientiam, & ideo Deus Diuina Prædestinatione vult libere communicare creaturæ, quod ipsa sua libera determinatione acquisitura est. Quare cum essentia, & cognitio Diuina sit prima regula, & causa cuiusque boni, & ideo a se: & creatura sit causa secunda, prior est consensus liber in essentia Diuina, & cognitione (prioritate accepta ex nostro modo imperfecto cognoscendi) quam causæ, seu auxilium per quod causandus est, quia Deus procedit via actualitatis, & perfectionis, & id circo incipit, vel quasi incipit eius cognitio, & volitio ab vltima actualitate libera creaturæ, & terminatur in vltimâ eius potentialitatem. Ex parte vero creaturæ modo contrario accidit. Vt explicauimus a n. 56. & a n. 78. Ideoque Deus

107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

vis Deus ageret ex necessitate natura (vt Aldrete intelligit Sanctū Thomam, & alij intellexerunt) adhuc posset esse libertas in creatura, si ipsa operaretur cum indifferentia intrinseca. Vide etiam Syluam 1. p. 9. 14. art. 13. d. 4. a. num. 44. Et etiā videantur Zumel 1. p. 9. 14. art. 13. disp. 4. maxime in prosecutione, quæ habetur in 2. electione. Et noster Franciscus à Christo in 1. dist. 36. tract. 2. q. 6. in solutione argumentorum §. ad secundum fol. 22. column. 1. Molina 1. p. 9. 14. art. 13. disp. 11. ubi §. cæterum, plusquam periculosum putat oppositum. Bachon in 1. dist. 40. q. 1. art. 2. §. 4. litt. D. & alij, quos refert, & sequitur Suarez recentior tract. 5. de animi disp. 1. sect. 5. §. 1. num. 35. Et posset etiam in stari in decreto discretiuo, quod iuxta leuitas non est in potestate hominis, vt fit, vel non fit, vt fatetur Esparça lib. 1. q. 36. art. 16. & tamen relinquit hominem liberum.

494 Secundum etiam inconueniens non incurrit nostra sententia. Quia in ea Deus dumtaxat est præsciens peccatorum, non auctor, sicut dicitur ab illis, qui scientiam mediam defendunt. Nam in nostra sententia (vt ait Egidius in 2. dist. 35. q. 1. art. 2. §. nos autem) Deus circa peccatum se habet merè omisiue. Nam Deus (inquit) nō vult mala fieri, nec vult mala non fieri. Si enim vellent mala fieri, loquendo de malo culpa, esset auctor peccati, & eo volente fieret homo deterior: si non vellent mala fieri, totaliter impediret ea, & nō posset, videretur nō esse omnipotens.

495 Nec refert, quod suppositio illius præscientiæ sit antecedens, quia non ideo, quia est antecedens, inducat, aut cogit homines ad peccandum. Vt latissime probat ipsemet P. Aug. 3. de libero arbitrio, c. 4. Et licet ea posita impossibile sit homines non peccare, & necessariū sit eos peccare, hæc necessitas, est necessitas cōsequens vel

S. Thom. Aldret.
 Sylua.
 Zumel.
 Franc. à Christo.
 Molina.
 Bachon.
 Suarius.
 Esparça.
 Deus præsciens peccatorum.
 non autem.
 thom.
 Et præscientia non cogit homines.
 P. Aug.
 S. Thom.

vel potius consequentiæ, non antecedens, vt late dub. 2. cap. 13. ostensum est: & plane in statur in possibilitate peccati, quæ est suppositio antecedens essentialiter requisita ad peccandum. Et non cogit homines ad peccandum. De quo dub. sequenti cap. 6.

CAP. III.

Sententia nostra non incurrit alia nomina in conuenientia, quæ aliæ euitant.

Obijciunt 496 FORTE etiam non deerunt, tur alia in conuenientia, quæ aliæ sententiæ euitant.

1. Nouitas nominis. 497 Et primum aliquis obijciat, quod scientiam illam appellamus nomine Præscientiæ, cum tamen sit scientia naturalis, cui non conuenit præscientiæ nomen: nam Præscientia solum est futurorum, & scientia naturalis solum est possibilium.

2. Singularitas sent. 498 Secundum. Sententia ipsa est singularis, & contra communem Doctorem: & in re graui non est recedendum à communi aliorum sensu. Hoc enim temerarium est.

3. Illius inauitas 499 Tertium. Sententia ista facile componitur summa perfectio Dei, & libertas creaturæ, & si sic fieri posset, repertum esset à Theologis, qui hac de re tanto tempore litigauerunt.

Nomen præscientiæ ex Script. & PP. Ad Roman. 1. Pereira. Glossa. S. Thom. 500 Ad primum dico nos appellare scientiam regulatam Diuinæ prouidentiae, & prædestinationis Præscientiam. Quia sic appellatur in Scriptura Sacra. Vt patet ad Rom. 8. quos præsciuit, & prædestinauit. Et in alijs loc. quæ videri possunt apud Pereira. ad illi locum disp. 21. Et idem habet Glossa ordinaria ibi, & etiam Interlinealis, & S. Thom. clarius alijs S. Thomas ibi lect. 6. quem

refert, & sequitur noster Mendoza q. 1. Scholastica, ad 1. n. 11. §. respondetur. Qui sic legunt, quos præsciuit scientia simplicis intelligentiæ, eos prædestinauit. Et eundem sensum habent Egidius ibi, & super cap. 9. lect. 30. dubitatione 2. ibi. Cum Glossa ergo ait, quod Dei præscientia non est causa, quare aliquis sit dignus vita æterna, loquitur de scientia, vt sumitur speculatiue, quius modi est scientia simplicis notitiæ. Idem docet Pereira ibi: supponit enim illud præsciuit significare scientiam simplicis intelligentiæ, seu notitiæ, & inquirat. An denotet solum scientiam Dei? eundem sensum de sumperunt ex Apostolo Patres, præcipue P. Aug. de dono perseuerantiæ cap. 14. quem sequuntur omnes Scholastici, tract. de prædest. Sanctorum, qui definiunt Prædestinationem. Est Præscientia, & præparatio beneficiorum Dei. Aquorum citariōne abstinco, quia obuia sunt cuique eorum verba. Quo autem pacto scientia naturalis dicatur Præscientia, & sit futurorum, late explicui dub. 5.

501 Ad secundum dico sententiā nostram esse communē antiquis Theologis, & etiam inter recentiores, quorum catalogum retuli dub. 2. cap. 3. & colligitur ex relatis n. præcedenti. Imo adeo existimamus sententiā nostram communem fuisse inter antiquos, vt admittamus ad illam defendendā non solum testimonia Sacræ Scripturæ, & Patrum, vt tenemur, verum etiam omnium Theologorum, qui scripserunt ante annum 1560. Nominalibus exceptis, quorum mens dubia est: vt dicemus dub. sequenti cap. 2. quorum testimonia possent trahi in sensum nostræ sententiæ: & admittimus etiam Doctrinam omnium Scholarum, tā in Theologia, quā in Philosophia. Quia in omni Schola defēditur sentētia hæc nostra: excepto, quod detur scientia media, & decretum absolutū ex parte actus ad cognoscenda futura sub conditio.

Mendoza.
 Egidius.
 P. Aug.
 Et sententia nostra communis antiquis Theol.

ditione, imo decretum hoc in aliquo casu admittimus etiam, vt constabit disp. sequenti n. 460.

502 Ex quo patet ad tertium. *Sententia nostra non est.* Nam scientia nostra satis reperta est in verbis Apostoli, & in Patribus, vt innuimus n. 500. & in Scholasticis. Nec nos illa, vt nouam defendimus. Quin putamus omnium antiquorum Theologorum fuisse, & etiam recentiorum. Quia nos, & Egidium nostrum attente legendo, iacimus hanc suam fuisse mentem.

503 Sed, & D. Thomas in hac fuisse sententia, patet in 3. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 2. vbi ait. *Sed est D. Th.* Non est necessarium, quod qui cognoscit aliquod medium, cognoscat omnia illa, quae per medium illud cognosci possunt, nisi plenarie medium illud secundum omnem virtutem suam cognoscat. Et ideo ipse Deus, quae se ipsum comprehendit, omnia quae in eo sunt qualitercumque cognoscit, sed diuersimode, quia ea, quae sunt, erunt, & defuerunt, secundum quodcumque tempus, scit scientia visionis: quia illud proprie videtur, quod habet esse extra videntem, & quae vis essentia per quam videt sit vna, tamen quia per distinctas rationes ideales eas videt, ideo distinctam cognitionem de eis habet, dum vnum quodque cognoscit secundum propriam ideam sicut bonum, vel per oppositam ideam sicut malum. Sed ea, quae nec sunt (addit infra) nec fuerunt, nec erunt: & tamen potuissent esse, vel fuisse, vel futura esse, cum in se ipsis non sunt, &c. ideo haec Deus non cognoscit per ideas distinctas, sed per cognitionem suae potentiae in qua sunt, & ideo dicitur haec cognoscere simplici intelligentia, quia intelligentia est concipere, etiam ea, quae non sunt extra concipientem. Vbi Sanctus Doctor docet expresse Deum in sua omnipotentia cognoscere scientia simplicis intelligentiae ea, quae nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, & tamen potuissent esse, vel fuisse, vel futura esse, quia intelligentiae est concipere,

etiam ea, quae non sunt extra concipientem, in quibus certum est enumerari contingentia possibilium, vt determinate vera, quae potuerunt futura esse, si Deus vellet praedestinare.

DVB. X.

Quaestio prima veritas, & prima radix veritatis determinatae contingentium?

504 OMNIA, quae in dubijs precedentibus dicta sunt, ordinantur ad resolutionem huius: quia talis resolutio est clavis omnium dicendorum in tota materia de auxilijs, de Prouidentia, & Praedestinatione.

505 Aduerto autem hic non esse sermonem de prima radice veritatis determinatae contingentium futurorum, siue sub conditione, siue absolute, quia de hac disputationibus sequentibus: sed de prima radice veritatis determinatae contingentium, etiam vt possibilem, quod est inquirere. Vnde primo intelligimus Deum cognoscere contingentia, vt determinate vera: ita vt ratione talis determinatae veritatis, cognitionis intelligamus, vt possit Praedestinare, & prouidere de medijs creaturis rationalibus ad suum vltimum finem consequendum.

CAP. I.

Prima radix determinatae veritatis contingentium non desumitur a decreto exercito.

506 PRIMA sententia affirmare videtur primam radicem veritatis determinatae contingentium desumi a decreto aequali Diuinae voluntatis: ita vt prima radix

radix veritatis determinatae contingentium absolute futurorum, sit decretum absolutum, & prima radix futurorum contingentium conditionatorum sit decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti. Sic videntur sentire Thomista (recentiores praecipue) qui in contingentibus nullam veritatem determinatam admittunt, etiam sub conditione ante decretum Diuinae voluntatis, vt refert Viues de scientia media disp. 1. dist. 3. vbi magno numero eos refert, & sequitur. Et nuperrime Gonet hic disp. 4. qui non cognoscunt aliquam veritatem determinatam futuritionis in contingentibus, neque futuritionem, etiam sub conditione, & veritatem determinatam contingentium in statu possibilitatis admittere non possunt. Vt ostendimus lib. 2. cap. 1. quamvis aliqui admittant veritatem determinatam in contingentibus, prout in statu possibilitatis stant sub decreto efficaci, & praedeterminatione possibili, vt constat ex Alvarez, & Carmelitanis, quos retulimus n. 94. qui affirmant hoc admitti ab omnibus Theologis, vt ibi diximus.

Viues. Gonet.

Aluar. Carmelitan.

Sed praecedere de decretum docent alij.

De determinatione conting. ad modum sui, & Dei.

sub ratione possibilem, & in esse idealium.

509 Hoc supposito dicendum primo, contingentia non habere veritatem determinatam existentiae, seu futuritionis, tam absolutae, quam conditionatae, exercitae in se, & admodum suae ante decretum Diuinae voluntatis: hoc intendunt Thomista, & non negatur ab Egidio, quinimo id videtur docere de cognit. Angelor. q. 11. columna 9 §. secunda via, & magis expresse §. 3. vii, vbi sic habet. Quicumque ergo cognoscit aliqua determinate, vel hoc est, quia in ipsa re apparet eorum determinationem, vel quia ipse cognoscens per intellectum, & voluntatem causa est illius determinationis. Quia ergo totus ordo temporis determinatus est in praesentione, & Deus per suum intellectum, & voluntatem volendo, vel permittendo in se ipso praedeterminauit, &c. & quodlib. 1. q. 3. ait cum P. Augustino 4. de trinitate cap. 17. nihil (verba sunt Augustini) hic inferius agitur, quod ab illa summa voluntate, & illa superna aequali summi Imperatoris non iubeatur, aut permittatur.

Futuritionis exercitae in se prima radix decretum.

P. Aug.

Quae est aliquid futurum in se.

510 Ratio huius conclusionis est, quia futuritio absoluta, vel conditionata contingentium, vel aliorum, exercita in se ipsis, & admodum sui est aliquid existens, vel exiturum in ipsis creaturis, tanquam in regulato, & sic aliquid creatum, ac proinde necessario extractum ab statu merae possibilitatis, & id circo debet primo oriri a Diuina aite, & a Diuina voluntate, tanquam a prima regula regulante, & praescribente existentiam, & futuritionem illius, & modum quo debet fieri.

Et omnia existetia in se

511 Hinc est vt Egidius de cognit. Angelor. q. 10. §. secunda via, & quod terminas lib. 1. q. 2. & alibi saepe. S. Thomas, nos ter Gerardus, Aureolus, Noster Arim. nensis relati n. 23. & 38. & 257. dicant S. Thom. omnes veritates creatas, & omnia opera creaturarum regulari ab intellectu

Iectu Diuino, tanquam a prima arte. De quo etiam videri potest Egidius in 2. dist. 17. q. 1. art. 1. & in 1. dist. 19. art. ultimo. Cum autem ars Diuina non possit regulare aliquid, nec ipsum causare, nisi ordinetur ad opus per voluntatem Diuinam, sicut neque vlla ars operari possit, nisi ordinetur ad operandum per voluntatem artificis: hinc fit contingencia, neque rem aliam creatam posse habere veritatem determinatam existentie, seu futuritionis, tam absoluta, quam conditionata exercita in se ante decretum Diuinae voluntatis.

Sed prima radix simpliciter non est decretum.

512 Secundo dicendum. Absolute loquendo primam radicem veritatis determinatae contingentium non esse decretum exercitum Diuinae voluntatis, ita vt pro signo priori ad ipsum decretum non intelligantur habere veritatem determinatam. Sic Auctores secundae sententiae & in sensu a nobis explicando non contradicunt Thomistae, vt constabit: solum enim intendunt Thomistae radicem primam futuritionis exercitae in ipsa creatura esse decretum, quod verum est, vt diximus conclusionem praecedenti.

Quia prima radix est prima ars.

513 Probatum autem haec conclusio ex eodem principio, ac antecedens. Quia intellectus Diuinus est prima veritas, & prima ars, a qua omnes veritates creatae regulantur, & cui configurantur, tanquam illius imitationes. Sunt enim veritates, & entia secunda, & id circo debent regulari per veritatem, & entitatem primam: cum primum in vnoquoque genere sit regula ceterorum, vt desumitur ex 10. metaphysicae. Iam vero si veritas contingentium non praeter intelligeretur ad propositum Diuinae voluntatis de dando esse contingentibus, non posset veritas contingentium regulari intellectu Diuino: quia in eo talis veritas non praeter contineretur tanquam in prima arte. Si ergo intellectus Diuinus est prima veritas, & prima ars, a qua veri-

tas determinata contingentium regularatur, veritatis determinatae contingentium similitudo, & prototypus debet in Diuino intellectu intelligi, vt illi configuretur veritas determinata, quam contingencia habitura sunt in se, dum actu existant.

514 Secundo probatur haec conclusio. Quia iuxta Patres, & Doctores Scholasticos, prouidentia, & praedestinatio de bonis operibus faciendis a creaturis rationalibus regularatur a Diuina Praescientia, seu sapientia de veritate talium operum bonorum, & sine tali praescientia esse non potest praedestinatio. Ergo veritas talium bonorum operum vt determinate vera praecedat praedestinationem ipsam.

515 Probatum consequentia. Quia Praedestinatio est preparatio gratiae, qua bona opera certissime fiunt: non potest autem preparari opus, vt certissime, & determinate fiat, nisi praecedat Praescientia, & idea de veritate bonorum operum facienda: alioquin absque scientia, & prouidentia talia opera prepararentur facienda.

516 Antecedens probatur ex P. Augustino de Praedestinatione Sanctorum cap. 10. vbi ait: inter gratiam porro, & Praedestinationem hoc tantum inter est, quod Praedestinatio est gratiae preparatio; gratia vero iam ipsa donatio. Quod itaque ait. Apostolus: non ex operibus, ne forte quis extollatur; ipsius enim sumus signum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, gratia est. Quod autem sequitur, quae preparauit Deus, vt in illis ambulemus, Praedestinatio est, quae sine Praescientia esse non potest, potest autem esse sine praedestinatione Praescientia Praedestinatione quippe Deus ea praesciuit, quae fuerat ipse facturum, vnde dictum est, fecit quae futurae sunt: Praescire autem potens est etiam, quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata. Quia, & sunt quaedam, quae ita peccata sunt, vt poena etiam sine peccato

Aqua prouidentia regularatur.

Iuxta P. Aug.

Praedestinatio sine praescientia esse non potest.

peccatorum. Vnde dictum est tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciat, quae non conueniunt, non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Ecce vbi expresse P. Augustinus ait, quod prouidentia, & praedestinatio regulantur Praescientia, & sine illa esse non possunt, vnde de libro de dono perseuerantiae cap. 14. praedestinationem definit. Est Praescientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. P. Augustinum sequuntur Egidius, cuius verba retuli num. 197. & 213. S. Thomas, cuius verba retuli num. 219. & alij Doctores dicentes Praedestinationem esse Praescientiam, & preparationem beneficiorum Dei, quam praescientiam esse scientiam naturalem satis constat ex dictis dubijs praecedentibus, & ex n. 500.

517 Quare vt dicebamus n. 506. non negamus praedestinationem, seu propositum Diuinae voluntatis esse primam radicem futuritionis exercitae contingentium, quia ab eo mouetur, & determinatur voluntas creata ad operandum: sed dicimus ante tale decretum, seu propositum habere contingencia veritatem determinatam in Praescientia, qua regularatur decretum, seu propositum, & creatura dirigitur ad operandum.

CAP. II.

Prima radix veritatis determinatae contingentium a futuritione absoluta obiectiua, quam habent ante decretum, non desumitur.

Primam radicem desumi a veritate absoluta dicunt

518 SECUNDA sententia affirmat primam radicem veritatis determinatae contingentium desumi a futuritione obiectiua absoluta, quam ipsa contingencia habent antecedenter ad omne decretum Diuinae voluntatis. Pro hac

sententia referuntur, Nominales. Ocham in 1. dist. 38. q. vlt. list. M. Gabr. ibidem art. 2. S. Ideo Ocham, noster Ariminen- sis ibidem q. 1. art. 2. & videtur Zelaiae ibidem q. 1. §. pr. per ista, & alij plures, quos ex recentioribus referunt, & videntur sequi Noster Medoza in quod. libris q. 7. p. 2. conclus. 3. §. sunt non in forma nota, vbi in secunda editione refert plures antiquos, & modernos, & inter eos Egidium in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. ad finem corporis, eo quod dicat Deum scire inuariabiliter, quia omnes rerum rationes in suo esse praehabet. Zumel tom. 3. opusc. dub. 5. conclus. 6. fol. 159. vbi docet non esse improbabilem sententiam istam, illamque late defendit. Curiel controuers. 7. n. 140. Herice 1. v. disp. 6. cap. 7. n. 97. & 98. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 2. §. deinde licet. Atque in hac sententia videri esse plures Iesuitas affirmat Viues disp. 1. dist. 2. num. 15. & in illam inclinat Dionisius Cisterciensis in 1. dist. 38. q. unica per totam.

Nominales. Ocham. Gabriel. Ariminen. Zelaiae. Medoza. Zumel. Curiel. Herice. Puteanus. Cisterci.

Viues.

519 Sed licet Doctores isti hanc sententiam indicent, & argumenta, quibus illam probant eam conuincant (si quid conuincunt) quia desumuntur ex veritate contradictoriarum, quae vel nihil probat, vel hanc sententiam probat, & quia Ocham, Ariminen- sis, & Gabriel, quos sequuntur Medoza, Curiel, & alij dicunt. Quod posito (verba sunt Ochami) quod Diuina cognitione existente, vt modo est, voluntas non esset causa effectiua, nec totalis, nec partialis effectuum contingentium, adhuc esset notitia, qua sciret, quae pars contradictionis esset, fuit, & erit vera.

Sed licet id insistent.

520 Nihilominus non est mihi credibile eos affirmare contingencia esse futura absolute, independenter a decreto actuali Diuinae voluntatis, sed solum velle decretum Diuinae voluntatis non esse causam determinativam futurorum, sed determinationem voluntatis creatae: decretum autem Diui-

Possunt in bono sensum adducere.

Diuina voluntatis esse concomitans. Moueor ad hoc: quia Ochā, & Gregorius solum intendunt decretum Diuinae voluntatis esse indifferens, & concomitans determinationem voluntatis creatae, & relinquere illam, indifferenter, & sic eo posito posse non esse futurā, nec cognosci futuram. Sic contra Scotum sentit Ochamus, quē

Armin.

refert, & sequitur Ariminensis *suor. 7. 2. art. 2.* qui putant, quod licet in decreto Diuinae voluntatis possint cognosci futura, quae a solo Deo dependent, non autem, quae dependent a Deo, & creatura libere operante. Unde dicunt, quod si per possibile, vel impossibile Diuina voluntas non esset causa futurorum, Deus esset illorum praescius. Licet (vt verum fatear) agere hanc expositionem admittit Ocham, quem refert, & sequitur Gabriel *supra §. item sic oportet.* Quia videtur velle contra Scotum, Deum ante determinationem suae voluntatis cognoscere futura, sicut post determinationem.

Gabriel.

521 Quare noster Mendoza, quē sequitur Zumel, & alij (vt retuli a n. 183.) dicunt Deum pro priori ad decretum suae voluntatis cognoscere futura contingentia absolute futura. Quia scit ad quam partem sit se determinatura Diuina voluntas. Alij vero dicunt Deum pro priori ad suum decretum scire futuritionem contingentium sub conditione, quod voluntas poneretur in talibus circumstantijs, postea vero Deum decernere ponere voluntatem in illis circumstantijs: quo decreto posito scit futuritionem absolutam contingentium, quae fuit mens plurium. Capite sequenti referendorum.

Quis que tamē sententia sit falsa est.

522 Igitur (siue talis sententia sit Nominalium, & aliorum, quos pro illa retulimus, vel non) talis sententia est falsa. Quia omisso, quod futura contingentia, vt futura contingentia sunt, possint habere veritatem determinatam, cuius oppositum probauimus

in qua si uincula a num. 25. & latissime disp. 2. a n. 161. & disp. 3. a n. 120. & omisso, quod aliquid possit esse futurum ante determinationem Diuinae voluntatis, quod falsum est, vt diximus cap. precedenti, probando primā conclusionem, & omisso, quod Deus possit cognoscere sua decreta, vt futura.

523 His (inquam) ommissis de quo citatis locis: non potest futuritio absoluta contingentium esse prima radix veritatis determinatae contingentium. Primo, quia ante futuritionem absolutam, & eius veritatem intelligitur futuritio conditionata, & eius veritas, vt constat.

Nam futuritionē absolutā praecedit conditionata.

524 Secundo. Quia ante veritatem absolutam, & conditionatam contingentium debet intelligi veritas possibilium ipsorum, per quam futuritio tam absoluta, quam conditionata regulentur. Cum enim tales veritates sint exercitae in ipsis contingentibus admodum ipsorum, oportet vt sint in ipsis, tanquam in regulato, & ordine prioritatis causalitatis praecedere talē veritatem Diuinam in intellectu Diuino, tanquam in regulante, & tanquam in mensura: alioquin creatura esset mensura cognitionis, & artis Diuinae, quod praeposterum, & in ordinatum est.

Et vtriusque ideae futuri- tio.

525 Nec satisfacit dicere illam futuritionem absolutam intelligi tantum cum ordine, & dependentia a voluntate Diuina, se determinatura pro signo sub sequenti. Primo, quia (admissa gratis illa futuritione Diuini decreti) determinatio Diuinae voluntatis pro illo priori intelligitur contingens, & non post intelligi habere veritatem determinatam antequam actu sit.

Nec est liber Dei ante exercitium habet determinationem.

526 Secundo, quia vel ideo habet determinationem absolutam illa futuritio, quia creatura est absolute determinata, ideoque se est determinatura Diuina voluntas, & sic creatura est prima causa, & regula determinati-

Nec vtriusque alterutrum inconueniens.

tionis illius, & regulatum dirigit regulantem. Vel solum habet determinatio illa futuritionem, sub conditione, quod Diuina voluntas velit se determinare, & sic futuritio illa solū est possibilitas futuritionis, & futuritio, quae erit, si Deus voluisset, & haec est nostra sententia, *cap. 4.* explicanda.

Neocreatura regulatur prima regula.

527 Tertio, quia vel illa determinatio, qua voluntas creata se determinat, dirigitur, & regulatur alia priori regula, quae sit a se, & qua regulatur talis creata determinatio, vel non regulatur per aliam priorem, sed ipsa a se ipsa regulatur, & dirigitur? si primum, ergo veritas determinata consensus praecessit ad illam futuritionem in regulante, & dirigente illam: & sic non est prima radix veritatis determinatae contingentium. Si secundum, ergo illa creatura se ipsam dirigit, est que prima regula suae determinationis, quod omnino est absurdum.

Quod au- thoritate roboretur. P. Aug. Ad Roman.

528 Hinc est, vt Aug. *Parens de gestis Pelagij, cap. 3.* ipsum reprehendat, quod se ipsum vellet dirigere, & agere. Et latius *serm. 12. & 13. de verbis. Apostoli. Ibi enim, cap. 10. Nisi ille regat cadis, nisi regat iaccs.* Quod confirmat ex verbis *Apost. ad Rom. 8. qui spiritu Dei aguntur.* Super, quae verba hoc docent plures Patres, & Egidius ibi. *Tam in opere natura, quae etiam in opere gratia, & in vita spirituali sumus organa Dei, & oportet, quod dirigamur a Deo, & Deus dirigit, & mouet naturam totam, vt dicitur in libro de bona fortuna, & ab hoc principio dependet caelum, & natura, vt dicitur in 12. metaphysica.* Dirigit autem Deus naturam totam, quia, vt ait Egidius *quod lib. 1. q. 2. cum Deus sit agens primum, & cum semper primum sit aliorum regulatiuum, oportet totam naturam regulari ab intellectu Diuino.* Media scilicet naturali notitia, & praescientia boni operis nostri: mouet vero media intentione suae voluntatis: quod

Egidius

late explicuimus, *in quaest. 1. cap. 6. a num. 114.* Et videri potest S. Thomae cuius verba sunt, *num. 44. 2.* Debet ergo praecedere ad futuritionem illam absolutam veritatis determinatae contingentium cognitio in prima arte existens.

Et ratio ne probetur.

529 Quarto, quia cognitio, qua homines cognoscimus, vel etiam Deus ante suum decretum cognoscit illam futuritionem, aut regulatur veritate illa mutabili futuritionis absolute consensus, aut regulatur eadem veritate, prout immutabiliter, & inuariabiliter est in arte Diuina? Si secundum habemus intentum, quod scilicet futuritio illa non sit prima radix veritatis determinatae contingentium: sed illa prior Diuinae artis. Si primum est contra S. Thomam, P. Augustinum, & alios, quos retulimus, & secuti sumus, *a num. 38.* Videantur ibi dicta.

S. Thomae P. Aug.

530 Quinto, quia licet in alijs locum haberet haec Doctrina, tamen in actu charitatis non posset locum habere. Etenim, vt cū nostro Doctore fundamentali, & suis discipulis late probauimus *in tract. de charitate, & defen. Argent. in 1. dist. 17. q. 1. art. 3.* actus charitatis non potest regulari, & dirigari a cognitione aliqua creata; sed duntaxat a cognitione increata. Ergo saltem respectu actus charitatis prima regula debet esse ars Diuina, & sic illius determinatae veritatis prima radix non potest esse futuritio absoluta illius, sed aliquid illa prius. Antecedens probauimus. Quia omnis actus practicus dirigens voluntatem ad finem necessario supponit intentionem finis, cum veritas iudicij practici conformis sit appetitui recto finis: actus autem charitatis est actus finis, & sic praesupponitur ad omnem directionem creatam. Et sic solum potest per increatam dirigari.

Et vtriusque in actu charitatis. Egid. Argent.

CAP. III.

Prima radix veritatis determinatae contingentium non est futuritio conditionata ipso- rum.

Primam 531 radicem desumi a veritate recondit. dicunt alij. Villegas Suarez. Curiel. PP. Iesu. Vines. Henao. Sed pluri- bus rej- ciuntur.

TERTIA sententia (quae desumptam fuisse ex antecedenti non dubitat Villegas tract. 4. cap. 1. §. prima recondit. sententia adducens pro se Suarium, & Curielem) alius adhuc reperit primam radicem veritatis determinatae contingentium, nempe antecedenter ad futuritionem absolutam contingentium, in statu scilicet conditionato: qui est, vel intelligitur propriori ad statum absolutum, in quo scit certo Deus, quid futurum contingenter determinate sub conditione cuiusque auxiliij. Sic Iesuitae, & plures, qui eorum sententiae adherent, quos magno numero refert Villegas, supra, & Vines dist. 2. Henao in Historia scientiae mediae, euent. 43. a num. 915. Iuxta quos haec cognitio futurorum sub conditione dicitur scientia media, quia media est inter naturalem, & liberam. Quia non est libera Deo subiective, est tamen non naturalis, sed contingens Deo. Quia ita cognovit consensum sub conditione futurum, ut potuerit cognoscere oppositum, si liberum arbitrium ad oppositum esset se determinaturum.

532 Sed neque haec sententia vera est, & in primis militat contra illam omnia argumenta, quibus impugnavimus precedentem, quae iterum non urgeo, quia ibi videri possunt. Admittit enim futura contingentia habere veritatem determinatam in sua futuritione exercita in ipsis contingentibus, & quod aliquid possit esse futurum futuritione exercita, & non solum ideata,

ante actuale decretum Divinae voluntatis: & debet admittere ad statum futuritionis exercitae non praecedere ideam representantem naturaliter in esse ideali, & possibili eandem futuritionem conditionatam. Ut probavimus dub. 2. cap. 1. quod totum est falsum, & impossibile, ut capite praecedenti ostensum est.

533 Rursus debet admittere creaturam in illa futuritione conditionata, non solum se determinare, & movere, sed etiam se dirigere a se, & non dirigi ab alio priori: quia non concedit in Divina arte veritatem determinatam possibilem in esse ideali, naturaliter representatam in ideis, & per scientiam omnino naturalem a Deo cognitam, alias non esset necessarius recursus ad statum conditionatum, ut citato loco probavimus.

534 Nec possunt dicere Doctores isti creaturam in illa futuritione sub conditione elicienda dirigi, & regulari, a scientia naturali de possibilitate consensus, quae praecedat determinationem illam sub conditione futuram.

535 Nam, vel idea illa, & scientia naturalis praecedens illam futuritionem, eamque regulans, & dirigens, est idea, & scientia de consensu possibili determinate voto voluntati, in tali instanti, & sub tali auxilio, & circumstantijs cum impossibilitate consequenti dissensus pro eisdem circumstantijs, ut nos ponimus pro tertio signo: vel solum est idea, & scientia naturalis de consensu possibili in determinate, quia sic representatur possibilis voluntati consensus, ac dissensus pro eisdem circumstantijs? Si primum iam admittit illa sententia scientiam mediam, & statum illum conditionatum non esse primam radicem veritatis determinatae contingentium: cum admittat illam eandemmet veritatem determinatam praecedere ad statum illum conditionatum, prout naturaliter re-

Et debet admittere creaturam esse primam regulam.

Vel incidere in nostram sententiam.

pra-

representatam in ideis, & arte Divina, & naturaliter cognitam per scientiam naturalem, quod nos intendimus. Si secundum scientiam illam, & ideam naturalis non poterit regulare creaturam, ut eliciat futuritionem illam conditionatam. Quia ab idea, & scientia eventus in determinati non potest regulari elicientia eventus determinati, neque ab idea rei incomplexae, vel partium alicuius totius poterit regulari elicientia alicuius complexi, & totius. Vide, quae diximus a num. 261.

536 Igitur ne dicatur creaturam esse primam regulam suae actionis, admittenda est alia prior regula, & cognitio regulativa in Deo, quae sit aristotelius illius complexi, scilicet voluntatis actu, & determinate consentientis pro hoc instanti, & circumstantijs, sub hoc auxilio: alioquin impossibile esset Deum nostram actionem regulare. De quo num. 40.

Nec sufficit praedicta, aut lex. 537 Dices. Creaturam in illo statu conditionato regulari praepro naturali, & lumine rationis, seu prudentiae insito naturae ipsi, iuxta illud Psalm. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

Quia haec regulant moralitatem.

538 Sed contra, quia hic non loquimur de regulatione actus in esse moris, haec enim provenit a lege, vel a lumine rationis, sed de regulatione actus liberi in esse entis, & veri naturalis, & artificiatu recti, quae debet esse aliqua representatio, seu idea immutabiliter existens in primo artifice, ut explicatum est. Imo hinc desumitur novum argumentum. Si esset impossibilis regula morum in regulato, quia non esset participata a prima regula morum, prout in regulante, impossibilis esset actus moralis, quatenus moralis. Ergo idem dicendum de regula physica, seu naturali, dicendum enim esset in eo casu creaturam esse primam regulam phy-

caem suae operationis. Quod esse impossibile patet.

539 Imo Thomista, (si credimus Ripaldam disp. 23. de ente, sect. 7. numer. 34.) ex eo quod creatura non possit esse prima regula honestarum actionum, ideo putant impossibilem esse creaturam impeccabilem. Nam hoc solum competit Deo, qui invariabilis est. Et ipse Ripalda, licet putet esse possibilem creaturam naturam suam impeccabilem, negat tamen illam fore primam regulam suarum actionum honestarum. Quia revera (inquit) esset pendens, & participans a Divina regula, non solum in essendo, sed etiam in regulando, quia ipsa non esset necessario honesta, & indefectibilis, quia sibi conformis, sed quia esset necessario conformis voluntati Divinae. Hoc ergo nos dicimus de illa determinatione futura sub conditione. Vel enim admittenda esset creatura prima regula illius in esse talis operationis naturalis, & liberae, vel dicendum illam operationem esse participationem primae artis, & sic non esse primam radicem veritatis determinatae contingentium.

540 Unde iam secundo illam sententiam impugno. Illa determinatio creaturae sub conditione, est bona bonitate naturali, & veluti physica. Ergo est participatio alicuius similitudinis existentis immutabiliter in Deo. Probo consequentiam. Quia illa bonitas naturalis est quaedam integritas individualis mutabilis, & omne bonum mutabile est participatio suae similitudinis in primo esse existens, ut constat: & docet P. Augustinus 12. de Civitate cap. 1. Dicimus (inquit) itaque immutabile bonum esse, nisi unum verum Deum beatum; ea vero, quae fecit, bona quidem esse, quod ab illo, veruntamen mutabilia, quod non de illo, sed de nihilo facta sunt. Quod ulterius explicat cap. 5.

Et ex hoc arguitur ad regulam entis. Ripalda.

Nam de determinatio est bona entitativa.

P. Aug.

nere, & natura, & in propria mensura, & hoc esse est effectus esse idealis, quia ab eo regulatur, & ideo est illius imitatio, & participatio.

552 Nec refert, si dicas hoc habere locum in rebus naturalibus, non in contingentibus, & in determinatis, quia in determinata, in Deo solum possunt habere esse indeterminatum.

Etiā contingētibz. 553 Nam, ut latissime explicuimus *sub. i. cap. 3. q. 4.* Sicut contingētia in se ipsis, dum in tempore existūt, habent triplicem statum in voluntate, primum, negationis, in quo voluntas est absque auxilio, vel principijs necessarijs ex parte actus primi: in quo est negata ad libere operandum: secundum, indifferentiæ, in quo est cum auxilio, sed absque vlla determinatione, cum potentia tamen, & indifferentia ad utrumlibet: tertium, actualis determinationis, in quo iam se determinavit ad consensum, verbi gratia, & abstulit a se per se ipsam, vel ratione Diuinæ determinationis physicae, aut moralis indifferentiam; ratione cuius propriæ determinationis iam non est indifferens ad consensum, & dissensum, sed est necessitata ad consensum, & ex suppositione suæ determinationis est impossibilis ei dissensus, vel carentia consensus; sed necessario necessitate consequenti consentit.

Quia cōsing. in Deo habent triplex signum. 554 Sic in Deo, & ideis Diuinis contingētia habent triplicem statum idealem, seu triplex signum, representatum per triplicem ideam. Primum, in quo representatur voluntas in signo negationis: quia representatur absque auxilio, vel principijs necessarijs ad operandum ex parte actus primi, in quo representatur voluntas, ut negata ad operandum, & hac idea solum potest regulari Diuina voluntas, & potentia ad causandam voluntatem, ut negatam ad operandum. Secundum signum est, in quo representatur voluntas in signo indifferen-

tia, in quo representatur cum auxilio, & alijs requisitis ex parte actus primi ad operandum, cum indifferentia ad consensum, vel eius carentiam, & ad dissensum, & absque aliqua determinatione, sed ut determinatiua: & idea ista solum potest dirigi Diuina voluntas, & omnipotentia ad producendam voluntatem indifferentem, nec potest illa sola dirigi ad definiendum consensum: quia idea in determinatorum non potest dirigere ad causandū aliquid determinate. Quare opus est ponere tertium aliud signum determinationis voluntatis in esse ideali, naturaliter representatum in Diuinis ideis: alioquin Deus, ut causaret aliquid contingens ad extra, deberet prius consulere libero arbitrio, quid facturum sub tali, vel tali auxilio, si ei daretur? & Diuina voluntas regularetur per determinationem creaturæ, quod putamus inconueniens, propter dicta *capite precedenti.*

555 Quare ad hoc, & alia inconuenientia vitanda, dicimus contingētia habere aliud tertium signum, seu statum idealem, quem appellamus actualis determinationis, in quo representatur voluntas, ut actualiter determinata ad consensum: in quo ipsa abstulit a se indifferentiam, vel se ipsam, & auxilium determinando, vel prædeterminata à Deo, media prædeterminatione physica, aut morali (iuxta diuersas sententias) ratione cuius propriæ determinationis, iam non representatur, ut indifferens ad consensum, vel dissensum, sed ut impossibilitata non consentire, ex suppositione determinationis suæ: ex qua est impossibilis ei dissensus, qui pro signo antecedenti erat ei possibilis: & hac idea tertij signi dirigitur Diuina voluntas, & potentia executiua ad causandam voluntatem liberè consentientem, per illa auxilia, per quæ in statu ideali præmissa est se

Et in 3. habent veritatē determinatam.

determinare, & consentire, prædiffinendo Deus determinate consensum, prout dependentem ab illis causis, à quibus in statu ideali præsciuit ipsum libere dependere. Et sic Diuina voluntas nec habet causam, nec tollit libertatem. Et hæc videtur mens D. Thomæ *1. p. q. 19. art. 5. præcipue in solutione argumentorum.*

D. Tho. mas.

Quapropter regulari Diuina prædiffinitio. 556 Hoc autem (prout ad propositum pertinet) sic contingit. Nam cū Deus agat per intellectum, & voluntatem, cognoscit præscientia sua speculatiua consensum voluntatis in esse ideali, prout dependentem ab his causis determinatis: & sic sua voluntate præintendit consensum ipsum, prout à talibus causis faciendum à creatura: & cum talis effectus dependeat à talibus causis, Deus, quia voluit talem effectum esse, vult etiam tales causas esse, & videri potest D. Thomas *supra art. 4. q. 5.*

557 Hinc fit, ut Deus cognoscat futura sub conditione futuratione ideali in sua idea. Nam cum idea illius tertij signi representetur consensus liber prout à voluntate, & auxilio in hoc instanti, & circumstantijs, cognoscit etiam scientia naturalis, quod, si esset voluntas cum eo auxilio, in illo instanti, & circumstantijs, erit consensus, vel esset futurus.

Alij 1. 558 Secundo alij explicāt hanc nostram sententiam per omnipotentiam, dicunt enim omnipotentiam ratione suæ infinitæ virtutis continere esse huius complexi, voluntas actu, & determinate consentiens virtute huius auxiliij in hoc instanti, & circumstantijs. Quia esse huius complexi ratione qua est aliqua entitas, & aliquod esse, non potest non contineri in omnipotentia, cuius obiectum, seu effectus est quid quid habet rationem entis, & sic distinguunt duplex esse rerum, vnum in causis, aliud in se ipso: sicut distinximus de esse ideali, & exercito. Sic

colligitur ex Egidio, quæ retulimus *sub. i. cap. 6.* & ex D. Thoma relato *num. 503.*

Egidius D. Tho.

559 Tertio alij explicant talem sententiam per essentiam Diuinam, ut est imitabilis a creatura, dicunt enim nullam esse creaturam naturalem, vel contingentem, quæ non sit imitatio quædam Diuini esse: & sic distinguunt duplex esse creaturæ: vnum possibilitatis, quæ est in essentia Diuina, quæ est eminenter omnis creatura: nam creatura, ut possibilis nihil est aliud, quam ipsa creatrix essentia. Aliud quod habet in se, ut est quædam perfectio: & dicunt contingētia, ut determinata (quo pacto sunt, quando in se ipsis existunt) præcedere in esse imitabili in essentia Diuina, & sic cognosci scientia naturali: post decretum autem cognosci, ut futura in se ipsis, non variatione Diuinæ essentiæ, quia ipsa sit denuo representatiua, sed quia ipsa contingētia incipiunt habere esse, vel futurum, vel existens, quo incipiunt esse similia Deo, quia habent perfectionem in se participatam à perfectione essentiæ Diuinæ, cuius sunt imitationes. Et sic videntur discurre S. Thomas, Bachon, & Aureolus, quos reuli citato *cap. 6. numer. 50.* & præcipue Aureolus, qui latissime hoc explicat & N. B. Jordanus de Saxonia *serm. D. P. Aug.*

Alij per essentiam Dei ut imitabilem.

S. Thomæ Bachon. Aureol. B. Iord. de Saxonia.

560 Quarto hoc explicant alij per cognitionem Diuinam, ut est prima regula omnium factibilium. Putant enim consensum determinatum, seu voluntatem, ut determinatam ad consensum (prout in illo tertio signo sæpe explicato) habere duplex esse: Primum, prout in prima regula, & prout in Deo regulante, & sic habet esse invariabile, & immutabile; secundum prout in regulato, scilicet prout in se ipso, & sic habet esse in se ipso: & primum esse est regula posterioris, & ibi fundatur prima veritas determinata

Alij per Deū cognitionem.

con-

S. Thom. Gerard. Aureol. Arim. P. Aug. contingentium, sicut in primo modo explicatum est. Sic videntur sentire S. Thomas, noster Gerardus, Aureolus, & Ariminensis relati num. 23. & 39. imo P. Augustinus ibi relatus, & satis explicuimus num. 468. & seq.

Alij per esse Diuum, vt est species intelligibilis: distinguunt enim duplex esse intelligibile consensus prout est determinatus, in esse Diuino, & in se ipso. Sicut enim omnes res habent esse intelligibile, dum sunt in se ipsis, quo pacto sunt intelligibiles a creaturis, & etiam in essentia Diuina, in qua sunt eminenter intelligibilitates omnium creaturarum: sic etiam consensus determinatus habet duplex esse intelligibile: vnum in se ipso, & aliud in Deo; & illud est participatio istius, & in eo fundatur veritas determinata illius tanquam in prima radice. Sic Egidius, cuius mentem late explicuimus dub. 1. cap. 8.

562 Posset haec nostra sententia explicari alijs vijs, sed quomocumque explicetur, dicendum primam rationem dicem veritatis determinatae continetur sententiam fundari in esse determinato, & inuariabili, quod habent in Deo, siue hoc esse sit ideale, siue possibile, siue intelligibile, siue obiectivum, ex quo oritur esse determinate futurum tanquam a prima radice, & in quo cognoscitur primo a Deo per scientiam naturalem, sicut cognoscuntur coetera possibilis: & sic hac cognitione dirigitur Diuina voluntas ad illud esse intendendum, & causandum, & sic etiam media cognitione illius esse idealis dirigit creaturam, vt efficiat esse determinatum contingentium.

563 Atque hinc possent conciliari diuersae sententiae, quae versantur, circa efficaciam gratiae. Nam vna intendit auxilium efficax debere esse tale, vt cum eo in sensu composito componi possit dissensus. Altera intendit totam efficaciam debere incipere a Deo.

Et vtrumque potest admitti in hac nostra sententia (quid quid sit de eo, An hoc putemus?) Nam esto cum auxilio coniungi possit dissensus, etiam in sensu composito entitatis auxiliij, semper tamen efficacia auxiliij, seu potius auxilium vt efficax descendit a Deo, quin ad decernendum expectet consensus voluntatis, praermissum sub conditione futurum, futuritione exercita in se ipso: quia omnis praedeterminatio consensus liberi regulatur scientia naturali, quam Deus habet a se, & naturaliter, & nullo modo contingenter: sicque auxilium vt efficax descendit ab idea, vel omnipotentia Dei.

CAP. V.

Deducuntur ex hac doctrina aliqua pulchra consectaria.

564 EX hac nostra sententia deducuntur aliqua consectaria satis pulchra, quibus ipsa sententia clarior, & vtilior apparebit. Primam est, emanationem filij, & Spiritus Sancti esse rationem emanationum creaturarum a Deo. Sic Egidius quodlib. 1. q. 2. Argentinus in 3. dist. 11. q. 1. art. 1. Et probat Egidius, quia creaturae procedunt a Deo, vt artificialia ab artifice. Nam sapientiae 7. Deus dicitur omnium artifex, & Aristoteles 12. metaphysica ait, quod, quae hic inferius aguntur, & etiam omnes dispositiones stellarum procedunt ab vna arte intellectuali principali, quae dicitur Diuina; & ideo cum verbum, seu filius sit ars Patris, fit, vt omnia quae emanant a Deo, siue necessaria sunt, siue contingentia, quia omnia artificata Dei sunt, emanent a Deo per verbum, & artem: & cum ars determinetur ab amore, fit, vt procedat ab Spiritu Sancto: & sic emanationes ad intra sunt rationes emanationum creaturarum ad extra.

Emanationes ad intra rationes emanationum creat. Egidius Argentinus. Sapient. Arist.

565 Vnde

565 Vnde, vt notat Egidius, modus noster intelligendi est oppositus modo intelligendi Dei. Nam noster modus intelligendi cum sit potentialis, primo intelligit alia, & intelligendo alia intelligit se: modus autem intelligendi Dei e contra intelligendo se, intelligit alia; & sic primo intelligit essentiam, & illam amat, & intelligendo, & amando essentiam suam, intelligit alia necessario, & producit ea libere regulando productionem suam, & operationem aliorum per primam veritatem suae artis, & determinando, & mouendo alia, vt operentur, per suum amorem, quo omnia trahit ad se, tanquam ad vltimum finem: & sic omnibus praedeterminat finem per suam artem, & media ad finem: & per suam voluntatem mouendo, & inclinando ad talem finem, facit creaturas illum consequi; secundum vnius cuiusque caprum, media cognitione dirigendo, & media voluntate operando, & inclinando. Et sic etiam S. Thomas 1. p. q. 19. art. 4.

S. Thom.

Ratione naturali non potest cognosci myst. SS. Trinit.

Omnipotencia in distincta ab intellectu voluntant.

566 Neque hinc fit, posse ratione naturali cognosci mysterium Trinitatis. Quia, vt docet Egidius supra, licet ratione naturali cognoscamus Deum omnia operari per verbum, & per amorem, quod tamen illud verbum, & ille amor sint realiter distincta ab eo, a quo procedunt, ratione naturali assequi non possumus. De quo plura fundamentalis Doctor in 2. dist. 13. q. 3. per totam.

567 Secundum consectarium. Potencia executiua, seu omnipotentia in Deo non distinguitur etiam ratione ab intellectu, & voluntate. Probatur, quia emanationes creaturarum sunt participationes emanationum ad intra (Primum enim Deus producit ad intra, & secundo ad extra) cum autem productionum ad intra sint tantum principium intellectus, & voluntas, sic etiam productionum ad extra: in-

tellectus enim, & voluntas primo, & per se cognoscunt, & amant Deum, secundo autem creaturas.

Nullam perfectionem addens supra illa.

568 Ex quo vltius fit, vt omnia potentia nullam perfectionem addat supra intellectum, & voluntatem. Nam attingentia effectus, seu termini secundarij nullam perfectionem addit supra attingentiam primarij. Quia terminus secundarius attingitur ratione primarij, alias non esset secundarius, sed primarius: & vtrius commune axioma, vbi vnum propter aliud, vtrouque vnum tantum. Quare non plus perfectionis est in Deo, & creaturis simul, quam in Deo solo. Vt Egidius explicat in prologo ad 1. p. 3. q. 1.

569 Ex quo fit vltius, vt nec verbum procedat per se, in quarto modo dicendi per se, ex cognitione creaturarum, neque Spiritus Sanctus ex amore creaturarum: quia eandem perfectionem omnino haberent tunc, ac modo. Et ideo Egidius citato quodlib. 1. ait. Sicut Deus Pater si nihil aliud intelligeret, nisi se, adhuc procederet vtrouque: sic Pater, & filius si nihil aliud vellent, nisi bonitatem suam, adhuc spirarent Spiritum Sanctum, cum eadem scilicet perfectione, quam modo habet: alioquin Spiritus Sanctus non esset, sicut neque verbum Diuinum, si totam perfectionem, quam modo habet, non haberet. Oppositum sentit Egidius dicendum de creaturis sibi, scilicet ipsas per se procedere ex cognitione Dei, prout est imitabilis a creaturis. Vnde si repugnaret cognitio naturalis Dei de consensu libero, vt possibile, prout in tertio signo explicato, repugnaret existentia consensus.

Persona Diuina non procedunt ex cogn. creat.

Egidius

Omnipotencia in connexa cum creatis

570 Ex quo fit tandem omnipotentiam quoad suam perfectionem intrinsecam non coniecti cum creaturis possibilibus, licet e contra creaturae cum omnipotentia coniectantur, & ratio est: quia omnipotentia non distinguitur ab intellectu, & voluntate, & ho-

horum perfectio primaria desumitur per ordinem ad essentiam Diuinam. Vnde creatura non cognoscitur ab intellectu Diuino in omnipotentia ratione connexionis, sed ratione contingentiae.

571 Tertium consecrarium. Ad hoc, vt consensus liber (& idem est de alijs effectibus) sit futurus, & existat absolute, solum requiritur duplex actus in Deo, vnus intellectus, scilicet Praescientiae, quo Deus cognoscit consensus liberum cum dependentia a suis causis, vt possibilem fieri, si velit; alter voluntatis, quo intendit, vel proponit illum esse, quo actu determinatur Praescientia, vt sit actu, & formaliter practica.

572 Ex quo vltimus fit, Praedestinationem non includere nisi duos actus, vnum intellectus, qui dicitur Praescientia, quo Deus cognoscit vitam aeternam, & media infallibiliter ad illa conducentia, scilicet actus bonos, vt possibilem fieri a voluntate virtute gratiae, & praecipue perseuerantiam in gratia: & alterum voluntatis, quo Deus preparat media, quae praesciuit, & sic Praedestinatio est Praescientia, & preparatio beneficiorum Dei, de quo in quaestione a num. 112.

573 Quartum consecrarium. Deus sua Praescientia dirigit omnem causam secundam ad operandum, tanquam prima regula cuiusque operationis, & effectus, siue hic sit necessarius, siue contingens, & sua intentione ordinat, mouet, & determinat omnem causam secundam ad operandum media intentione finis. De quo late in quaestione a num. 114.

574 Ex quo fit, vt entitas, & veritas cuiusque effectus correspondeat Diuinae praescientiae, & ideae ipsius, naturaliter existenti in Diuina arte: bonitas vero ipsius effectus siue naturalis, siue moralis, siue supernaturalis correspondeat Diuinae voluntati. Et

constat, quia veritas cuiusque effectus siue necessarius, siue contingentis consistit in conformitate cum sua prima regula; haec autem est ars, & scientia naturalis Dei: at bonitas illius consistit in rectitudine ad finem, & ad legem naturalem, vel moralem, vel supernaturalem, quae est Diuina voluntas.

575 Fit secundo, omnem creaturam, siue naturaliter, siue etiam libere operantem, esse, & operari, vt instrumentum Dei. Sic Egidius, Argēinas num. 564 relati, & plures alij, praecipue Thomistae. Et constat ex primo consecrario. Quia omnis causa creata operatur vt regulata per Diuinam sapientiam, quae est ars vniuersalis omnium, & vt mota a Diuina voluntate, & sic vt instrumentum eius. Neque hoc tollit, quin creatura sit causa principalis, sui effectus, vt diximus in physica, & quin operetur libere, & vt causa artificialis secunda.

576 Quintum consecrarium. Contingentia vt possibilem, & vt futura sub conditione, & absolute, siue futuritio sit signata, & idealis, siue exercitata in se ipsis, non mensurantur aeternitate, nisi prout habet esse invariabile, & immutabile in arte Diuina. Et ratio est, quia aeternitas (siue distinguatur ab intellectu, & voluntate, siue non) primario mensurat Diuinam essentiam, secundo creaturas: quia omnis perfectio Diuina primario respicit Deū, & creaturas secundo, & ex consequenti: ac proinde non potest attingere creaturas, nisi attingendo se ipsum, & sic non potest illas mensurare, nisi in se ipso.

577 Vnde futura contingentia secundum praesentialitatem fundatam in existentia, quam habent in se ipsis, non solum ab aeterno non sunt praesentia immediate aeternitati, sed neque etiam quando actu existunt in se ipsis. Et ratio est: quia sicut intellectio Diuina non attingit res in se ipsis, sed in

Omnis creatura instrumentum Dei. Egidius S. Thom. Argē.

Futura qualiter mensurantur aeternitate.

Creatura prout existunt in se, non mensurantur aeternitate.

ipso Deo, & similiter voluntas: sic etiam aeternitas non mensurat res prout existunt in se ipsis, sed prout habent modum essendi in ipso Deo: & ratio est saepe attacta, quia res in se ipsis habent modum essendi potentialem, & variabilem, & solum in Deo habent modum essendi invariabilem, & immu-

Egidius Aureol. & est mens Aureoli in 1. dist. 36. art. 1.

578 Et quod dictum est de rebus prout mensurantur ab aeternitate, & attinguntur ab intellectu, & voluntate, dicendum etiam est de rebus, prout attinguntur ab alijs attributis Diuinis, & Diuinis perfectionibus, secundum quod perfectionem Dei dicunt. Respiciunt enim primo, & principaliter Deum, & secundo, & ex consequenti creaturam. Quod quomodo in singulis contingat, non est huius loci explicare. Sic enim saluatur summa perfectio actuum Diuinorum, si primario respiciant Deum, & non creaturam. De productionibus vero dicendum, esse formaliter immanentes in Deo, & virtualiter transcentes.

579 Vltimum consecrarium. Omnis operatio creaturae, siue naturalis, siue libera de genere bonorum est prior prout a Deo, quam prout a creatura, non solum ordine durationis, sed etiam causalitatis in generibus causarum dicentium perfectionem. Hoc consecrarium sequitur ex dictis. Et quidem opera bona esse priora prout a Deo ordine durationis compertum est: quia aeternitas praecedit omnia tempora, vt patet.

580 Quod vero sint priora ordine causalitatis in generibus causarum dicentium perfectionem probatur. Et primo in genere causae idealis prius sunt creata opera in essentia Diuina, vt in imitabili, & vt in idea, & prima arte, quam in creatura: quia idea est causa ideati, non econtra. In genere

Operatio creata prior, prout a Deo.

Ordine etiam causalitatis dicentis perfect.

vero causae finalis etiam patet: quia Deus vltimus finis est, creatura autem intermedius, aut proximus: & finis proximus, & inter medius finalizat virtute vltimi: at in genere causae efficientis etiam constat: quia Deus est prima causa efficiens, creatura secunda, & prior est effectus a causa prima, quam a secunda.

581 In generibus vero causae materialis, & formalis effectus creati sunt priores prout a creatura, & vnice prout a creaturis, quia Deus nullo modo est causa materialis, aut formalis intrinseca, aut potest esse, licet possit esse formalis extrinseca specificatiua actuum, qui circa ipsum versantur, & hoc modo prior est ipsis actibus: sicut mensura prior est mensurato.

Secus in alijs generibus causa.

CAP. VI.

Soluuntur argumenta Perezij, & explicatur. Quo modo cognoscat Deus actus liberos nostros per scientiam a nobis inenitabilem?

582 SED hanc nostram sententiam videntur impugnare argumenta, quae adducit Antonius Perez Iesuita 1. p. de intelligentia Dei disp. 5. art. 13. cap. 4. vt probet impossibile esse Deum cognoscere actum liberum nostrum, vt futurum, seu existentem per scientiam inenitabilem a nobis, & sic per scientiam omnino naturalem Deo.

Obicitur scientiam per se euitabilem. Anton. Perez.

583 Nam, qui potest euitare aliquid, potest euitare omnia essentialiter connexa cum ipso: sed cum actu voluntatis creatae est essentialiter connexa scientia Dei, & potest tolli a creatura. Ergo & scientia, & sic non est necessaria, sed contingens.

Quia qui potest euitare vnum, potest euitare test, & connexa.

584 Maiorem, ait, videri principium per se notum. Si enim ego possum impedire libere, & euitare exist.

rentiam Petri in hoc gymnasio, possum impedire sessionem Petri in hoc gymnasio, & si est mihi liberum evitare peccatum mortale, est mihi etiam liberum evitare poenas inferni pro eo infligendas.

Et scientia Dei connectitur cum consensu creaturabili

585 Minorem probat, quia scientia Dei essentialiter connectitur cum suo obiecto, & cum conjunctione sui obiecti, quia est infallibilis, & infallibilitas scientiae est conjunctio ipsius cum obiecto.

Et nos possumus facere Deum noscitur ac- tias.

586 Confirmatur primo. Nos habemus potestatem efficiendi, ne Deus habet scientiam veram, de existentia nostri actus liberi, ergo habemus potestatem efficiendi ne scientia Dei circa ipsum actum liberum existat. Probat antecedens. Quia Deum habere scientiam de existentia mei actus liberi est Deum habere illam scientiam, & meum actum existere, & nos habemus potestatem efficiendi ne noster existat actus.

Alias effemus necessitate. & li. hri.

587 Confirmatur secundo. Si scientia Dei ita existit, ut eius existentiam non possim vitare, ego sum necessitatus, ut existat illa scientia, & ut existat vera. Ergo haec duo simul coniunguntur, primum, me esse necessitatum ad existentiam scientiae Dei, deinde me esse liberum ad veritatem illius scientiae, quod est absurdum. Quia impossibile est aliquem esse necessitatum ad existentiam alicuius rei, & esse liberum ad existentiam proprietatis essentialis ipsius rei. Omitto alia, quae hic Doctor adducit, quia innuntur eidem principio, & sic eadem solutione solvantur.

Petitur quo modo explicari. Quo modo cognoscat Deus scientiam inveni nobis in evitabilem? de quo late egimus dub. 2. cap. 10. & sequentibus.

588 Hoc argumentum petit sibi explicari. Quo modo cognoscat Deus actus liberos nostros per scientiam a nobis in evitabilem? de quo late egimus dub. 2. cap. 10. & sequentibus.

Actus nostros, comparatione ad nos, & duratio-

589 Pro cuius explanatione suppono ex dictis num. 320. actus nostros, comparatione ad nos, & duratio-

nem temporalem subsequentem ipsorum futuritionem, esse contingentes, comparatione tamen ad scientiam Dei esse necessarios: quod amplius explicuimus a num. 338. & praeterea docet Capreolus compediatus a Sonzinate in 1. dist. 38. q. 2. c. 6. l. 7. noster Franciscus a Christo ibidem, tr. 1. de Praescientia q. 6. conclus. 3. imo Durandus ibi q. 3. n. 22. 23. & 24. noster Sciera ibi quaestio primo.

tingentes, & necessarii.

Capreol. Sonzinate Franc. a Christo. Durand. Sciera.

590 Et praeter rationes citatis locis adductas potest adduci haec. Quia licet res contingentes uniformiter comparentur ad scientiam Dei, & ad causas proximas (ut contra S. Thomam, & praefatos Doctores putat Aureolus in 1. dist. 39. art. 2. proposit. 2.) tamen certum est, & ipse Aureolus concedit, quod actus nostri contingentes, licet ut futuri sint a nobis evitabiles, tamen ut positi iam in actu necessarii sunt, & in evitabiles a nobis: quia nos non possumus non causare, quod causavimus, & sic considerati per ordinem ad scientiam Divinam, sunt etiam necessarii, & inevitabiles, & ipsa scientia tales actus, prout stant sub tali positione in actu per determinationem voluntatis, necessario cognoscit. Ergo stat optime actus nostros secundum se sumptos esse nobis, & Deo contingentes, & prout stant sub determinatione, & existentia, & necessitate ad determinationem voluntatis creaturae subsecuta, esse nobis, & Deo necessarios, & in evitabiles. Et idem etiam dicendum de actibus, prout stant sub futuritione.

Et quomodo

Aureol.

591 Secundo suppono ex dictis p. 4. scientiam Divinam de veritate determinata nostrorum actuum, non habere connectionem cum ipsis actibus secundum se sumptis (ut sic enim non habent veritatem determinatam) sed prout stant positi in actu, & sub determinatione actuali libera voluntatis, & prout stant ab ea in evitabiles, quo pacto

Praescientia connectitur cum actibus, ut de determinatione

pacto representantur per ideam tertij signi. Nam scientia Divina non potest iudicare veritatem nostrorum actuum, nisi in signo in quo obiective actus nostri veritatem determinatam habent, & sunt materia determinatae cognitionis.

Dei, & creatoris modus operis.

592 Tertio suppono ex dictis n. 296. modum essendi, representandi, operandi, & cognoscendi Dei, esse operatum modo essendi, operandi, & cognoscendi creaturae. Quia Deus cum sit actus purus, incipit ab actualioribus, & determinationibus, & sic incipit a se, & a creaturis prout sunt in se, & secundum quod magis participat actualitatem sui: & ita prius (nostro modo intelligi imperfecto) terminatur eius intuitus ad actus nostros liberos, prout stant sub actuali determinatione libera voluntatis, quo pacto sunt a voluntate creata in evitabiles, quam terminetur ad eisdem actus secundum se sumptos, & prout stant sub indifferentia voluntatis, & prout sunt ab ea evitabiles: licet simul talis intuitus naturaliter terminetur ad voluntatem sub triplici signo, negationis, indifferentiae, & determinationis. Quia voluntas pro illo triplici signo naturaliter representatur Divino intuitui in triplici idea, subesse ideali, & possibili mensurato aternitate.

Praescientia attinet ad actus nostros, ut in evitabiles.

593 Ex his iam patet, quomodo cognoscat Deus actus liberos nostros per scientiam a nobis in evitabilem. Quia scientia Dei, ut est infallibilis de determinatione, futuritione, & existentia actuum nostrorum liberorum, non connotat actus nostros liberos, secundum se sumptos, sed prout stant sub actuali determinatione, quo pacto sunt a nobis in evitabiles, & secundum quod a nobis inevitabiles sunt: & sic cum non possimus evitare actus nostros, ut sunt materia intuitus infallibilis scientiae Divinae, nec possumus evitare scientiam Divinam,

594 Secundo hoc potest explicari ex possibilitate determinationis nostrorum actuum essentialiter requisita ad nostros actus liberos causas a nobis. Quia non potest esse effectus alicuius causa, & dependere ab exercitio illius, id quod essentialiter debet praesupponi ex parte causa, ut causa operetur: ut patet. Nam alias esset effectus talis causa, & non esset effectus, quia supponitur, non esset; quia necessario praesupponitur ad exercitium causa. Unde impossibile est lumē corporale esse visionis effectum, quia essentialiter requiritur ex parte potentiae visiva, ut possit videre.

Sicut, & ad eos praesupponitur

595 Iam vero possibilitas determinationis cuiusque nostri actus liberi, seu determinatio cuiusque nostri actus liberi ut possibilis, debet praesupponi essentialiter ex parte causa creata: quia alias impossibile esset causam creatam causare actum determinatum, nisi diceretur possibilitate talis actus nostri liberi determinatam esse effectum creaturae: quod patet esse dissonum.



596 Et hoc adhuc videtur in Praescientia Divina, & idea de cognoscibilitate, & representatione actualis determinationis nostri actus liberi, necessaria proculdubio est prima regula, & causa existentiae nostri actus liberi de terminati. Nam omnia, quae existunt, & existere possunt, in rerum natura facta sunt a Deo per Verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Ioh. 1. & ipse est omnia. Ioh. 1. n. 3. Ego ad omnem determinationem liberam voluntatis create, siue existentem, siue futuram absolute, vel conditionate, necessario praecedere debet idea scientiae, de tali determinatione. (per haec, vel per illa media elicita a creatura) ut causa prima, & prima ars illius consensus determinare per talia media faciendi. Ergo quod Deus habeat ideam, & scientiam talis con-

sensus, nullo modo potest esse effectus illius causae creatae, nec terminus a priori per illam illatus. Patet consequentia: quia alias illa determinatio creaturae non esset facta per Verbum Dei, nec per artem Diuinitatis. Debet ergo dari scientia naturalis in Deo de nostris actibus liberis, quae per actus nostros liberos non sit euitabilis.

Argumentum. 1. in Ioannem contra Arrium dicens P. Aug. tem Christum esse creaturam, & Verbum Dei factum esse. Contra quem Augustinus illud fecit evidens argumentum omnibus notum. Quo modo potest fieri, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit omnia? Sicut Verbum Dei ipsum factum est, per quod aliud verbum factum est? Si hoc dicitur, quia hoc est verbum Verbi, per quod actum est illud: ipsum dico ego unicum filium Dei. Si autem non dicitur verbum Verbi, concede non factum, per quod facta sunt omnia. Non enim per se ipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia.

Eodem. 598 Sic ergo sub eadem forma utitur argumenti. Quo modo potest fieri, ut idea, & scientia, & Verbum Dei de creaturis factum, vel formatum, sit effectus, siue terminus factionis, & determinationis creaturarum, quando Deus per ideam, & verbum, & scientiam fecit omnia? (omnia enim per ipsum facta sunt, ait Scriptura Sacra de Verbo Diuino) si & Verbum Dei ipsum factum est, siue est terminus (siue quomodocumque dicatur representatio illa de consensu sub conditione futuro), per quod aliud verbum factum est? si hoc dicatur, quia illa determinatio est verbum Verbi, per quod factum est Verbum, quod de terminatio est, ipsum ego voco verbum naturale Dei invariabile. Si autem non dicatur determinatio verbum, Verbi: concedatur necesse est

non factum, per quod facta sunt omnia, & sic esse ens a se, & Deum. Facendum ergo est esse ideam huius determinationis per has causas, per quam fiat haec determinatio per has causas: & sic hanc non posse inferre a priori illam ideam, & scientiam, quae ad illam terminatur, sed e contra. Et consequenter esse in Deo scientiam de nostris actibus liberis a nobis inuitabilem.

599 Ad argumentum ergo in principio capituli propositi posset primo dici scientiam Dei non habere connexionem cum obiecto, sicut de omnipotentia, & scientia diximus, cap. precedenti, in secundo consecrario. Nam, etiam si non esset possibilis creatura, esset eadem perfectio scientiae Diuinae, quae modo est, quia illam haberet scientia a Diuina natura: licet tunc non esset respectus rationis imitabilitatis a creaturis, quae nullam perfectionem dicit supra perfectionem Diuinae essentiae. Ut ibi explicuimus. Sed quia nostra sententia est vera in principiis cuiusque scholae, admissa illa connectione.

600 Respondeo secundo, distinguendo illam maiorem. Qui potest euitare aliquid, potest euitare omnia essentialiter connexa cum ipso, eodem modo, quo potest euitare aliquid, potest euitare omnia cum eo essentialiter connexa, concedo: eodem modo, quo non sunt connexa cum ipso, nego maiore, & in hoc sensu intellecta maiori, neque est principium per se notum, nec propositio vera. Et sic ad probationem maioris dico, eodem modo quo ego possum impedire liberè existentiam Petri in hoc gymnasio, posse impedire sessionem Petri in hoc gymnasio, sed sessio est connexa cum existentia Petri, ut sessio Petri est a me impedibilis. Et similiter eodem modo, quo est mihi liberè euitare peccatum mortale, est mihi etiam liberum euitare

Prascientia in connexa cum obiecto.

Qui potest euitare aliquid, potest euitare omnia essentialiter connexa cum ipso, eodem modo, quo potest euitare aliquid, potest euitare omnia cum eo essentialiter connexa, vt tale.

euitare poenas inferni prout connexas cum peccato mortali, vt a me impedibili. De quo sequentibus numeris.

Sed Prascientia non est connexa cum actu, vt euitabili

601 Iam vero ad minorem dico, scientiam Dei non esse essentialiter connexam cum actu voluntatis creatae secundum se sumpto, quo pacto est auferibilis a creatura, sed cum illo prout posito in actu, & sub actuali determinatione creaturae in esse ideali representato, & vt est mensura actus efficiendi liberè a creatura, quo pacto est inuitabilis a creatura, vt explicuimus num. 591.

Disparitas exempli.

602 Et hinc patet disparitas inter scientiam Diuinam comparatione nostri actus liberè ex vna parte, & sessionem Petri comparatione existentiae illius in hoc gymnasio ex alia, exemplo quo probabatur maior. Quia scientia Dei est connexa cum nostro actu libero, vt inuitabilis a nobis: sessio autem est connexa cum existentia Petri, vt a nobis euitabilis. Quia scientiae connexio est essentialiter requisita ad actum, omnino antecedenter ad actum. Est enim connexio causae vniuersalis, & artis vniuersalis, sine cuius regulatione impossibile est creaturam, vt artem particularè rationaliter operari: sessio autem solum habet connexionem cum existentia Petri in gymnasio, omnino concomitanter, & vt effectus sequutus ad existentiam.

Non habemus potestatem, ne existat obiectum prascientiae.

603 Vnde ad primam confirmationem nego antecedens, ad cuius probationem dico, Deum habere scientiam veram de existentia mei actus liberè, esse Deum habere illam scientiam, & meum actum liberum existere, vt effectum (logicum saltem) illius scientiae, non vt causam (etiam logicam) nos autem habemus potestatem efficiendi ne noster actus secundum se sumptus existat: non autem, vt non existat noster actus, vt est effectus,

seu materia illius scientiae, vt dictum est.

604 Ad secundam confirmationem dico, scientiam Dei ita existerem, vt eius existentiam non possim vitare, & sic me esse necessitatum, vt existat illa scientia, & vt existat verum (eo modo, quo ego dicor necessitatus, vt Deus habeat suas perfectiones essentielles, & attributa) sed nego haec duo simul coniungi, quod scilicet ego sim necessitatus ad existentiam scientiae Dei, & quod ego sim liber ad veritatem illius scientiae, quia ego non sum liber ad veritatem Diuinae scientiae, nec possum ipsam falsificare, etiam si sim liber ad ponendum meum actum, & non ponendum.

605 Quomodo autem possint componi, quod ego non sim liber ad hoc, vt existat scientia Dei, neque ad hoc, vt sit vera, vel non: & tamen sim liber ad ponendam, vel non ponendam existentiam mei actus, quae est materia requisita ad veritatem Diuinae scientiae, sic explicatur. Nam materia siue obiectum scientiae Dei est totum hoc. *Actus liber creaturae faciendus est contingenter per has causas, & ideo eius iudicium dicit, & affirmat actum liberum creaturae esse faciendum, & modo contingenti esse faciendum a creatura. Quare in obiecto illius scientiae necessariae includitur essentialiter me operaturum contingenter. Et sic necessitas scientiae Dei affirmat me operaturum contingenter, & consequenter operaturum cum potentia ad non operandum: quare ipsius scientiae veritas non tollit, quod ego possim non operari, sed potius adstruit: & sic non falsificatur per hoc, quod ego possim non operari, quod operaturus sum: solum ergo posset falsificari, si ego possem non operari liberè consequenter. Huic enim iudicio creaturae faciendae est liberè, solum potest sub esse falsitas per hanc propositionem actus creaturae non est faciendus liberè,*

Et habemus, vt in necessitate nostri.

Quomodo componitur hoc?

quæ negat, quod affirmat illud iudicium.

606 Vnde ego sum liber ad operandum, & non operandum, ad ponendam, & non ponendam existentiam mei actus, & supposita illa scientia, & ordine causarum, sub qua Deus cognoscit necessario me positurum actum liberè, ego ponam consequenter meum actum liberum, qua positione verificatur illa scientia, & non possum non ponere meum actum liberè, & contingenter, qua impotentia impotens sum, & non liber ad hoc, ut existat scientia Dei, neque ad hoc, ut sit vera, vel non, cum tamen sim liber ad ponendam, vel non ponendam existentiam mei actus.

Est mens Egidij. 607. Hæc solutio est doctrina Egidij de Prædest. & Præscient. cap. 3. Vbi probat scientiam Dei non tollere, sed potius confirmare nostram libertatem, & contingentem modum operandi nostrum. Quia quæcumque (inquit) Deus scit contingenter euenire, illa necessario eueniunt contingenter. Ut retulimus num. 19. Idem docet Bachon in 4. dist. 1. q. 4. art. 3. & magis expresse, art. 4. §. præterea si ista forma. Ibi enim docet, quod si Deus præsciuit, & prædestinavit aliquem saluari contingenter, ipse necessario saluabitur contingenter, ly necessario relato ad scientiam Dei, & ly contingenter ad Prædestinatum. Vnde ibi sic concludit: Modus quo Deus scit quemlibet necessario saluandum, est referendo suum esse saluandum ad necessitatem immutabilitatis præscientiæ Diuinæ: & cum hoc saluabitur contingenter, referendo suum esse saluandum ad aduentum rei. Ergo stant simul, quod quilibet præscitatus necessario saluabitur, referendo necessitatem ad præscientiam Dei (immutabilem, ut dixerat) & contingenter referendo ad libertatem voluntatis.

Egid. S. Thom. Bachon. Durand. Et totus est Bachon ibi in hoc explicando, & in fine art. 4. ait esse mentem P. Augustini 5. de Ciuitate capit. 18.

Idem habet Durandus in 1. dist. 38. q. 3. præcipue ad 1. & ante eos idem docuerat D. Thom. 1. p. q. 14. art. 13. præcipue ad 3. Imò existimo fuisse sententiam omnium antiquorum, quorum testimonia non refero, ne fastidiosum.

608 Ratio autem huius doctrinae est, quia scientia Diuina, & Diuina voluntas sunt causa, & ars vniuersalis omnium factibilium, & sic respiciunt faciendam sub ratione vniuersalissima entis, & factibilis, & sic respiciunt actus nostros liberè faciendos ut materiam, & ratio sub qua est entitas, & factibilitas ipsorum, sub qua ratione continentur factibilitas, & entitas specialis, scilicet futuritio, & factibilitas consensus, quæ licet de materiali se habeat ad scientiam Dei, de formali se habet ad causam secundam: & ideo saluatur causam secundam, ut est artifex particularis, posse facere, & non facere consensus secundum se sumptum, & non posse non facere consensus, prout stat sub ratione, sub qua est faciendus ab ipsa, & à causa vniuersali, scilicet ut faciendus liberè.

609 Et si dicas. Consensus potest fieri, & non fieri à causa particulari: ponatur quod non fiat possibilis enim posito in esse, nullum sequitur impossibile. Respondet Durandus supra ad 1. quod si ponatur in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur aliquod impossibile, est autem possibile non euenire, loquendo simpliciter, & absolute: sed stante suppositione, non est possibile, & ideo non est possibile, & ideo sic non est ponendum. Si enim præscitum est euenire, prævisus est ordo causarum talis, quo posito, & stante, non potest illud non euenire, sed necessario eueniet, necessitate suppositionis prædictæ, quia scilicet per præscientiam speculatiuam præuisus est consensus libere euenire ex voluntate cum illis causis, sub

Scientia Dei causa vniuersalis.

Durand.

sub ratione possibilis: & sic prædefinitus necessario eueniet libere, & contingenter, sub eodem ordine causarum, in quo Durandus alludit ad sententiam P. Augustini 5. de ciuitate, cap. 9. & 10.

Aug. P.

610 Sed & posset hæc nostra doctrina confirmari ex P. Aug. citato loco cap. 10. Ibi: Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, quia Deus præsciuit, quid futurum esset in nostra voluntate. Non enim, qui hoc præsciuit nihil præsciuit. Porro, si ille qui præsciuit, quid futurum esset in nostra voluntate, non videtur nihil, sed aliquid præsciuit: profecto, & illo præscie se est aliquid in nostra voluntate. Vide n. 633.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta alterius recentioris nuper obiecta.

Obije. Præscientiam non certificat. Monc.

611 SECUNDO obijcit contra nostram sententiam Pater Moncada, iam nunc Vesperarius huius Vniuersitatis, in secundo tract. de Prædestin. Sanctorum, controuers. 3. cap. 6. num. 46. Scientia naturalis non certificat Deum, quod si ponat hoc auxilium sufficiens, quod in secundo signo prævidetur indifferens, voluntas se determinabit pro tertio signo ad meritum præcarentia meriti. Ergo nec ducit Deum sufficienter ad præparandum illud ad prædestinationem. Consequentia patet. Antecedens vero probat. Nam scientia naturalis, adhuc ut protensa ad tertium signum, solum cognoscit, ut possibile, & ut quid necessario contentum in essentia Diuina, quod voluntas se determinabit ad meritum præcarentia meriti: sed hoc non potest certificare, quod ponetur in re, & cum effectu: siquidem ex possibilitate ad actum nulla fit consequentia. Ut patet. Ergo scientia naturalis non certi-

Quod ponetur in re consentans.

ficat Deum, quod si ponatur hoc auxilium sufficiens, quod in secundo signo prævidetur indifferens, voluntas se determinabit pro tertio ad meritum præcarentia meriti.

612 Et confirmat. Eo ipso, quod auxilium est indifferens, & æque coniungibile tam cum carètia, quam cum merito, est necessario æque possibile, quod sub illo ponatur in tertio signo determinatio tam ad carètia meriti, quam determinatio ad meritum: sed quia determinatio ad meritum pro tertio signo cognoscitur per scientiam naturalem, ut possibilis, & contenta in essentia Diuina, certificat per nos hæc scientia, quod si detur tale auxilium, ponetur meritum. Ergo, quia determinatio ad carètia meriti pro tertio signo cognoscitur per scientiam naturalem, ut possibilis, & necessario contenta in essentia Diuina, certificabit hæc scientia, quod si detur tale auxilium ponetur carètia meriti: ac proinde ex coniunctione vtriusque scientiæ naturalis ponentur duo contradictoria, nempe quod si detur auxilium erit in tertio signo determinatio ad meritum, & determinatio ad carètia meriti.

Quia sub auxilio etiam possibile determinatio tam ad carètia meriti, quam ad meritum.

613 Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico, scientiam naturalem, ut protensam ad tertium signum non solum cognoscere, ut possibile, & ut quid contentum in essentia Diuina, quod voluntas se determinabit ad meritum, præcarentia meriti, sed etiam quod in illis circumstantijs impossibile est consequenter determinatio ad carètia meriti, ut sepius diximus: & nego ex hoc non posse Deum certificari (si reguletur scientia naturali, ut protensa ad tertium signum) quod si ponatur auxilium in illis circumstantijs, & Deus prædiffiniat meritum fieri in illis circumstantijs per illud auxilium, non ponetur in re, & cum effectu certissime,

Præscientia certificat de futuris.

& infallibiliter meritum: & licet ex possibilitate ut eumque ad actum nulla sit consequentia, ex possibilitate determinata, & speciali ad actum valet consequentia, si interveniat decretum Dei. Et posset totum argumentum instari in scientia media, ut patet.

Si regu- 614 Ad confirmationem dico, *letur per* eo ipso, quod auxilium est indifferens, *2. signu.* & aequè coniungibile cum carentia, quam cum merito, attentà solum entitate auxilij, aequè possibile esse, quod sub illo ponatur in tertio signo determinatio ad carentiam meriti, quam determinatio ad meritum: sed nego pro tertio signo in illis circumstantijs, in quibus videtur possibile consequenter meritum, videri possibilem consequenter carentiam meriti, ut supponitur in minori. Quia solū videtur possibile antecedenter. De quo d. num. 118. & d. num. 257.

Replicatur 3. signu. non posse regulare pradis. 615 Sed replicat ille Doctor. Eo ipso, quod illa determinatio ad meritum prae eius carentia sit immediate processura (ut supponitur) à voluntate, ut indifferenti, & non praedeterminata adhuc extrinsece per decretum Dei per scientiam naturalem non aliter cognoscit eam determinationem, ut contentam in sua essentia, nisi tantquam in principio non valente determinare ex se ad ipsum actum meritum: siquidem in principijs, quae cum Iesuitis supponimus (defendendae nostrae sententiae causa) Deus purè concurrit iuxta libitum, & determinatione voluntatis creatae: & sic talis determinatio, ut libera continetur in essentia Divina, ut ponenda à me, ut non praedeterminata. Tunc sic: sed scientia naturalis hoc ipso, quod proponit Deo meam determinationem non subijci ipsi tanquam principio determinationis ipsius per suum decretum, non potest eum ducere, ut determinet ipsam per suum decretum, ut patet. Ergo ex

scientia naturali quatenus proponente *consensum liberam, ut contentum in essentia Divina*, etiam ut determinatum pro tertio signo, nequit Deus procedere ad decernendum tale complementum.

616 Explicat hoc exemplo *Et explicatur ex plo.* (quod appellat clarum) nam ponamus cum multis in Deo esse possibilem puram omissionem. In hoc casu Deus per scientiam naturalem cognoscit hanc suam puram omissionem, *ut possibilem, & in sua essentia contentam*, sed tamen ex hac sententia nequit Deus duci ad decretum efficax eius omissionis (cum implicet in terminis decretum pure omittendi). Quod autem per illam scientiam Deus non possit duci ad tale decretum efficax, provenit ex eo quod illa scientia proponit Deo eam puram omissionem, non aliter contineri in sua essentia, nisi tanquam in principio non valente determinare ad ipsam per decretum. Ergo similiter cum scientia naturalis de determinatione voluntatis creatae proponat Deo, eam non aliter contineri in sua essentia, nisi ut in principio non valente determinare ad ipsam suo decreto, nequit Deum ducere, ut ipsam decernat secure, & absque frustrationis periculo.

617 Secundo replicat contra datam solutionem. Nam dupliciter contenditur potest, quod scientia naturalis ut proponens ut contenta in Divina essentia meam determinationem, ut ponendam in tertio signo, dirigat sufficienter ad collatione auxilij sufficientis cum securitate futuri meriti prae ipsius carentia. Primo, quasi Deus ex luce, & directione huius scientiae segerat in hunc modum. *Quia cognosco determinationem ad meritum pro tertio signo esse possibilem, & in mea essentia, & omnipotentia contentam, decerno non solum quod ponatur in secundo signo auxilium indifferens, sed insuper in ter-*

tertio determinatio voluntatis ad meritum. Et hoc determinatio frigidissima erit ad rem nostram. Primo, quia nihil affert novi, sed est ipsissima sententia Scotistarum, & Thomistarum, qui quatenus excusant scientiam mediam, & putant sufficere naturalem ad dirigendum Deum, quatenus Deus indifferenter auxiliij ad utrumvis determinaturus sit ad meritum prae carentia per suum decretum efficax de positione meriti prae carentia. Secundo, quia hoc esset deferere suppositionem ipsam in qua procedit nostra sententia: nam suppositio est, quod meritum sit egresurum a voluntate, ut non praedeterminata adhuc extrinsece per decretum.

Vel si non iam improbabile. 618 Secundo modo potest contenditur, quod scientia naturalis dirigat Deum simili directione, quia Deum dirigit scientia media, & eadem securitate. *Et hic modus (ait iste Doctor) si posset fundari cum veri similitudine, esset quidem novus, & plausus dignus, habendaque essent recentiori gratia, quod in abstracta difficultate componendi certitudinem Divinae Praedestinationis cum nostra libertate, ad inveniendum modum probabilem, & liberam à durtie praedeterminationis, & à molioribus difficultatibus scientiae mediae, coeterum nulla probabilitate, aut veri similitudine (subdit) fundari potest.* Nam modus quo scientia media praebet Deo directionem securissimam, est: quia cum certificet Deum, *quod si ponat in secundo signo auxilium indifferens, mea voluntas ex se determinabit in tertio ad meritum*, ex hoc ipso fit Deo patentissimum sibi sufficere ad obtinendum à nobis cum effectu meritum prae carentia, conferre nobis illud auxilium indifferens, non se introducendo ad determinandum nos ad meritum, sed relinquendo nobis, quod determinemus nos ad ipsum, per quod palam componitur, quod, & Deus disponat

auxilium cum securitate futuri meriti, & quod nos istud libere eliciamus: scientia autem naturalis non potest sic dirigere Deum, nempe ut obtineat à nobis meritum, praebendo solum auxilium indifferens, & non se introducendo ad determinandum nos ad meritum.

619 Hanc minorem sub sumptam probat. Nam scientia naturalis cum solum ostendat Deo, quod collocato in secundo signo indifferenti auxilio, est quid possibile quod voluntas ponat in tertio signo meritum prae carentia, non vero ei ostendat, quod ponet in primo cum effectu, & in fine vi scientiae naturalis non patet Deo (sicut patet per mediam) quod ad obtinendum à nobis meritum prae carentia, sibi sufficere ponere in secundo signo auxilium indifferens, & de coetero relinquere nobis determinationem pro tertio, non determinando nos per suum decretum ad ipsam: imo potius sciet per scientiam naturalem, quod usque dum adveniat lux scientiae mediae, sibi notificantis, quod licet ipse non determinet pro tertio signo voluntatem, determinatio tamen ad meritum prae carentia non solum erit possibilis, sed ponetur cum effectu.

620 Respondeo ad primam replicationem, distinguendo duplicem determinationem voluntatis, unam qua praedeterminetur intrinsece (ut dicunt Thomistae) vel extrinsece (ut dicunt Scotistae) de actu primo ad actum secundum in omni statu. Alteram qua voluntas, ut praestituta determinata à se ipsa in statu possibilitatis, & in esse ideali, & representativo, determinatur, ut sit determinate in tempore in proprio genere se determinando: sicut praedefinitur omnes res naturales in omnium sententia: & etiam actus liberi nostri praestituti ut futuri sub conditione in sententia plurium Iesuitarum, & tam effectus naturales, quam liberi in sententia D. D. Dionisij de Divinis nominibus, quae

Et quia 3. signum non certificat ponendum consentum.

Dantur pradis. finitio. nes com. plexi, & incom. plexia

re-

Egidius refert, & sequitur Egidius in 1. dist. 36. q. 2. art. 3. in argumento in contrarium, prædeterminantur, & prædifferuntur à Deo, de esse ideali ad esse existentium media idea practica reru. Sic enim ait S. Dionysius. Exemplaria autem esse dicimus in Deo existentium rationes substantificas, & singulariter præ-existentes, quas Theologia prædifferuntiones vocat, & Divinas, & bonis voluntates existentium prædeterminativas, & effectivas, secundam quas substantiali essentia omnia prædifferunt, & producit. Vbi ipsas ideas practicas ait appellari à Theologia prædifferuntiones existentium prædeterminativas, & effectivas. Quia scilicet sunt ipsæ rationes ideales representatiuæ complexorum omnium, tam naturalium, quàm contingentium, applicatæ, & ordinatæ ad operandum à Divina voluntate, ut complexiones rerum, quæ in Deo sunt representatiuæ, & idealiter, & ad modum Dei, sint in proprio genere, & natura, admodum sui. Et idem docet S. Thomas in commento, lect. 3. & alij Patres alibi adducendi.

Et solum admittimus, prædifferuntiones complexorum. 621 Hac distinctione supposita, concedo Deum per scientiam naturalem non aliter cognoscere determinationem liberam creaturæ, ut contentam in sua essentia, nisi æquam in principio non valente determinare ex se ad ipsam actum meritoriu, determinatione auferente indifferentiam voluntatis ad actum secundum: quia admittimus (nostræ sententiæ defendendæ causa) non dari illam determinationem, antecedentem, siue extrinsecam, siue intrinsecam: sed nego Deum per scientiam naturalem non cognoscere determinationem creaturæ, ut in ideis contentam, tanquam in principio valente determinare ex se ad ipsam actum meritoriu, determinatione concomitanti auferente indifferentiam actus meritorij, qua prout est in idea est indifferens, ut existat in tempore, & in se ipso, vel non existat.

622 Unde distinguo minorem eodem modo, & concedo, quod scientia naturalis hoc ipso quod proponit Deo meam determinationem non subjicit, ut sunt ei ipsi tanquam in principio determinati in tempore eius per suam decretum, si solum sic proponit, non posse eum ducere, ut determinet ipsam per suum decretum determinatione auferente indifferentiam voluntatis ad actum secundum, sed nego scientiam naturalem, eo ipso quod proponit Deo meam determinationem sub ratione possibilis, prout ab his causis indifferentibus, representatam in essentia Divina, non posse dirigere Deum, ut prædeterminet ipsam, ut sit in tempore per has causas prædeterminatione dante esse ipsi determinationi, quo sit in se ipsa, & in proprio genere admodum sui. Nam sicut scientia naturali cognoscit Deus complexum voluntatis actu consentientis, virtute huius auxilij, potest illud prædifferunt, siue voluntas determinet auxilium, siue auxilium voluntatem: nam hæc prædifferuntio non est aliud, quam ordinatio idearum complexorum ad opus.

623 Exemplum puræ omissionis non obest. Quia sola probat, quod sicut Deus cognoscit suam puram omissionem esse possibilem absque omni actu; sic etiam determinationem nostram in ea hypotesi esse possibilem absque prædeterminatione ad actum secundum: non vero probat non esse possibilem prædeterminationem totius complexi, qua determinetur id, quod est mere possibile, ut sit existens: & posset facile instari in scientia media. Neque obest exemplum.

624 Ad secundam replicam dico, nos intendere scientiam naturalem ducere Deum simili modo, quo dirigit scientia media. Quare negamus minorem sub sumptam: ad cuius probationem dico scientiam naturalem, prout solum extenditur ad secundum signum ostendere dumtaxat Deo, quod possi-

Determinantes à Deo meam determinationem non subjicit, ut sunt ei ipsi tanquam in principio determinati in tempore eius per suam decretum, si solum sic proponit, non posse eum ducere, ut determinet ipsam per suum decretum determinatione auferente indifferentiam voluntatis ad actum secundum, sed nego scientiam naturalem, eo ipso quod proponit Deo meam determinationem sub ratione possibilis, prout ab his causis indifferentibus, representatam in essentia Divina, non posse dirigere Deum, ut prædeterminet ipsam, ut sit in tempore per has causas prædeterminatione dante esse ipsi determinationi, quo sit in se ipsa, & in proprio genere admodum sui.

Neque obest exemplum.

Præscientia dirigit, sicut scientia media.

to auxilio indifferenti, est possibile quod in tertio ponatur meritum, at prout scientia naturalis extenditur ad tertium signum, ostendit Deo, quod cum effectu, & in re ponetur meritum, si Deus velit meritum prædifferunt, ut fiat per auxilium indifferens. Nam cum in tertio signo illa scientia ostendat Deo meritum, ut possibile præcauentia ipsius, ut à voluntate virtute auxilij indifferenti, euidenter ostendit se posse prædifferunt meritum (quod videt sub ratione possibilis) ut existat in re, & cum effectu, eo modo, quo videt esse possibile, scilicet medio illo auxilio indifferenti, & ut per illud causandum a voluntate.

Ex eodem modo, ac scientia media.

625 Et quidem, quod scientia naturalis dirigat Deum simili directione, qua dirigit scientia media, & eadem securitate, imo maiori; constat ex facillimè dictis. Quia scientia naturalis ut extenditur ad tertium signum, est conditionalis, ut inuimus in intento operis num. 8. & probabimus disp. 2. per totam. Nam si scientia naturalis, ostendit Deo hanc veritatem. Possibile est consensus liber determinate ab his causis, cum impossibilitate consequenti eius carentia, vel dissensus. Etiam ostendit, quod si fuerint ista causa, erit determinate consensus, & sic, quod Deus potest prædifferunt consensus per has causas. Et quod si purificet conditionem, sub qua videtur futurus consensus per scientiam naturalem, erit consensus. Neque hæc oportet amplius explicare, quia sæpe sæpius explicata sunt, & hæc etiam vidit, & laudavit Doctor iste num. 313. adductus.

Necessatur scientiam visionis esse naturalem.

626 Ex quibus nescio qua consequentia, aut ex qua Doctrina nostra Doctor iste inferat contra nos, in confirmatione tertij argumenti. Ex nostra sententia sequi scientiam visionis esse naturalem, & necessariam: quia nos non dicimus scientiam naturalem ostendere Deo, quod dato auxilio indiffe-

renti, aut determinatiuo, erit in re, & cum effectu consensus absolute, sed tantum conditionate, si Deus illum prædifferunt per illa media. Unde nostra sententia semel admissa, eodem modo discurremus, ac Doctores, qui scientiam mediam admittunt, quo ad hoc punctum.

627 Sed potest obijci ex Doctri Repliat, na huius Doctoris num. 54. si eodem modo posset discurre de scientia naturali, ac de media, ideo esset, quia scientia naturalis prout se extendit ad tertium signum cognoscit meritum possibile præcauentia ab auxilio indifferenti, sed hac ratione non potest discurre de scientia naturali, sicut de media. Ergo nulla. Minoré probat. Quia scientia naturali cognoscitur meritum sub modo tendendi quidditatiuo, & essentiali, quia terminatur ad meritum sub ratione possibilis, & eminenter contentam in Deo, non vero sub modo essentiali, qui sic explicatur, meritum existit, existet, aut existeret, sub quo modo terminatur scientia media ad meritum sub ratione auxilij indifferenti.

628 Confirmat hoc. Quia licet obiectum scientiæ naturalis, sine dubio sit tam latè patens, ac obiectum scientiæ mediæ, & visionis: quia certissimè est (inquit) sibi cum omnibus suis, totum illud obiectum, quod cognoscitur per scientiam mediam, & visionis debuisse præcognosci in aliquo signo anteriori per scientiam naturalem: tum quia totum illud obiectum præcessit, ut possibile: tum quia cum scientia visionis supponat decretum saltem permissivum sui obiecti, & nihil volitum, aut permissum, quin præcognitum, certum est illud obiectum debere præcedere, ut præcognitum per scientiam naturalem. Attamen (inquit) nostra sententia non attendit admodum tendendi proprium scientiæ naturalis, qui est sub modo tendendi quidditatiuo, & essentiali, & sub

Nec nos attendere admodum propriam præscientiam.

sub ratione possibilis, sed solum attendit ad obiectum ipsius, quod non sufficit, ut dirigat Deum ad decernendum meritum prae eius carentia.

Neque praescientiam habere modum visionis.

629 Confirmat secundo. Quia sicut ex eo quod Deus ante visionem, & decretum de existentia mundi, procul dubio eam necessario praecognouit per scientiam naturalem, nemo inferre potest, quod scientia naturalis habeat modum tendendi existentialem, & per modum visionis dicentis mundus existit, vel existet: ita similiter, ex eo quod Deus ante scientiam mediam cognoscat necessario per scientiam naturalem voluntatem sub auxilio indifferenti, ut determinatam in tertio signo ad meritum, nullus inferre potest, quod Deus cognoscat meritum, suo modo existentiali, neque quod vi solius illius scientiae, poterit nobis reuelare tale meritum futurum.

Praescientia cognoscitur obiectum modo existentiali.

630 Respondeo concessa maiori, negando minorem, ad cuius probationem dico, scientia naturali, ut est mere absoluta cognosci meritum sub modo quidditativo, & essentiali: quia terminatur ad meritum praecisse sub ratione, qua possibile est: at ut est condicionalis cognoscitur meritum sub modo essendi existentiali, futuro sub conditione, vel ponendo sub conditione Diuinam voluntatem hoc modo, si ego vellem, existet meritum. Vel ponendo sub conditione auxilium per quod videtur possibile meritum, hoc modo, si existet in voluntate auxilium indifferens, per quod video specialiter possibile meritum, praecius carentia, existet meritum, unde argumentum potius est pro nobis.

Ut est condicionalis.

631 Ad primam confirmationem constat nostram sententiam attendere ad obiectum scientiae naturalis, ut est absoluta, & admodum tendendi, ut est condicionalis.

632 Secunda confirmatio probat nostram sententiam. Quia licet ex eo

quod Deus ante decretum de existentia mundi cognouerit existentiam mundi sub ratione possibilis, nemo potest inferre, quod scientia naturalis habeat modum tendendi existentialem dicendo mundus existit, vel existet, si praecisse consideretur ut est absoluta, omnes tamen inferimus, & debemus inferre, quod scientia naturalis, ut est condicionalis habet modum tendendi existentialem conditionatum, scilicet sub conditione, quod Deus velit. Quia cognitio naturalis, quae ostendit existentiam mundi sub ratione possibilis, ostendit etiam, quod esset, & existeret in se ipsa, si Deus vellet. Nam scientia naturali cognoscat Deus euidenter, quod esset alter mundus, si ipse vellet. Sic etiam similiter, licet ex eo quod ante scientiam mediam Deus cognoscat per scientiam naturalem voluntatem sub auxilio indifferenti, ut determinatam pro tertio signo ad meritum praecius carentia, nullus possit inferre quod Deus cognoscat meritum sub ratione existentiali absoluta, neque quod Deus possit reuelare existentiam absolutam talis meriti, ex vi solius scientiae naturalis, ut absoluta est: tamen omnes debemus inferre, quod ex vi scientiae naturalis, ut est condicionalis, sub conditione quod Deus vellet habeat modum tendendi existentialem conditionatum. Nam si cognoscat, quod est possibile meritum pro tertio signo, praecius carentia, cognoscat, quod esset, & existeret, si ipse vellet, vel si poneret auxilium, per quod videtur specialiter possibile. De quo latius.

Et exemplam ipsorum id probat.

me tota disputatione sequenti. *****

CAP. VIII.

Soluantur alia argumenta.

Obijcit, obiectum praescientia esse contingens simpliciter.

633 TERTIO potest obijci contra nostram sententiam. Obiectum huius praescientiae est contingens, non solum comparatione voluntatis, sed etiam comparatione ad suam possibilitatem, & ad ideam tertij signi. Ergo est omnibus modis contingens, & sic est obiectum scientiae contingens, & non mere naturalis. Consequentia est bona.

Quia contingenter est a voluntate.

634 Antecedens probatur. Primo. Quia consensus instatu possibilitatis intelligitur, ut possibilis oriens a voluntate omnino contingenter, & libere se determinante ad consensum, magis quam ad dissensum, & potenti pro secundo signo se determinare pro tertio ad dissensum, sicut se determinauit ad consensum. Ergo consensus liber, qui est obiectum praescientiae, licet sit determinatus in se, & determinatio voluntatis, tamen in se est determinatio contingenter proueniens a voluntate cum modo contingenti, potest cadere absolute supra dissensum. Ergo consensus est contingens non solum comparatione ad voluntatem, sed etiam comparatione ad suam possibilitatem, & ad ideam tertij signi. Probatur consequentia. Quia modus ille contingentiae, quo consensus procedit a voluntate, denominat illum etiam contingenter comparatione ideae, quia ille modus potuit non cadere supra consensum, sed supra dissensum.

Quae in instanti sub auxilio A. est indifferens.

635 Secundo. Quia voluntas pro instanti, A. & sub auxilio A. & in coeteris circumstantijs antecedenter est indifferens, ad eliciendum consensum, & dissensum pro eodem tertio signo, & sub eodem auxilio, & circumstantijs. Nam in tertio instanti, seu signo etiam

est possibilis dissensus sub eisdem circumstantijs, instantis, & signi, & aliarum rerum: alioquin si possibilis non esset, non esset libera voluntas pro secundo signo, quia ad terminum impossibilem ut talem, non est possibilis vera indifferentia. Ergo consensus est indifferens etiam comparatione ideae.

Et 3. signa num potest regulare etiam dissensum.

636 Tertio. Quia tertium signum prout stat sub tali instanti, & auxilio, quo regulat consensum, possibile est regulare dissensum. Nam solum potest impedire, quod illum defacto regularet existentia possibilitatis consensus ideata, cum quo dumtaxat est incompossibilis dissensus: alioquin instans, & auxilium necessitarent voluntatem ut sub eo auxilio, & in eo instanti consentiret. Ne ergo hoc dicatur, dicendum consensum liberum pro tertio signo possibilem, esse contingenter, non solum comparatione ad voluntatem creatam, sed etiam ad possibilitatem, & ideam. Et sic idea tertij signi repraesentat consensum, ut contingenter eliciendum a voluntate, & alia idea tertij signi repraesentat etiam dissensum contingenter eliciendum a voluntate, & nulla idea repraesentat determinate possibilem consensum liberum, cum impossibilitate dissentendi consequenter pro illis circumstantijs.

Determinatio libera non est contingens complexi.

637 Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem concesso antecedenti, nego consequentiam. Quia modus ille determinationis liberae cadens supra dissensum, licet contingens voluntati, & consensui, non est contingens possibilitati totius illius complexi. Voluntas in hoc instanti, sub hoc auxilio libere, & contingenter se determinat ad consensum. Sicut enim quando sunt quatuor asses supra hanc mensam pro hoc instanti, possibile est pro eodem instanti, quod fuerint quatuor carentiae eorum, quia contingenter sunt ibi; tamen possibilitas huius complexi mensae habens quatuor asses non

cunt Iesuitae? Hec igitur apud omnes notissima paucis ab hinc annis tetrauit falsitatis arguere quida nostrae Vniuersitatis Reuerendissimus, & doctissimus Recentior supra citatus, & laudatus.

Scientia conting. sub ratione necessaria est necessaria.

650 Sed (quidquid sit de eo, An ego fuerim primus, qui hoc tentaerit? fateor enim me proprio Marte id tentasse, sed etiam fateor ingenuè me plures inuenisse postea, qui docuerint meum intentum, quos retuli *duob. 2. cap. 2. & referam disp. 2. duob. 12. cap. 1.*) Respondeo ad argumentum distinguendo maiorem: concedo enim scientiam, quae representat obiectum contingens, esse contingentem, si ratio representandi sit contingens, vt est comparatione scientiae mediae, & visionis; sed nego scientiam, quae representat obiectum contingens, esse contingentem, si ratio representandi sit necessaria, & nullo modo contingens; & sic representat contingentia scientia naturalis; representat enim consensum liberum contingens voluntati, sub ratione determinate possibilis; & licet consensus contingens conueniat voluntati; & voluntas illi sub sit contingens; tamen possibilitas consensus determinate uniti voluntati, necessario illi conuenit, vt late *n. 16. & 144. & n. 290.*

Et sic est Diuina.

651 Hinc ad probationem maioris concedo scientiam Diuinam essentialiter esse veram, & concedo, quod si representaret obiectum contingens, vt contingens, ita vt contingentia sit ratio representandi, deberet esse contingens: sed nego quod si representat contingens, ita vt contingentia se habeat de materiali, & ratio representandi sit necessaria, scientia debeat esse contingens: scientia enim simplicis intelligentiae representans possibile esse Petrum determinate, & contingenter existere, representat contingens, & est simpliciter necessaria, quia representat illam veritatem sub ratione possibilis. Et licet scientia Diuina sit es-

sentialem vera, & habeat connexionem cum suo obiecto sub ea ratione formali, sub qua est suum obiectum, tamen obiectum est contingens huic, scilicet voluntati creatae, non tamen est contingens absolute, & prout stat sub hac possibilitate, & sic sub scientia naturali: & sic nec obiectum deficere potest a sua possibilitate, neque scientia a sua existentia.

652 Ad confirmationem dico, obiectum contingens debere esse tale, vt dabilis sit casus, in quo ipsum non existat, secundum quod est contingens, non tamen debet esse tale, vt dabilis sit casus, in quo ipsum non existat, secundum quod est necessarium: quia contingens, vt est contingens, potest non esse; vt autem est necessarium, non potest non esse: & sic intellecta propositione est euidentis. Et sic concedimus consensum liberum posse non existere in tempore in voluntate; & defacto non existet consensus Anti-Christi, quo perferret finaliter. Ad interrogationem vero dico, in casu quo non existeret consensus in tempore, existeret scientia. Quia consensus contingens non est obiectum scientiae naturalis, vt existens in tempore (vt sic enim est effectus scientiae naturalis, vt applicatae ad opus per voluntatem) sed vt possibilis, & existens idealiter in Deo, & vt futurus, si Deus velit: & sic non potest non existere; quia est admodum Dei, & sic immutabiliter: quare non datur casus, in quo possit non existere scientia Dei de contingentibus possibilibus.

Contingens, vt tale potest non esse, secundum necessarium.

653 Sed contra hanc doctrinam insurgit ille Doctor *n. 93.* & fateor (inquit) obiectum hoc esse simpliciter necessarium scilicet voluntate consensum determinate sub hoc auxilio, in hoc instanti, & in his futurum circumstantiis est quid determinate possibile. Nam vt bene ait iste Recentior (subdit) omne quod datur in tempore, eo modo quo datur, antecederet fuit simpliciter possibile, & determinate: ideo fateor, quod si Deus pra-

Replicat: non esse idem possibile, & futurum condit.

praecise cognosceret hoc obiectum, illud cognosceret per scientiam mere naturalem: attamen quando Deus cognoscit futurum contingens conditionatum, non solum cognoscit esse quid possibile, voluntatem consensuram esse determinate sub hoc auxilio, & in hoc instanti, & in his circumstantiis; sed etiam cognoscit voluntatem consensuram esse determinate sub hoc auxilio, in hoc instanti, & in his circumstantiis: quod est quid contingens: quia voluntas posita auxilio potest consentire, & non consentire, alias non esset libera. Quare concedit fundamentum nostrae sententiae in intento operis positum, & negat primum corollarium. Nam in futuro contingenti conditionato consideranda est (inquit) duplex ratio, & ratio possibilis, & ratio futuri contingens, & primum cognoscit Deus scientia naturali, quia sub ea ratione est simpliciter necessarium: secundum vero scientia contingenti, quia est simpliciter contingens.

Sed negatur intentionem.

654 Respondeo ex dictis in intento operis *num. 8.* negando futurum contingens conditionatum distingui ex parte rei significatae a mere possibili: quia veritas futuri contingens conditionati est veritas ipsius, vt possibilis, explicata modo conditionali: vt tibi explicui, & *disp. 2. duob. 7.* late probandum. Quare illae duae propositiones *num. 7.* antecedenti positae eandem veritatem significant, licet diuerso modo: & sic si Deus scientia naturali cognoscit futura contingentia conditionata, vt mere possible, cognoscit etiam scientia naturali illa, & vt futura sub conditione: quia futuritio conditionata non extrahit rem ab statu mere possibilitatis.

Nam contingens creatura, Deo necessario.

655 Et licet futurum contingens conditionatum sit contingens comparatione voluntatis creatae, est tamen necessarium sub ratione possibilis comparatione Dei: sicut scientia media li-

bera est comparatione voluntatis creatae, non tamen comparatione Dei, contingens ipsam non libere, sed contingenter: & ratio est assignata saepe, & debet esse certum in sententia huius Doctoris, qui (vt diximus, supra) admitte hanc propositionem: *Voluntatem consensuram determinate sub hoc auxilio, in hoc instanti, & in his circumstantiis esse quid determinate possibile, esse obiectum simpliciter necessarium;* cum tamen involuat contingentiam, & libertatem, sicut involuit in tempore. Et patet: quia sicut voluntas in tempore determinate consentit, cum vera potentia dissentendi, sic est possibilis voluntas determinate consentiens cum vera potentia dissentendi, & cognoscitur naturaliter a Deo.

656 Sed contra hanc solutionem replicat primo hic Doctor *n. 100.* Consensus absolute futurus non solum ex modo significandi, sed etiam quoad rem significatam distinguitur a pure possibili. Ergo etiam consensus futurus conditionate. Probat consequentiam: quia ideo consensus absolute futurus distinguitur a pure possibili quoad rem significatam, quia potest verificari, quod sit possibilis consensus, quin verificetur, quod sit absolute futurus: sed etiam potest verificari, quod sit possibilis consensus, quin sit futurus sub conditione. Nam ideo potest verificari, quod sit possibilis consensus, quin sit absolute futurus, quia consensus absolute futurus, & existens est contingens, & liber comparatione voluntatis creatae, quae ratio etiam probat de futuro sub conditione.

Replicat: possibile & a futuro cond. distinguitur sicut ab absolute.

657 Secundo. Quando voluntas est instructa auxilio *A.* in instanti *A.* possibilis est consensus absolutus: vt patet. Ponamus ergo quod non consentiret. Ergo potest verificari, quod sit possibilis consensus absolutus, & tamen quod non existat. Ergo cum omnia, quae dantur in statu absoluto, verificentur etiam in statu conditionato, sit, quod in

Quid? que sunt absolute sunt com.

statu conditionato verificabatur in hoc casu, quod si voluntas adstrueretur auxilio, esset possibilis consensus, & tamen defacto non consentiret, & sic quod esset possibilis consensus, non tamen determinate futurus.

Et voluntati non sub est possibilis. 658 Tertio. Illud quod est pure possibile, non est contingens, & liberum comparatione voluntatis creata, alias voluntas creata posset facere, quod suus consensus esset possibilis, vel non esset; sed futurum contingens conditionatum est contingens, & liberum comparatione voluntatis creata, vt concedimus; ergo consensus possibilis, & futurus sub conditione distinguuntur non solum ex parte modi significandi, sed etiam ex parte rei significatae.

Differenzia futuri absolute a condit. 659 Respondeo ad primam replicam, concessio antecedenti, negando consequentiam, ad cuius probationem concessio maiori, nego minorem sub sumptam: quia licet possit verificari consensus esse indeterminate possibilem, vult in secundo signo, & non esse futurum sub conditione; tamen non potest verificari, quod consensus sit determinate possibilis sub hoc auxilio, & in hoc instanti, & circumstantijs, sicut est in tertio signo: quia verificetur, quod sit futurus, si ponantur causae illae, & circumstantiae. Neque ratio adaequata, quare potest verificari, quod sit possibilis consensus, quoniam sit absolute futurus, est, quia consensus absolute futurus, aut existens est contingens, & liber comparatione voluntatis creata, sed quia est exercitium in actu exercito voluntatis Diuinae, & creata: futurum autem contingens conditionatum est dumtaxat representatio exercitij voluntatis Diuinae, & creata; ideo consensus existens extrahitur ab statu pure possibilitatis, non vero consensus sub conditione futurus.

Differenzia alia. 660 Aliam differentiam dedimus n. 45. & 56. Quia scilicet consensus futurus, aut existens absolute, est in se,

& admodum sui, & sic extrahitur ab statu pure possibilitatis: at consensus futurus conditionate est in Deo admodum Dei, & sic est in Deo inuariabiliter, & immutabiliter. Quare n. 68. diximus futuritionem absolutam contingentiū esse perfectionem ipsorum, futuritionem vero conditionatam, quae est ipsa possibilitas, esse perfectionem Dei.

661 Ad secundam replicam concedo antecedens, & etiam consequens, prout stat sub antecedenti. Quia antecedens solum est verum, attenda voluntate, vt instructa auxilio indifferenti, in quo statu est voluntas in secundo signo, quod est signum indifferentiae, in quo solum est possibilis consensus indeterminate: & ex possibilitate in determinata consensus, ex voluntate auxiliata, non infertur futuritio consensus determinate, si ponatur voluntas auxiliata: sed ex possibilitate determinata, quam habet consensus pro tertio signo, quod est signum determinationis: consensus qui est determinate possibilis a talibus causis, est etiam futurus sub conditione, quod ponantur illae causae, a quibus est determinate possibilis. Nam si consensus est determinate possibilis, bene valet: ergo si essent istae causae, a quibus est determinate possibilis consensus, erit consensus determinate.

662 Et licet omnia, quae dantur in statu absoluto, verificentur etiam in conditionato, quoad rem ipsam, non tamen quoad modum essendi: quia in statu absoluto contingenti sunt admodum sui, & sic modo contingenti in esse exercito, & reali: in statu vero conditionato sunt admodum Dei, & sic modo in contingenti, representatiuo, & ideali. Sicut iuxta defendentes scientiam media contingenti in statu absoluto sunt futura modocontingenti, & indeterminato in esse reali, & in statu conditionato sunt modo determinato, & in esse obiectiuo.

663 Quare retorqueo replicam con-

Non ex 2. sed ex 3. Ergo infertur futurit. cond.

Omnia, quae absolute, contingenti, & diuerse modo.

Retorque tur repli ca. contra suum Auctorem. Quando in tempore voluntas instructa auxilio, A, in instanti, A, actu, & determinate consentit, non potest non consentire; & bene arguitur. Voluntas instructa auxilio, A, in instanti, A, actu, & determinate consentit. Ergo si vocaretur auxilio, A, in instanti, A, consentiret. Nam iuxta hunc Auctorem, & alios defendentes scientiam media, veritas conditionalis de futuro regularatur per veritatem de presenti. Hoc ergo, & nos dicimus de voluntate actu, & determinate consentienti de presenti in esse representatiuo, & ideali, praesentialiter existenti Deo ab aeterno in suo esse, & ideis. Fit enim consequentia necessaria a veritate de presenti ad veritatem conditionalis, dicendo. Voluntas est consentiens cum hoc auxilio. Ergo si vocaretur cum hoc auxilio consentiret. Quae consequentia efficacior est in nostra sententia, in qua praecedit consensus ipse praesens idealiter, & representatiue, prout a tali auxilio determinate, & fit consequentia ad futuritionem conditionatam, & exercendam in tempore, si daretur tale auxilium in tempore. At iuxta ad versarios consequentia illa efficacior non est, imo mala consequentia est; quia fit consequentia, nullo praesupposito antecedenti: quia non praesupponitur consensus praesens, neque in esse exercito in se ipso, neque in esse ideali, vt fiat consequentia ad futuritionem conditionatam in esse obiectiuo; & sic cognoscitur consequentia antequam cognoscatur antecedens, & regulatum ante regulam. De quo late disp. sequenti, a num. 74.

Consensus re- presentati- uo non sub est vo- luntatis, sed exercitij.

664 Ad tertiam replicam distinguo maiorem. Illud, quod est pure possibile, non est contingens, & liberum comparatione voluntatis creata, vt sit in esse representatiuo, & ideali concedo maiorem, in esse exercito in propria natura nego maiorem: & distin-

go eodem modo minorem: sed futurum contingens conditionatum est contingens, & liberum comparatione voluntatis creata, vt sit in esse exercito in propria natura, concedo minorem, in esse representatiuo, & ideali, nego minorem: & concedo consensus possibilem, & futurum sub conditione, futuritione exercita in propria natura, & duratione, distinguui a mero possibili: sed nego consensus possibilem, & futurum sub conditione, futuritione solum representata, & in esse ideali distingui ex parte rei significatae, sed tantum ex parte modi significandi.

665 Alia argumenta adducit hic Doctor, quae, quia impugnant tertium illud signum, quod (vt diximus n. 661.) ipse putat certum, & quia in hoc dubio, & in secundo attacta sunt, omittuntur.

CAP. X.

Soluantur adhuc alia argumenta.

666 SED, & adhuc possunt obijci contra nostram sententiam, argumenta, quae alij directe, alij indirecte contra illam obiecerunt. Et primum, nam certum est Deum cognovisse, quod si in Tyro, & Sidone Christus faceret virtutes, quas fecit in Chorozain, & Bethsaida, Tyrij, & Sidonij poenitentiam ageret, vt dicemus disp. seq. Ex quo sic arguitur. Vel Deus potuit cognoscere impoenitentiam Tyriorum sub illa conditione, vel non? Si non: ergo illa poenitentia non fuit libera: si quidem non potuit non esse, & esse impoenitentia. Si potuit cognoscere: ergo scientia Dei, qua cognouit illam poenitentiam, fuit Deo contingens.

Obijcit: Tyriorum poenit. non potuisse non esse.

667 Respondeo Deum potuisse cognoscere sub illa conditione impoenitentiam antecedenter, & consequenter attentis causis illius secundo sumptis, & prout stant sub secundo signo: sed non potuisse cognoscere

Deum est consequenter, non antecedenter.

impœnitentiam futuram consequenter sub illa conditione, attentis causis illius prout stât sub tertio signo. Quia pœnitentia non potuit non esse consequenter liberè à Tyrijs, & Sidonijs, licet potuerit non esse antecedenter. Et nego illam pœnitentiam non futuram liberè: quia licet non potuerit nō esse, nec fuerit possibile non esse futuram consequenter, si essent illæ circumstantiæ: tamen non poterat non esse cōsequenter ad vsum libertatis Tyriorum, & Sidoniorum, & sic non poterat non esse liberè. Quia Tyrij, & Sidonij præsciti erant facturi pœnitentiam contingenter, & liberè: quia per media omnino indifferentia.

Et in sententia Thomistica, contra quam videtur excogitarum hoc argumentum. Nam licet potuerit non esse antecedenter, & consequenter, & non prævideri futura pœnitentia illa, sed potius impœnitentia attentis voluntate creata, miraculis Christi, & auxilijs indifferentibus secundum se sumptis: tamen attentis his omnibus prout stantibus sub decreto efficaci Dei absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, non potuit esse impœnitentia consequenter, nec fuit possibile esse, & prævideri nisi sola pœnitentia.

Replicatur impœnitentia factibilem cōsequenter. Nam omnis res, aut est necessaria, aut contingens simpliciter: sed illa impœnitentia necessaria non esset. Ergo contingens esset: & sic non impossibile.

Negatur assumptum. Quia licet omnis res sit necessaria, aut contingens simpliciter, ac proinde illa impœnitentia absoluta, & simpliciter contingens esset, & sic non necessaria: tamen consequenter, & quodammodo necessaria esset; & hoc modo impossibile.

Esset enim illa impœnitentia simpliciter contingens: quia contingentia, & necessitas simpliciter desumuntur per ordinem ad causas proximas: & ista essent simpliciter contingentes: cum hoc tamen componitur, quod esset consequenter, & ex suppositione impossibilis comparatione Dei. Sicut in eadem hypothese iuxta scientiam mediam illa pœnitentia esset simpliciter liberè futura, quia esset liberè creaturæ, & ex suppositione, & consequenter non esset libera Deo, sed contingens.

671 Secundum argumentum est. Hæc Præscientia affirmat duo contradictoria. Ergo non est admittenda. Antecedens probatur. Quia affirmat eius obiectum esse contingens, & alias ipsa non est contingens, sed necessaria.

672 Respondeo negando antecedens. Ad cuius probationem dico, hanc Præscientiam affirmare eius obiectum materiale esse contingens: sed hoc affirmat sub ratione formali necessario, & essentialiter conuenienti contingenti, & ideo ipsa est necessaria. Hoc autem non est contradictio, sed necessario dicendum: Logica enim agit de probabilibus sub ratione necessaria, & ideo non est cognitio probabilis, sed scientifica, vel certa: & metaphysica agit de mobilibus immobiliter. De quo cap. præced.

673 Tertio obijci potest. Hæc Præscientia tollit libertatem creaturæ. Ergo non est admittenda. Antecedens probatur. Quia quando voluntas nō potest impedire vnam eorum præmissis, ex quibus inferitur legitime consensus, non potest impedire consensus: sed sic contingit in nostra sententiâ. Ergo tollit libertatem.

674 Minor sub sumpta probatur. Quia existentiâ cōsensu legitime infer-

Obijcit. Præscientiam significare contradict.

Negatur assumptum.

Obijcit. Præscientiam tollere libertatem.

Quia cōsensu inferitur ex his duabus præmissis, Deus scit consensum futuram, & illam prædiffiniat, sed Deus prædiffiniuit consensum, & tamen voluntas non potest impedire maiorem, nec minorem.

675 Hoc argumentum obiectum fuit contra aliquos ponentes prædiffinitionem efficacem regulatam scientia media, & sic etiam militat contra illam sententiam: sed quia etiâ militat contra nostram.

Seapotentius libertas confirmatur. 675 Respondeo illo argumento potius confirmari libertatem: vt docet Agidius relatus num. 202. & Bachon num. 607. relatus, sed debet formari argumentum sic, Deus scit consensum futurum liberè, si illum prædiffiniat, sed Deus prædiffiniuit consensum, vt præscit, ex quibus legitime inferitur. Ergo consensus erit liberè futurus, & necessario erit liberè: ly necessario tenente ex parte scientiæ Dei, & sic conceditur consequentia. Quia hoc discursu non inferitur consensus esse necessarium necessitate simpliciter, sed necessitate conditionata, & ex suppositione, scilicet si à Deo præscitur: imo necessitate cōsequentia dum taxat, non consequentis, vt valde latè Agidius, & nos cū ipso dub. 2. cap. 13.

Obiectio nisi factis.

677 In forma ergo respondeo negando antecedens, & ad eius probationem distingo maiorem, & nego voluntatem non posse impedire cōsensum absolute, & simpliciter, & secundum se sumptum, qui est signatus, & significatus per ideam, tertij signi: & concedo non posse impedire illum ex suppositione quod sit signatus, & significatus per ideam practicam, & secundum quod est signatus, quia ex hac suppositione voluntas necessario contentiet liberè necessitate consequentia: & concedo sic contingere in nostra sententiâ: sed nego tollere libertatem, quia potius illam adstruit. Quia Præscientia cognouit me positurum cōsensum cum vera potentia ad illum

non ponendum: & Deus sic prædiffiniuit illum, & sic illum ponam.

678 Argumenta Gonetii, & aliorum, si quid probant, probant futura contingentia conditionata extrahi ab statu possibilitatis, & sic nō posse cognosci scientia naturali. De quo disp. 2. dub. 7. & 12.

CAP. XI.

Recopilatur nostra sententia, & in alio sensu iterum explicatur.

679 **H**VC vsque defendimus nostram sententiam, affirmando pro tertio signo in hoc instanti, & sub hoc auxilio, & circumstantijs non esse possibilem nisi consensus liberum, verbi gratia, consequenter; licet, antecedenter sit possibile etiam dissensus secundum se. Quod dicendum videtur iuxta probabilem sententiam asserentem actus indiuiduari ab hic, & nunc, scilicet ab hoc subiecto, & ab hoc instanti temporis, si actus fuerit indiuisibilis, vel ab hac parte temporis, si actus diuisibilis sit, quæ sententia videtur Agidij in 2. dist. 3. p. 1. q. 2. art. 1. §. propter primam. Iuxta hanc ergo sententiam dicendum videtur hunc numero consensus liberum, ita petere certum instans, & certum subiectum, vt in eis non possit esse alius numero consensus liber; alias ille primus non indiuiduaretur ab illo instanti, & ab eo subiecto. Neque etiam dissensus aliquis liber, quia alias simul in eodem instanti essent in eadem voluntate simul, & pro eodem instanti consensus liber, & dissensus.

Quomodo defenditur nostra sententia.

Agid.

Alligatio ad consensus in auxiliium.

680 Vnde voluntas sub eo auxilio, & pro eo instanti, licet possit dissensuere, saltem loquendo naturaliter, licet Deus possit aliter res disponere

nere operando præter communem ordinem rerum, & sic manet voluntas libera. Quia illa necessitas est consequens usum libertatis: ideo enim in illo instanti, & circumstantijs non potest non consentire, quia libere cõsentura est, & pro instanti sequenti potest dissentire. Quia variato instanti variatur ratio individuationis.

681 Deus autem videt possibilem consequenter consensum in illis circumstantijs per scientiam mere naturalem, & impossibilem esse dissensum consequenter pro eisdem, & quod aliqua variata est possibilis consequenter dissensus, ut si varietur auxilium, instans, vel tentatio retrahens à consensu, vel aliud pertinens ad integritatem totius complexi, seu ordinis causarum: & sic potest prædifferire, ut sit consensus liber in voluntate pro quo: cumque instanti, regulatus dumtaxat scientia naturali terminata ad ideam possibilitatis consensus sub tali, vel tali serie rerum, seu ordine causarum, etiam si auxilium sit omnino indifferens.

682 Arramen quia hæc nostra sententia non alligatur alicui sententiae, sed in omnibus defendi potest, ut diximus: potest etiam dici, quod, & si consensus nõ individuetur à subiecto, ut dicunt aliqui, neque ab his, & nunc ut dicunt alij, neque dependeat essentialiter hic numero consensus ab hoc numero auxilio, sed possit in discriminatim oriri quilibet numero consensus à quolibet auxilio adhuc potest nostra sententia defendi.

683 Nam admissio, quod pro illo tertio signo videat Deus scientia naturali possibilem esse consensum liberum consequenter, & liberum dissensum seorsim, videt illa scientia dependentiam actualem consensus liberi à voluntate sub eo auxilio, & determinationem actualem liberam voluntatis ad consensum esse possibilem me-

dio illo auxilio: & etiam videt dependentiam actualem dissensus liberi à voluntate sub eodem auxilio, & determinationem actualem liberam voluntatis ad dissensum possibilem medio illo auxilio: & sic potest prædefinire consensum liberum, & determinationem liberam voluntatis ad illum, medio illo auxilio, sine periculo frustrationis decreti, & illa salu manente libertate voluntatis, & habendo homo potentiam ad dissentendum.

684 Potest prædifferire talem consensum liberum sine periculo frustrationis. Et probatur, quia omne illud quod est possibile, eo modo quo est possibile potest à Deo prædifferiri, ut fiat in tempore, cum omnimoda certitudine quod fiat, & absque vlla suspitione, de eo quod non fiet: alioquin aliquid esset possibile à Deo fieri, & non esset possibile fieri à Deo. Nam possibile fieri à Deo, eo modo quod est possibile fieri à Deo, infallibiliter est possibile fieri, & absque dubio fiet, si Deus velit fieri: alioquin non esset infallibiliter possibile fieri: sed consensus liber videtur à Deo in eo tertio signo possibilis fieri à determinatione libera voluntatis. Ergo Deus potest prædifferire talem consensum liberum fieri à voluntate absque periculo frustrationis.

685 Quod veto maneat illi libertas voluntatis, probatur. Quia consensus liber videtur possibilis ex determinatione libera voluntatis, ut supponitur. Ergo fiet à voluntate media determinatione libera, & sic libere, & cum plena libertate.

686 Quod autem voluntas habeat potentiam proximam, & expeditam ad dissentendum, probatur. Quia illo met auxilio indifferenti, quo est consensura pro tali instanti, potest dissentire pro eodem instanti, quia tam consensus liber, quam dissensus videtur seorsim posibles ab eodem auxi-

Prædifferendo in frustrabiliter

Et illa salu manente libertate.

ilio, & pro eodem instanti in voluntate, ut supponitur n. 683.

Et illa tria componuntur. 687. Quod vero hæc tria componuntur inter se, in quo potest esse difficultas probatur. Quia licet in tempore, & statu existentiali voluntas pro illo instanti tertij signi possit dissentire libere, sicut, & consentire, ut dictum est num. precedenti, tamen semper infallibiliter consentiet, cum omnimoda infallibilitate, ut dictum est num. 684. & si infallibiliter est consensura libere consequenter, necessarium est necessitate consequenti, ut non sit dissensura, nec omiffura cõsentium. Quia dissensus, & omiffio consensus incompossibiles sunt cū consensu: licet potentia ad dissensum possibilis sit cum consensu.

Regulam scientie naturali prædifferitione.

688 Si autem inquiras. Quia scientia reguletur illa prædifferitio, & Deus reddatur omnimodo certus de non frustratione illius, cum possit voluntas dissentire, sicut & consentire? Respondeo regulari scientia naturali. Nam hac vidit Deus, ut sibi præsentem in suo esse ratione aternitatis, omnes res factibiles sub ratione possibilem, & cum omnibus modis, quibus sunt posibles, & sub quibus cumque mensuris temporalibus, & ex omnibus principijs, siue necessario, & essentialiter, siue contingenter ab eis procedant, ut probatum est à num. 79. Hæc enim omnia possible sunt, & res his modis sunt posibles, & cum his modis debent representari in ideis, & contineri in omnipotentia, ut entia sunt (contingentia enim, & necessitas rerum cum sint modi entis, in omnipotentia debent contineri, cuius obiectum est ens) & mensurari ut posibles simul cum suis mensuris creatis ab aternitate, quæ est mensura vniuersalis, sub qua non possunt non contineri omnes mensuræ particulares creatæ, cum omnibus mensuratis ab ipsis, alioquin aternitas mensuræ vniuersalis, & infinita non esset.

689 Iam nunc, si vera est prædicta doctrina (ut reuera est) videt Deus in se scientia naturali consensum liberum, ut mensuratum instanti A, ut in mensura particulari, & ab auxilio A, quæ uis non individuetur per ordinem ad instans A, neque essentialiter dependeat ab auxilio A, & sic Deus regulatus hac notitia naturali potest prædifferire consensum liberum, ut regulatum instanti A, & prout ab auxilio indifferenti A, & sic in tempore erit consensus liber à voluntate per auxilium A, & instanti A, licet possit esse absolute dissensus antecedenter, & etiam consequenter in sensu diuiffo consensus, à voluntate per auxilium A, & instanti A. Nam illa scientia est infallibilis de suo obiecto, & obiectum illius est consensus liber ab auxilio A, sub instanti A, cum potentia proxima ad dissensum, prout ab eodem auxilio, & pro eodem instanti, licet non ab eodem auxilio prout influenti in consensum reduplicatiue, nec pro eodem instanti, ut regulatiuo consensus, sed specificatiue sumptis.

690 Quod magis explicabitur, si advertamus exercitium determinationis voluntatis per auxilium indifferens A, in consensum, ut regulatum instanti A, perere saltem connotatiue, imo & essentialiter auxiliu A, & instans A, licet consensus liber secundum se, nec petat oriri essentialiter ab auxilio A, neque mensurari instanti A, quia illud aggregatum necessario constat ex omnibus partibus, ex quibus constat, licet partes aggregati inter se sint disparatæ, & non habeant connexionem. Ergo si Deus regulatus notitia illius aggregati illud prædifferiat, erit in tempore, necessario necessitate consequenti totum illud aggregatum, cum possit esse dissensus loco consensus. Probatur consequentia. Quia supposita notitia illius aggregati, hæc conditionalis est verã,

Quæ magis explicatur.

Effect voluntas cum auxilio indifferenti. A. N. libere influenti in consensum. Ut regulatur influenti. A. et in tempore consensus in voluntate per auxilium indifferens. A. Ut regulatur influenti. A. & sic consequenter erit consensus in illis circumstantiis, licet possit esse antecedenter dissensus.

Dicitur ex prædictione non erit infallibiliter in tempore consensus a voluntate per auxilium. A. pro instanti. A. aut ex vi illius auferri libertatem voluntati, ut eliciat dissensus per auxilium. A. in instanti. A. Ergo ista duo hoc modo in componibilia sunt.

691. Antecedens probatur. Quia prædificando Deus illud aggregatum ex voluntate tum auxilio. A. ut in fluenti in consensum, ut regulatum instanti. A. vel potest esse consequenter ab illo mer auxilio, & in eodem instanti dissensus, excludendo consensum, vel non? Si potest, non erit infallibiliter consensus ex vi illius prædificationis: si non potest, auferretur libertas voluntati. Quia ex vi illius impeditur ne possit voluntas elidere consequenter dissensus.

692. Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico, prædificante Deo illud aggregatum non posse esse consequenter dissensus, ab illo mer auxilio, & pro eodem instanti, excludendo consensum pro eodem instanti, & sic esse infallibilem futuritionem consensus. Et nego auferri libertatem a voluntate. Quia licet ex vi prædificationis impediatur, ne possit voluntas elidere consequenter dissensus, tamen hæc impeditio provenit a determinatione libera voluntatis, quam involuit illud aggregatum prædificatum: quia prædificatur consensus prout stat sub libera determinatione voluntatis ad ipsum: sub qua libera determinatione prævidetur possibilis scientia naturali, per

auxilium in differens. A. & ut regulatus instanti. A.

694. Unde, sicut quando dicimus consensum liberum individuari ab hic, & nunc, scilicet ab hoc subiecto, pro hoc instanti, consequenter dicimus ab eo auxilio, a quo est possibilis consensus in hac voluntate pro hoc instanti non esse possibilem consequenter dissensus in eisdem circumstantiis: & sic Deum regulatum scientia naturali huius tertij signi posse prædefinire consensum liberum, sine periculo frustrationis, & læsionis libertatis creatæ: sic quando dicimus consensum liberum non individuari ab hic, & nunc hæc habere connexionem essentialem cum hoc auxilio indifferenti. A. sed posse esse a quolibet alio, nec perire individualiter regulari hoc instanti. A. sed posse regulari a quolibet alio; sed tamen habere dependentiam con naturalem a determinatione libera voluntatis per hoc auxilium indifferens. A. & in hoc instanti. A. (licet possit ab eodem auxilio, & pro eodem instanti esse dissensus consequenter) dicimus (inquam) etiam Deum regulatum scientia naturali illius connaturalis dependentiæ posse prædefinire consensum liberum esse in voluntate ab auxilio. A. & instanti. A. sine præiudicio frustrationis decreti: quia infallibiliter erit in tempore consensus liber ab auxilio. A. & instanti. A. quia scientia huiusmodi possibilitatis est infallibilis: cum hic specialis modus possibilitatis possibilis sit, & sine læsione libertatis, quia necessitas huius futuritionis est consequens determinationem liberam voluntatis, & manet in ea potentia expedita ad oppositum, ut explicatum est.

695. Atque in hoc sensu explicata nostra sententia habent efficaciam sunt efficiacia nostra sunt hic numero consensus non dependeat ab

Quia prædificatio consensus, specialiter dependens a causis.

Et in hoc sensu sunt efficiacia nostra sunt hic numero consensus non dependeat ab

ab hoc numero auxilio. A. neque ab hoc instanti. A. tamen defacto existit in tempore hic consensus in voluntate, & dependens a voluntate per hoc auxilium. A. & in hoc instanti. A. Ergo hoc modo fuit possibilis, representatus in ideis, contentus in omnipotentia, mensuratus in æternitate. Ergo sic potuit prædefiniri a Deo.

Quo modo potest esse difficultas. Quo modo iuxta hunc modum explicandi nostram sententiam possit Deus revelare, quid erit certo sub aliqua conditione: verbi gratia, quod credituri esset Tyrij, & Sidonij, si coram ipsis facta essent miracula a Christo Domino? Nam si sub conditione illorum miraculorum in quocumque instanti erant possibles, & sub conditione futuri actus poenitentiae, & actus impoententiæ, non poterat Deus revelare, quod esset magis futura determinate poenitentia, quam impoententiæ.


697. Respondeo eandem difficultatem pati scientiam mediam, & sententiam Thomisticam. Nam qui docet scientiam mediam dicunt communiter sub quolibet auxilio posse esse futurum consensum pro vno instanti, & dissensus pro alio; & Thomistæ dicunt Deum sub conditione vnius auxilij pro vno instanti prædificasse consensum, & pro alio materiale dissensus. Ergo sub conditione miraculorum iuxta utrosque posset esse poenitentia Tyriorum, & impoententiæ. Quare ergo Christus dixit magis futuram poenitentiam, quam impoententiæ iuxta has sententias?


698. Respondeo ergo ad difficultatem nos posse loqui de quocumque auxilio seorsim sumpto, vel de pluribus auxilijs numero, specie, vel genere differentibus simul sumptis, & politis ex parte conditionis. Loquendo ergo de quocumque auxilio, scit Deus per Præscientiam, quod attento illo numero auxilio in tali numero instan-

ti est possibilis consensus, & dissensus; & quod ambo sunt futuri sub conditione illius: & sic potest prædefinire, aut permittere, vel consensum, vel dissensus, ut explicatum est.


699. At loquendo de omnibus auxilijs simul sumptis, & politis ex parte conditionis, attenda dispositione horum, vel illorum hominum. Maxime existentiam vidit Deus per Præscientiam in tertio signo possibles esse consequenter plures consensus, vel plures dissensus sub omnibus auxilijs: & sic homines illos determinate consensuros, vel dissensuros illis auxilijs: & sic Christus potuit prædicere homines sub illis auxilijs communibus consensuros, vel dissensuros, & sic prædixit sub conditione miraculorum Tyrios acturos poenitentiam, & Iudæos poenitentiam non egisse. Quia Tyrij non erant ita ex cæcasi, ac erant Iudæi, ut dicemus *disp. seq. a. n. 443.* quare illa plura miracula, quæ mouerent Tyrios, non mouebant Iudæos: & idem contingit in pluribus casibus in Scriptura reuelatis, ne dicam in omnibus.

700. Atque hinc fit, ad hoc ut Deus reuelat futurum aliquod contingens futurum determinate, non sufficere ponere ex parte conditionis, illud, quod solum remote conducit ad futuritionem conditionatam consensus; ut sunt miracula comparatione Tyriorum: nam præter miracula sunt necessaria auxilia proxima efficacia antecedenter, ut sunt in sententia Thomistica: vel efficacia a consensu, & fortè decretum actuale discretium in sententia Iesuitarum.





DISPUTATIO SECUNDA DE COGNITIONE CONTINGENTIVM FUTURORVM SVB CONDITIONE.



EXPLICATA veritate contingentium ut possibilium, eiusque, certa cognitione, explicemus oportet eorum veritatem, & cognitionem ut futurorum sub conditione.

Futurū quid, & quomodo sit.

2. Futurum autem dicitur, quod non est, erit autem in aliquo tempore, seu duratione subsequenti, & est duplex: vnum necessarium, & alterum contingens, necessarium est, quod est oriendum à causis necessarijs, & determinatis ad illum causandum, ut euentus lucis à sole: contingens, quod oriendum à causis contingentibus, & in determinatis: & hoc habet multos gradus, ut explicat Egidius de cognitione Angelorum q. 10. colum. 3. imo, ut ibi docet, & notat, nullum futurum est necessarium, saltem in particulari, licet sit in vniuersali. Quod probat. Quia omnis creatura mutationi subiecta est. Quia quod à versione incipit, ipsa quoque versioni subiecta est: si ergo omnis creatura oportet quod sit ibi modo mutabili: nulla ergo creatura quantum ad sui naturam potest producere effectum.

Egid.

ram de necessitate, quia propter suam stabilitatem potest impediri, saltem a Deo, ut ibi explicat. Nec debet distinguī (subdit Fundamentalī Doctor) de futurijs, ut dicamus, quod quadam sunt futura necessaria, quadam contingentia; nam proprie futurum est, quod subiectum est variationi temporum, omnino tale prout est in causa creata potest impediri. Vnde & motus solis, qui videtur ita necessarius impeditus fuit tempore Iosue. Eteclipsi solis in passione Domini fuit in plenilunio. In vniuersali autem potest in talibus esse necessitas, ut quod triangulus habeat tres sed in particulari, quod triangulus aliquis sit futurus, & quod futurum sit ex hoc habere tres, non est necessarium, quia poterit impediri, quod futurus triangulus non fiat, sicut futurus quis incedere non incederet, ut dicitur in secundo de generatione, si si debeat fieri futurus triangulus, poterit esse quod non fiet ille triangulus.

Futurū est, quod est subiectum tempori.

3. Vnde valde differunt (estque hoc valde notandum pro in fra dicendis) futuritionem alicuius esse, & aliquid esse futurum: in prima enim propositione existentia, vel essentia prædicatur de futuritione. In secunda autem

Differēt futurum esse, & esse futurum.

CAP. I.

Sententia constituens futuritionem in existentia contingentis pro duratione subsequenti.

6. PRIMA sententia affirmat contingentis futuritionem præter negationem existentie pro duratione antecedenti solum dicere existentiam contingentium pro duratione subsequenti, præscindendo ab eo quod in instanti, vel duratione antecedenti detur aliquid præsens, constituens ipsa in ratione futurorum. In hac sententia conuenire videntur Iesuitæ omnes, qui putant contingentia pro duratione antecedenti denominari futura ab existentia, quam habebunt pro duratione subsequenti, præscisso quocumque alio, præsentis pro duratione antecedenti, constituentis ipsa futura. Sic Fonseca 6. metaphysic. cap. 2. q. 2. sect. 8. S. denique aduertendum, & alibi. Suarez lib. 1. de scientia futurorum, cap. 2. numer. 6. & alibi. Et plures alij, quos referunt, & sequuntur Ribadeneyra disp. 10. de scientia, cap. 1. num. 3. Antonius Perez de intelligentia, disp. 6. cap. 1. n. 4. Peñafiel disp. 20. Borrull. disp. 1. sect. 2. num. 12.

Fonseca, Suarez, Ribadeneyra, Anton. Perez, Peñafiel, Borrull.

tem futuritio prædicatur de essentia. Vnde hæc propositio, futuritio consensus est in Deo presentialiter, est diuersa ab ista. Consensus est futurus in se. Nam in prima presentialitas prædicatur de esse futuri, quod consensus habet in sapientia, seu in idea Dei. In secunda autem futuritio prædicatur de ipso consensus: & futuritio posita ex parte subiecti, vel ex parte prædicati facit diuersissimum sensum. Ut patet in his. In Deo est Petrus. Petrus est. Et in istis; triangulus est habens tres angulos: habens tres angulos est.

Futurū absolute, & conditionate.

4. Rursus futurum contingens, vel contingentis futuritio est duplex. Vnum absolutum, & alterum sub conditione. Futurum absolutum est, quod absolute erit in aliqua temporis differentia, ut peccatum Anti-Christi. Futurum conditionatum est, quod fuisset futurum, si poneretur aliqua conditio. Ut poenitentia Tyrionum, & Sydoniorum fuisset futura, si ponerentur coram ipsis miracula Christi, quæ facta fuerunt in Capharnaum, & transfusio iustitiæ originalis in postereros esset, si Adam non peccasset. Igitur in hac disputatione præcipue sermo est de futuris contingentibus conditionatis, seu de eorum futuritione. Nam de futuritione absoluta sermo erit disputatione sequenti.

DVB. I.

Quid sit contingentis futuritio?

S. PP. Iesuitarum, de futuris.

5. CERTVM est dari futuritionem contingentis, & id circo primo inquiror. Quid talis futuritio sit? Quæ difficultas lucem omnibus dicendis in hac, & sequenti disputatione data est: & in ea sermo est de futuritione certa, & infallibili.

7. Hi igitur Doctores alijque plures putant, quod sicut præteritio pro duratione subsequenti est nihil, & dicitur præteritio ab existentia rei, quæ fuit, sic etiam futuritio pro duratione antecedenti nihil est, & dicitur futuritio ab existentia rei, quæ erit. Ut Adamus dicitur præteritus, quia fuit: sic Anti-Christus dicitur futurus, quia erit; ille ab existentia, quæ fuit, hic ab existentia eius quæ erit; nullo intellecto alio prædicato de præsentis, illo tamen non negato.

Est esse existentiam pro duratione subsequenti.

Non sub-
iectiuam
sed obie-
ctiuam.
Curiel.

8 Vnde distinguunt duplicem determinationem in aliquo futuro (vt cos explicat Curiel in manu scriptis tract. de scientia Christi q. 11. art. 1. ad argumentum vltimum) vnam ex causa, & antecedentem, quæ est simpliciter determinatio: alteram obiectiuam, & consequentem, seu ex suppositione, & vtramque dicunt habere futura necessaria: sunt enim determinata subiectiue, quia in sua causa determinationem habent, & etiam obiectiue, & consequenter, quia determinationem habebunt, cum existant pro duratione subsequenti: at futura contingencia solum habent determinationem obiectiuam, quia erunt. Nam in causa nullam determinationem habent, cum sint omnino indifferentia, & ideo determinationem non possunt habere pro duratione antecedenti: alias essent futura necessaria, sed solum consequentem, & ex suppositione alicuius conditionis se tenentis ex parte euentus futuri, & subsequente ad eius existentiam. Sicut enim effectus liber quando est, non habet necessitatem antecedentem, & ex causa, sed consequentem, & ex sua existentia, qua actu est, & præteritus, qua fuit; sic futurus habet necessitatem consequentem ex suppositione suæ futuritionis, qua erit.

Inquiren-
ti in quo
fundatur
hæc futu-
ritio?

9 Si autem vltius inquiras, in quonam fundatur hic modus determinationis, cum contingencia futura non habeant determinationem in causa, vt isti Doctores supponunt, neque in se ipsis, cum determinatio, & necessitas sint modus essendi, & contingencia pro duratione antecedenti nullum habeant determinatum esse, quia & ipsa eorum existentia pro duratione antecedenti etiam est futura contingenter, & sic indeterminata non enim est determinata sicut existentia presentis, quæ actu est, aut præteriti, quæ actu fuit.

10 Aliqui apud Peñafiel su-
pra num. 3. dicunt esse aliquid intrinsecum ipsis futuris, per quod distinguuntur à mere possibilibus, quæ nunquam existent. Sed cum futura sint ab æterno futura, & ab æterno nihil creatum sit: ideo alij dicunt hanc determinationem contingentium non esse modum aliquem eorum intrinsecum, fundatum in esse exercito, quod habeat ab æterno, sed in esse obiectiuo, quod quantum est ex se sufficit terminare cognitionem Diuinam, & significationem propositionis veræ. Sed cum coniunctio rei cum illo esse obiectiuo sit contingens (non enim conuenit ei necessario, alias necessario esset futura) sit, vt neque talis obiectiuam determinationem detur.

Variere
pondent,
& reij-
ciuntur.

11 Ideoque Vazquez 1. part. Vazquez
disp. 65. cap. 2. ait, hanc determinatio-
nem obiectiuam conuenire contin-
genti, non in se ipso, sed prout habet
esse in sua causa, scilicet in Diuina vo-
luntate, & in voluntate creata. Nam
Deus ab æterno diffiniuit talem fu-
turitionem, & supposita illa diffini-
tione, cogitatione quadam congrua
subueniet voluntati, qua infallibili-
ter operabitur actum liberum. Atta-
men cum illa diffinitio, & illa con-
grua cogitatio, qua determinatur vo-
luntas, vt actu operetur, voluntatem
relinquant indifferentem ad operan-
dum, sit vt ex vi illarum non possit
contingens habere determinationem
illam obiectiuam: alioquin indifferen-
tiam non haberent contingen-
tia, & sic contingencia
non essent.

CAP.

CAP. II.

Sententia constituens futuritionem
in determinatione causarum
de presenti.

PP. Tho-
mist. ser.
de futur.

12 PROPTER hæc secun-
da sententia affirmat fu-
turitionem contingen-
tis in esse talis consti-
tuiti per determinationem causarum
de presenti, à qua contingens erit
pro duratione subsequenti. Ita com-
muniter Thomistæ, Villegas contro-
uers. 3. disp. 2. capit. 3. §. Ergo
his relictis. Carmelitani disp. 10. lib.
1. numer. 2. versiculo. Est ergo. Michae-
lius quest. 14. artic. 13. dub. 2. numer.
386. Licet loquatur verbis fauen-
tibus primæ sententiæ. Viues disp.
1. numer. 59. & alibi, & alij, quos
refert, & sequitur Gonet hic disp. 4.
art. 1. §. 1. & ante eos Cornejo hic
disp. 3. sub. 3. à num. 97.

Villegas.
Carmelit.
Michae-
lius.

Viues.
Gonet.
Cornejo.

Est esse
determi-
nationem
subiecti-
uam.

13 Hi enim Doctores putant
contingentis futuritionem (præter ne-
gationem existentia in se ipsis pro-
duratione antecedenti) dicere deter-
minationem in causis pro duratione
antecedenti, ad habendam existen-
tiam in se ipsis pro duratione subse-
quenti: hanc tamen determinatio-
nem in causa prima omnes dicunt ef-
se decretum efficax Diuinæ volun-
tatis: at vero determinationem in cau-
sa secunda Thomistæ dicunt esse qua-
litate quandam physicam fluidam,
receptam, vel recipendam in vo-
luntate, essentialiter connexam
cum consensu, ab eaque in impedibili-
lem.

Causa 1.
2.

14 Hinc inferunt Doctores
isti duplicem esse futuritionem re-
rum, vnam certam, & infallibilem,
& adæquatam, quæ simpliciter est ra-

talis: & hæc desumitur ab ordine,
quem habet res futura ad omnes suas
causas, vt determinatas, vel determi-
nandas ad dandam futuritionem: scilicet à determinatione causæ primæ,
quæ est prima radix futuritionis, & à
prædeterminatione causæ secundæ: al-
teram incertam, & fallibilem, & in adæ-
quatam, quæ dicitur secundum quid
futuritus: & hæc desumitur ab ordi-
ne, quem habet res futura ad causas
inferiores contingentes, & impedi-
bles, vt mors Ezechie futura erat at-
tentis causis secundis, non vero sim-
pliciter. Quare primam futuritionem
dicunt esse immutabilem, quia proue-
nit primo, & principaliter à determi-
natione causæ primæ, quæ immuta-
bilis est. Secundam autem dicunt ef-
se mutabilem, quia à determinatione
causæ mutabilis prouenit. Et hæc de
causa dicebamus cum Egidio num. 2,
nullam effectum, prout à causa crea-
ta esse necessarium in particulari. Vi-
deturque hæc doctrina P. August. n.
24. referendi.

15 Sed licet hæc senten-
tia det determinationem obiectiuam
contingentibus pro duratione sub-
sequenti, quia dat determinatio-
nem subiectiuam in causis, à qua
prouenit illa obiectiuam determinatio.
Videtur tamen incurrere in conue-
niens oppositum sententiæ præce-
denti. Nam, vt det determinationem
obiectiuam contingentibus, aufert
ab eis subiectiuam contingentiam:
& videtur facere illa necessario fu-
tura. Quia illa determinatio abso-
luta, & efficax Diuinæ voluntatis,
& illa physica determinatio determi-
nant causam secundam, vt opere-
tur, non modo contingenti, & libe-
ro, sed modo necessario, vt con-
tendunt Auctores primæ sententiæ.
Ideoque hæc sententia incidit in
Scyllam, capiens vitare Charyb-
dim.

Sed deter-
minatio
subiecti-
ua, tollit
obiectiuam

Alij vā riant in explicanda determinatione.

16 Hac de causa alij, quibus non placet determinationem causae se cūda esse physicam qualitatem essentialiter connexam cum consensu, dicunt talem determinationem esse motionem moralem, scilicet sanctam cogitationem, & suauem delectationem boni honesti, vt honestum est. Sic plures Augustiniani relati *disputatione* 1. *num.* 474. & plures Scotistae. Alij vero dicunt hanc determinationem esse naturalem obedientiam, & Sympathiam, quam habet voluntas creata ad Diuinam, ad cuius nutum mouetur. Alij vero dicunt esse decretum executiuum Dei, cui in tempore correspondet cōcurfus ipse simultaneus, quo Deus concurrat cum creatura, qui est prior prout a Deo, quam prout a creatura. Alij dicunt consistere in actuali coniunctione actualis concursus voluntatis creatae cum Diuina volitione, non quidem in tempore praesenti, sed in aeternitate.

Sed vel tollunt libertatē, vel determinationem.

17 Sed vel haec determinatio (quaecumque illa sit) relinquit indifferentem voluntatem creatam, vel non? Si relinquit, non potest per ordinem ad illam desumi determinata futuritio contingentium, vt contra Iesuitas capite praecedenti explicatos, contendunt Thomistae. Si non relinquit, iam actus voluntatis humanae ex vi illius determinationis erunt futuri, sed non contingentia. Vnde quid minus habet determinationis futuritio contingentium ex parte obiecti, habet magis determinationis ex parte causae, sed quod magis habet determinationis ex parte causae, minus habet contingentiae; & sic si contingentia nullam habent determinationem ex parte causae, nullam habent determinationem ex parte obiecti; vt contra Iesuitas intendunt Thomistae; & si habent determinationem ex parte causae, nullam habent contingentiam ex parte obiecti; vt conten-

dunt Iesuitae contra Thomistas, vt ex hoc appareat summa difficultas huius dubij, & omnium in hac disputatione dicendorum: quae a resolutione huius dependent.

CAP. III.

Furitio prouenit. ab ordine causarum prauiiso per scientiam naturalem, quo potest vtraque praecedens sententia componi.

18 **T**OTA huius dubij difficultas (vt constat ex capitibus praecedentibus) consistit in componenda determinatione obiectiua in ipsis contingentibus cum indifferentia subiectiua ipsorum in suis causis, ideoque hac nostra sententia vtrumque componendum est: imo, & aliarum sententiarum disidium.

Summa diffic. dubij.

19 Pro cuius explicatione suppono ex dictis tota disputatione praecedenti, praecipue *dub.* 10. Primam radicem determinatae veritatis contingentium esse determinationem ipsorum, quam habent in esse ideali, & representatiuo, vt sunt possibilis, praesentiaque Deo secundum illud esse in aeternitate, & cognita per praescientiam naturalem ante omne decretum Diuinae voluntatis, sub certo ordine, & serie causarum, sub qua sunt possibilis.

Prima de terminatio conting. in ideis.

20 Vnde, vt ibi explicuimus *num.* 398. duplicem modum essendi cognoscimus in contingentibus. Vnum, quo consensus liber, verbi gratia, cognoscitur, vt determinate possibilis in hoc instanti, & sub hoc auxilio, & ab his determinatis causis, sub qua serie, seu ordine

Quia altera exercita, altera idealis.

impossibilis cognoscitur dissensus; impossibilitate consequenti. Alterum, quo consensus liber est determinate existens in se ipso in proprio genere, & natura. Et primum modum essendi diximus esse idealem, & in Deo, & sic admodum Dei. Secundum autem diximus esse realem, & exercitum, & quod diximus de existentia, dicendum esse etiam de futuritione aduertimus ibi *num.* 402. Vnde prius cognoscuntur a Deo consensus liberi existentia, & futuritio determinata a tali, vel tali ordine causarum in esse possibili, & in esse ideali per praescientiam, seu scientiam naturalem, quam illas praedefiniat, & sic quando praedifinit fore, praedifinit esse talem consensum ab illo et ordine causarum, a quo, vel sub quo cognouerit ipsum esse specialiter possibilem.

Furitio ab ordine omnium causarum, impedibilem. Egidius.

21 Hoc supposito, dicendum futuritionem formaliter prouenire ab ordine, vel aptitudine omnium causarum, vt res futura fiat, prauiiso vt possibili eū existētia ideali rei per praescientiam naturalem, & ab ea regulato. Ita videtur sentire Egidius *quest.* 10. *de cogni.* *Anglorum column.* 2. §. propter primum, vbi ait, quod futura non sunt in se ipsis, sunt autem in suis causis. Ex hoc enim dicitur aliquid futurum, quia non est secundum se, sed in sua causa habet aliquem ordinem, vel aliquam aptitudinem, vt fiat. Et etiam D. Thomas *quest.* 2. *de veritate art.* 12. *ad 7.* ibi. Cum dicitur hoc est futurum, vel fuit futurum, designatur ordo, qui est in causis illius rei ad productionem eius. Quamvis autem causa, quae sunt ordinata ad aliquem effectum possunt impediri, quod non sequatur effectus, &c. Vbi isti Doctores non a determinatione causarum in actu primo dicunt denominari contingens futurum, sed ab ordine, quem causa ex se impeditiles, seu series

D. Tho.

causarum in se impeditibilium dicit ad productionem contingentis pro duratione subsequenti. Qui ordo, vt certus, & infallibilis sit, debet praevideri, & regulari prius per praescientiam, sub esse possibili, vt habeat effectum. Vnde Egidius cum P. Augustino (vt retulimus disputatione praecedenti, *num.* 213. & 346.) putat Praedestinationem esse certam certitudine cognitionis, & infallibilitatis, quam supponit, & etiam ordine causarum. Videantur verba allata *num.* 346. Et idem docet D. Thomas, cuius verba adduximus ibi *numer.* 219. Idem videtur docere Sylua 1. *part. quest.* 14. *art.* 13. *dub.* 3. *num.* 12. & 15. *alibi.* Suarez *prologo.* 2. *de gratia.* cap. 7. *art.* 49. & Alarcon *tract.* 2. *disp.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.

Regula to perpra scientia

Sylua 14. art. 13. dub. 3. num. 12. & 15. Suarez alibi. Suarez prologo. 2. de gratia. cap. 7. art. 49. & Alarcon tract. 2. disp. 2. cap. 2. num. 1.

22 Hac sententia facile componitur determinatio obiectiua contingentium cum contingentia ipsorum in suis causis: quia certitudo obiectiua praescitur a Deo per praescientiam, per quam videt consensum vt determinate possibilem sub certo ordine causarum ex se impeditibilium; & indifferentia contingentium subiectiua: quia praevidetur vt possibile a causis impeditibilibus, & indifferentibus. Quare Deo praedifiniente illum ordinem causarum secundum ordinem suae sapientiae, ipsae causae indeclinabiliter, & insuperabiliter causabunt contingenter consensum liberum, verbi gratia, determinate. Et sic contingentia non habendo esse in se ipsis, habent esse in suis causis: quia illis, prout stant sub illa noticia, qua regulantur, in est ordo, & aptitudo, vt fiat consensus productione sub sequenti, a quo ordine consensus determinatur formaliter, vt sit libere futurus.

Componuntur determinatio obiectiua, & subiectiua.

23 Probatum ergo nostra sententia, primo ex P. Augustino 6. *de Genesi ad litteram* cap. 17. ibi. Hoc autem necessarium futurum est, quod ille vult, &c.

Est mens P. Aug.

illa ver. futura sunt, quae ipse praesciuit. Nam multae secundum inferiores causas futurae sunt, sed si ita sunt, & in praescientia Dei vere futurae sunt. Si autem ibi aliter sunt, ita potius futurae sunt. Vbi, quae praescit, falli non potest. Vbi futuritionem ponit in ordine causarum prout regulato Praescientia Dei. Quia scilicet futuritio provenit ab ordine causarum, & infallibilitas futuritionis à regulatione praescientiae. Et infra hoc confirmans ait. Hoc itaque erit, sicut se habent aliae causae, siue in mundo contextae (id est ordinatae, & dispositae) siue in Dei Praescientia reseratae. Nam secundum quasdam futurorum causas moriturus erat Ezechias, cui Deus addidit quindecim annos ad vitam. Et infra. Secundum alias quas igitur causas inferiores iam vitam finierat; secundum illas autem, quae sunt in voluntate, & Praescientia Dei (Diuinam scilicet voluntatem regulante) qui ex aeternitate nouerat, quid illo tempore facturus erat, & hoc vere futurum erat, tunc erat finiturus vitam, quando finiuit. Quod prosequitur cap. 18. Sentit ergo P. Augustinus futuritionem formaliter provenire ab ordine, vel aptitudine omnium causarum, prout regulato Diuina Praescientia.

24 Ratione probatur nostra conclusio. Quia futuritio contingentium non provenit formaliter ab existentia pro duratione subsequenti: cum duratio, & futuritio, & existentia in se conueniunt, & in certa, ut contra primam sententiam explicatum est cap. 1. Ergo solum provenit formaliter ex esse, quod habet in causis, quae de praesenti sunt: sed non habet esse in causis determinatis, & indefectibilibus antecedenter, ut probatum est contra secundam sententiam cap. 2. Ergo solum provenit formaliter ab esse, quod habet antecedenter, & de praesenti in

causis secundum se defectibilibus, in defectibilibus autem prout stant sub regulatione Diuinae sapientiae, seu praescientiae.

25 Secundo. Quia praeteritio provenit formaliter ab ordine ab existentia, quae fuit data à causis. Ergo futuritio formaliter provenit ab ordine ad existentiam, quam dabunt causae. Probatum consequentia. Quia licet praeteritio supponit esse rei praeteritae, ita futuritio supponitur ad rem futuram; ac proinde sicut illa est ordo ab existentia, quae fuit ad durationem subsequentem in qua non est, sic ista est ordo ad existentiam, quae erit pro duratione antecedenti, in qua non est, & cum hic ordo praecedat esse rei, & debeat fundari in aliquo reali de praesenti, fit, ut fundetur in ordine causarum, non ut cumque, quia sic certus non esset; sed ut regulato Diuina Praescientia, sub qua indeclinabiliter est, & erit.

26 Unde determinatio obiectiua futurorum pro duratione antecedenti habet certitudinem causalitatis, & haec provenit ab ordine causarum, quae licet singulae impedibiles sint, prout stant sub illo ordine in impedibiles sunt. Quia supponitur impedientibus non esse ex cognitione Diuina illum ordinem regulante: & habet certitudinem cognitionis, & infallibilitatis, & haec provenit à Praescientia, quae in esse ideali, & factibili cognouit consensum liberum factibilem esse determinatè ab illis causis, sic ordinatis. Et faciendum esse ab illis, si disponantur.

27 Quare hic ordo datur in Diuina Providentia. Nam primo scientia naturali cognoscit Deus consensum, vel dissensum, ut possibilem specialiter sub tali serie, vel ordine causarum scilicet sub voluntate Diuina, & creata, sub hoc auxilio, in hoc instanti, & in tali occasione, in qua non remouet

Sed ab ordine ad existentiam, quae dabunt causa.

Quae sub ordine praescientiae in impedibiles, consequent.

Ordo Diuinae Providentiae

CAP. IV.

Soluntur argumenta primae sententiae prout militant contra nostram.

tentatio consensum. Postea secundum ordinem hunc Diuinae sapientiae voluntas complacet in illo consensu, sub eo ordine causarum, regulando se illa naturali scientia, & posita hac complacentia, consensus, qui ante illam erat mere possibilis, & habet esse solum ideale, incipit esse futurus, & habere futuritionem exercitam in se ipso ab ordine, quem ad eius existentiam protali instanti temporis dicunt omnes illae causae.

28 Hac doctrina componi potest utraque sententia capitibus praecedentibus posita. Nam hac doctrina saluari potest contingentia futura habere de terminationem obiectiuam cum indifferentia subiectiua, & denominari futura ab illa determinatione obiectiua: quod intendit prima sententia. Quia contingens habet determinationem obiectiuam, non in se ipso, & in sua futuritione (hoc enim impossibile est) sed in sua prima regula, scilicet in Diuina Praescientia, in qua habet esse determinatum in esse ideali, ut determinata per decretum: habet etiam indifferentiam subiectiuam: quia omnes causae ex se sunt impedibiles, & indifferentes, & solum habent determinationem consequentem, & ab effectu per Praescientiam prauiiso.

29 Potest etiam saluari quod futuritio exercita contingentium proveniat primario à Diuina voluntate, & à motione efficaci antecedenter, quod intendit secunda sententia: ita ut certitudo causalitatis proveniat ab ordine causarum, & certitudo cognitionis proveniat à Diuina Praescientia, ut explicatum est. Et haec est

mens D. Thomae supra.

30 **S**ED contra nostram sententiam obijci potest ex auctoritatibus primae P. Augustini 26. contra Faustum cap. 4. ibi tam non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta praeterita. Et rationem reddit. Quia non est in Dei voluntate, ut esset aliquid falsum, quo esset verum. Sentit ergo Augustinus futura non posse non esse, quia verè futura sunt, & ab illa existentia, quam habitura sunt pro duratione subsequenti de nominari vere talia: neque hoc posse impediri à Diuina voluntate.

31 Et D. Anselmus in concordia cap. 1. Rem vero futuram (inquit) necesse est esse futuram, quia futurum nequit esse simul, & non esse futurum, & quantum ad hunc modum necessitatis equiparat futurum praeterito.

32 Respondeo P. Augustinum ibi docere nostram sententiam: intendit enim solum illud fore futurum, quod Diuina voluntas determinauit, & Diuina Praescientia nouit, ait enim loquendo de Helia. Illud sane scimus hoc de illo factum, quod Dei voluntas habet: quod autem Dei voluntas non habet, fieri de quo quam omnino non posse. Et postea. Porro si audiam, quod aliquid futurum erat; sed Deus fecit ne fieret, fidei simile respondebo, illud potius futurum erat, quod Deus fecit, non illud quod si futurum esset hoc fecisset. Nam Deus quod facturus erat, utique sciebat: & ideo simul sciebat illud futurum non fuisse, quod ne fieret, facturus erat, & proculdubio potius verum est quod scit Deus, quàm quod opinatur homo. Et postea ponit verba in argumento relata, in qui-

Obijcit. Aug. P.

Et D. Anselm.

Sed Aug. P. tenet nostram sententiam.

quibus solum intendit, quod impossibile est, quod illud, quod est futurum à Diuina voluntate, & Præscientia, nõ sit futurum. Quia non est in Dei voluntate, vt eo sit aliquid falsum, quo est verum: & cum eo aliquid futurum sit, quia Deus voluit, & præsciuit, non est in Dei voluntate, vt quod Deus voluit, & præsciuit non sit futurum. Quod late pro sequitur cap. 5.

Et etiam D. Ans. 33 Eadem est mens D. Anselmi, loquitur enim de futuriõne proueniẽti à Diuina, & creata voluntate, vt constat ex verbis, quæ inferius ponit. *Notandum quippe est (ait) quia scire necesse non est Deum velle, quod vult, ita necesse non est in multis, velle hominem quod vult, &c.* Vnde postea probat cõtingens prout à Deo esse quoddam modo necessarium, & prout a nobis esse liberum: vt explicuimus eum ipso *disputatione præcedenti n. 320.* Quia vero Diuina voluntas videtur abferre à nobis libertatẽ, obijcit sibi illud *Iob. 14. constituisi terminos eius, qui præteriri non poterant, & respondet hanc voluntatem stare cum nostra libertate: quia decretum habet certitudinem, & immutabilitatem, secundum quod regulatur præscientia antecedenti, qua videt consensus nostros, sibi præsentem in aternitate, & in se ipso secundum esse ideale. Nam prius in se omnia disposuit, & constituit, quam in tempore fiant addiditque illud ad Rom. 8. quos præsciuit, & prædestinauit, & sic res cõtingentes secundum se sumpta possunt esse, & non esse futura, non tamen prout stant sub præsentia, qua sunt præsentia liter in aternitate, in qua cognoscuntur a Deo per præscientiam. Hanc esse mentem D. Anselmi constat ex illis verbis. *Nam quoniam Deus non fallitur, nec videt nisi veritatem, siue ex libertate, siue ex necessitate veniat, dicitur constitui apud se immutabiliter, quod apud homines prius quam fiat mutari potest.**

Et postquam confirmat hoc Scripturas subdit. *Hoc quippe propositum secundum quod vocati sunt Sancti, in aternitate in qua non est præteritum, vel futurum, sed tantum præsens, immutabile est, sed in ipsis hominibus ex libertate arbitrii aliquando est mutabile.* Quibus verbis exprimit prædestinationem rerũ faciendarũ in tempore prius habere esse immutabile in eternitate, & ibi cognosci præscientia, qua regulatur prædestinatio. Quare cap. 2. concludit. *Et prædestinatio, & præscientia non discordant, sed sicut præscit, ita quoque prædestinat.* Quod totum est nostra sententia.

34 Secundo obijciunt, eo præcisẽ res est formaliter entitatie futura, à quo formaliter est in rerum natura posterior in existendo, at sic posterior est formaliter præcisẽ per non existentiam rei pro duratione antecedenti, & per existentiam pro duratione subsequenti. Ergo his dumtaxat constituitur res futura præsciendo ab omnia alia. Probat minorẽ. Quia formaliter loquẽdo, nihil est aliud Anti-Christum esse posteriorem respectiue ad hoc tempus, quam nunc non existere, & existere post.

35 Relictis pluribus, quæ congerit Viues *disp. 18. dist. 1.* contra Ribadeneiram, & contra Viues congerit Borrull. *disp. 1. sect. 2. a. n. 14.* quæ non attingunt medullam difficultatis. Respondeo distinguendo maiorem, & cõcedo, quod eo præcisẽ res est formaliter entitatie futura, à quo formaliter certo est in rerum natura, vel in rerum natura posterior erit in existendo: nego autem quod eo præcisẽ res est præcisẽ formaliter certo entitatie futura, a quo formaliter non est certo, sed in determinate futura. Vnde cum res non sit formaliter posterior certo, præcisẽ per non existentiam rei pro duratione antecedenti, & per existentiam pro duratione subsequenti, vt

Obijcit. Rem esse futuram per existentiam subsequenti.

Et conceditur de existentia regulata præscientia. Viues. Borrull.

cumque sumptam (vt sic enim in determinata est futuritio, sicut & indeterminata est existentia) sed per non existentiam rei pro duratione antecedenti, & per existentiam certam pro duratione subsequenti, fit, vt ab existentia rei pro duratione subsequenti secundum se sumpta, non possit denominari contingens certo futurum, nisi addatur ordo causarum regulatus Diuina præscientia, ad dandam determinationem certam contingenti, & sic ab ordine tali causarum denominatur formaliter futurum.

Quia agitur de futuritio ne infallibili. Ribadeneira. 36 Etenim vt bene supponit Ribadeneira n. 3. & alij, hoc in loco sermo est de futuritio, non vt cumque, sed de futuritio, quæ reuera erit, & de forma, vel quali forma, à qua res futura dicitur esse talis. Hæc autem non potest esse existentia contingens secundum se sumpta, extitura pro duratione subsequenti, quia hæc est cõtingens pro tota duratione antecedenti ad ipsam: & ideo ipsa non potest dare sibi denominationem certo futura: quia à mre indeterminato, vt tali, non potest provenire determinatio certa, ideoque est recurrendum ad formam determinatam, quæ ipsum contingens relinquat contingens, & de nomine certo futurum, quæ non potest esse alia, quam ordo causarum regulatus à Diuina Præscientia.

Inquiri. tur quid sit determinatio præsens? 37 Secundo obijcit Borrull. n. 20. Ea determinatio præsens, constituens intrinsece futurum, nec potest esse aliquid creatum, quia ab aeterno res est futura, & nihil creatum est ab æterno, nec increatum, quia si hoc esset, esset decretum efficax: hoc autem non potest esse, quia futuritio absoluta infallibilis est obiectum talis decreti, & sic determinatio constituens determinationem infallibilem, erit etiã obiectum talis decreti. Ergo sicut futuritio distincta est à decreto cuius est obiectum, ita & determinatio.

38 Confirmatur, quia determinatio formalis ad existendum infallibiliter non est decretum volens existere amorem (hoc enim non est formalis existentia amoris, sed efficiens illius) ergo neque determinatio formalis ad futurum infallibiliter erit decretum, sed quid ab ipso distinctum, & causatum, & sic existentia pro duratione subsequenti.

Sylva num. 2. relato eam determinationem ait esse esse aliquid creatum, prout est in causa determinatione increata, scilicet in idea, omnipotentia, & decreto ponendum ab ipsis, & à creatura in proprio esse in tempore, & in causa hoc modo aliquid creatum est ab aeterno increata. 39 Responderi potest ex Sylva *num. 2. relato eam determinationem ait esse esse aliquid creatum, prout est in causa determinatione increata, scilicet in idea, omnipotentia, & decreto ponendum ab ipsis, & à creatura in proprio esse in tempore, & in causa hoc modo aliquid creatum est ab aeterno increata.* Ait enim hic Doctor n. 16. rem esse futuram nihil aliud esse, quam habere determinationem in causa, non solum vt possit esse, sed etiam, vt habitura sit existentiam, ita vt totum esse futuri sit in causa, & nihil extra. Nam quid quid extra causam est, præsens, & non futurum est.

40 Nobis dicendum videtur eam *Sed dicitur determinationem præsentem in causis creatis esse aptitudinem quandam, & ordinem quendam ordinem ad contingens, vt à causis fiat determinate, prouenientem à voluntate Diuina, & Diuina arte. Sic colligitur ex Egidio n. 21. adducto. Hæc arte.* autem aptitudo, vel hic ordo est dispositio omnium causarum simul sumptarum, qua ipsæ non impediuntur, vt causent determinate consensus prædissensu, in declinabiliter, & in superabiliter, sicut videntur illum determinate causare in esse ideali, & possibili per Diuinam præscientiam. Vnde dico illam determinationem in Deo esse illam aptitudinem, seu ordinem per Diuinam præscientiam cognitum, determinatum tamen per Diuinam voluntatem, seu propositum, vt causet in tempore, & in hoc sensu determinatio præsens, est aliquid creatum, prout in causis creatis, & prout in causa increata.

41 Informa ergo dico ad argu-
mentum, determinationem præsentem
respectu causarum secundarum (com-
pare respectu causarum) esse illum ordinem, seu dis-
positionem, & hanc esse in tempore,
sicut & ipsæ causæ in tempore sunt, &
licet nihil creatum sit ab æterno, ta-
men nihil comparatione Dei est futu-
rum ex parte modi cognoscendi Dei,
& licet ex parte rei cognita possit ali-
quid esse futurum Deo, determinatio
ad futuritionem ex parte Dei est Præ-
scientia contingentium causarum ordi-
natarum ad cauandum determinate
consensum, vel dissensum; unde deter-
minatio passiva ipsius consensus, prout
a causis creatis, & increata, est effec-
tus decreti, & ipsa determinatio acti-
ua causarum, prout in Præscientia, est
obiectum illius.

42 Ex quo patet ad confirmatio-
nem determinationem formalem pas-
siuam ad existendum non esse decre-
tum, sed effectum decreti; actiuam au-
tem esse decretum, & ordinem causa-
rum, vt dictum est.

43 Tertio obijcitur. Peccatum
Anti-Christi est certo futurum, etiam
quoad formalitatem: & tamen non ha-
bet aptitudinem, vt sit in suis causis:
quia in Deo illam habere non potest.

44 Respondeo peccatum habe-
re aptitudinem, & ordinē, vt sit in crea-
turis; in Deo autem permissionē, quia
Deus solum est præsciens peccatorum,
non auctor, iuxta dicta disputatione
præcedenti num. 196.

45 Quarto obijcitur. Præteritū
solum consistit formaliter in carentia
existentiæ nunc, & existentiæ antea exer-
cita, determinatione causarum pure ra-
dicaliter concurrente. Ergo futurum
consistit formaliter in carentia existē-
tiæ nunc, & existentiæ postea exercēda.

46 Nego consequentiā. Quia præ-
sens habet esse in se, & præteritum ha-
bit certo, futurum autem contingens

illam non habet in se, neque habere
potest, neque in suis causis determina-
te, & ideo solum potest illam habere
in ordine causarum, vt præuiso certo
causaturō.

47 Quinto obijcit Suarez. Si fu-
turum esset, quod habet ordinem cau-
sarū, vt fiat, posset aliquid fieri in tem-
pore, quod antea non esset futurum:
quia posset non esse ille ordo causa-
rum, & posset aliquid esse futurum,
quod nunquam esset præsens: quia pos-
set ordo causarum impediri.

48 Respondeo negando seque-
lam quoad vtramque partem: quia ille
ordo, supposita Præscientia, & propo-
sito Diuinæ voluntatis, non potest non
esse, nec potest impediri, & sine eo
existentia esse non potest: quia si non
sunt causæ ordinatæ, sunt impeditæ ad
effectum.

CAP. V.

Soluuntur argumenta secundæ senten-
tiæ, prout militant contra nos-
tram.

49 **E**X Auctoribus etiā secundæ
sententiæ, obijci potest contra
nostram. Primo P. Augustinus
9. de correctione, & Gratia, &
6. de Genesi ad litteram, cap. 17. Vbi di-
cit, quod Deū futurā facere nihil aliud
est, quam eorum causas præparare. Et
tract. 38. in Ioannem. Deus (inquit) se-
cit futura, ea prædestinando.

50 Respondeo priora verba nō
reperiri formaliter in P. Augustino lo-
cis relatis, licet colligatur ex secundo
loco, sed illis probari nostram senten-
tiam: quia Deus præparat causas se-
cundum ordinem suæ Præscientiæ, &
sic futuritio desumitur per ordinem
ad dispositionem causarum, præuis-
sum, vt possibilem per præscientiam,
& præparatum per voluntatem: vn-
de

Et præ-
teritum ha-
bit,

Obijcit.
P. Aug.

Sed est
pro nobis

de secundum testimonium etiam pro-
bat nostram sententiam, quia Prædes-
tinatio est Præscientia, & præparatio
Beneficiorum Dei, quibus certissime
etc. idest causarum secundarum, vt
adiutarum beneficij Dei: hæc autem
non oportet, vt sint determinatione
physice, attentis hic testimonijs.

Obijcit.
n. 59. futurum ex natura sua est quid
medium inter ens pure possibile, &
ens existēs, & addit aliquid supra pos-
sibile, & dicit minus quam existens: at
nequit distingui ab illis nisi habeat de
præsentis determinationem ad existen-
dum postea: ergo futurum hanc deter-
minationem habet.

52 Minorem probat, quia diffe-
rentia futuri à possibili significatur
per actualem determinationem ad exis-
tendum: quia ens possibile, vt tale di-
cit in determinationem ad existendum,
& existens determinationem habet in
se.

53 Secundo illam probat Gonet:
quia res mere possibilis continetur in
causa indeterminata, & indifferenti
ad dandum illi esse; res existens est to-
taliter extra suas causas: sola autem
determinatio in causa facit rem futu-
rā distingui à re, quæ est in causa inde-
terminata, & à re quæ est extra omnes
causas.

54 Concessa maiori, distingo mi-
norem, & concedo illā de determina-
tione siue extrinseca proveniente à
præscientia regulante, siue intrinseca
causis operantibus: nego autem de
determinatione præcisse intrinseca.
Nam cum futura alia sint necessaria,
alia contingentia; licet futura necessa-
ria petant illam determinationem in-
trinsecam, contingentia illi repugnat:
repugnat enim contingentiæ intrinse-
ca determinatio in impedibilis.

55 Ad probationem minoris di-
co differentiam futuri à possibili signi-
ficari per actualem determinationem,

Gonet.

Quomo-
do disti-
guatur
futurū à
possibili.

futuri quidem necessarij per antece-
dentem, & in causa, contingentis vero
per determinationem consequentem,
vt præuisam per præscientiam in esse
ideali, qua sit determinate futurum,
& per indeterminationem in causa,
qua sit futurum contingenter.

56 Ad secundam probationem
dico, rem mere possibilem contineri
in causa indeterminata pro signo in-
differentiæ, & habere esse ideale in se
pro signo determinationis, & sic con-
sensus liber, vt futurus distinguitur à
mere possibili per determinationem
in esse ideali, vt prædefinitam causari
à causis in determinatis, vt sæpe dictū
est. Qua propter habet esse extra cau-
sas idealiter, & esse in causis indifferen-
tibus in esse exercito, & per primum
distinguitur ab existenti in se, per se-
cundum à mere possibili.

57 Tertio obijciunt. Rem esse fu-
turam est aliqua denominatio realis,
non quidem intrinseca, sed extrinseca
(de nominatio enim intrinseca nō po-
test conuenire rei non existenti) & sic
debet provenire ab aliqua forma rea-
li extrinseca existenti. Non ab alia, ni-
si à determinatione causæ ad eius pro-
ductionem: quia talis forma non po-
test esse ipsa causa præcisse, vt potens
ad productionem effectus: quia vt sic
tantum tribuit denominationem pos-
sibilis: nec potest esse causa, vt actu in
fluens esse in effectum, sic enim dat de-
nominationem existentis. Ergo solum
potest esse vt determinata ad dandam
ei existentiam pro duratione subse-
quenti.

58 Respondeo concessa maiori
distinguendo minorem, & concedo il-
lam de determinatione causæ extrinse-
ca proveniente à Diuina Præscientia,
regulante, & à Diuina voluntate deter-
minante ideam; nego autem illam de
determinatione intrinseca causæ, vn-
de forma illa a qua provenit futuri-
tio determinata, neque est causa præ-
cisse,

Futuri-
tio est de-
termina-
tio extrin-
seca causæ

cisse, vt potens causare, neque vt actu causans, sed sunt omnes cause dispositae ad causandum, dispositione praesentia per Praescientiam, & volita per voluntatem.

59 Quarto obijciunt, vt hoc iudicium Petrus peccabit, de praesenti sit verum, necessarium est, vt de praesenti existat veritas illius: sed talis veritas de praesenti non est nisi in determinatione causarum: quia peccatum de praesenti non est, & contingenter erit. Ergo futuritio dicitur talis a determinatione causarum.

60 Respondeo concessa maiori, negando minorem; quia veritas illius iudicij obiectiue est in praesentia naturalis Dei terminata ad ideam representationis, non factionis, sed permissionis, vt late explicuimus disputat. praecedenti numer. 166.

DVB. II.

Quid sit futuritio conditionata contingens?

61 EXPLICATA contingens in communi, seu absoluta, quae proprie futuritio est, explicemus oportet futuritionem conditionatam, quae scilicet esset futuritio, si poneretur aliqua conditio.

CAP. I.

Proposito plurium conditionatorum genere, dubij titulus explicatur.

62 FUTURA conditionata multiplicia sunt, iuxta multiplicem comparisonem, quae fieri potest inter conditionem, & euentum, qui esset futurus, si conditio poneretur (vel quod est inter

antecedens, & consequens) Nam alia sunt disparata, alia connexa. Disparata dicuntur illa, in quibus conditio, seu hypothesis nullam prorsus habet connexionem cum euentu, vel conducentiam ad illum, sed conditio, & euentus se habent omnino concomitanter, vt haec. Si Turca dormit, Rex equitabit, quae solis verbis esse conditionata putant plurimi vtriusque sententiae auctores. De quo Vines Disp. 2. dist. 1. num. 8.

63 Connexa dicuntur illa, in quibus conditio habet aliquam causalitatem, vel connexionem cum euentu: quia ad illum potest conducere. Et horum alia sunt necessaria, alia contingentia. Necessaria sunt illa, in quibus conditio habet necessariam connexionem cum euentu. Vt si Sol laeuet, dies est, si Petrus habuerit filium, erit Pater. Contingentia sunt illa, in quibus conditioni accidit euentus: quia posita conditione potest esse, & non esse euentus.

64 Haec autem futura contingentia conditionata adhuc sunt multiplicia. Nam alia sunt, in quibus conditio connectitur cum euentu physice, illa scilicet, in quibus connexio habet connexionem physicam cum euentu contingenti. Vt in Thomistarum sententia physica praedeterminatio est connexa physice cum consensu libero. Vnde, si fuerit physica praedeterminatio, erit consensus liber. Et si Deus praedeterminauerit physice Petrum ad amorem, inabit liber.

65 Alia sunt in quibus conditio connectitur solum moraliter, infallibiliter tamen, vt in Augustinianum, & plurium Thomistarum, & Scotistarum sententia (quos retulimus disp. 1. n. 474.) motio moralis consistens in actibus in deliberatis intellectus, & voluntatis, connectitur ex se solum moraliter cum euentu libero: quia non habet connexionem essentialem cum illo, habet tamen infallibilitatem metaphysicam cum eo, vt si Deus vo-

Vines.

Alia connexa.

Connexio physica.

Alia connexione morali.

ca 2

cauerit Petrum delectatione victri-
centationis, consentiet.

Quae habent latitudinem.

66 Haec autem moralis connexio habet plures gradus: quia potest esse maior, & minor: & ideo contingentia moraliter connexa sub diuiduntur in plura: quia alia sunt connexa infallibiliter, alia probabiliter, alia coniecturaliter, alia, vt in plurimum, alia raro. De quo in materia operis, num. 1.

67 Igitur in hoc dubio sermo est de conditionatis contingentibus, siue sint connexa physice, siue solum moraliter. Et inquirimus, quid sit futuritio conditionata contingentium?

CAP. II.

Proponuntur duae extremae oppositae sententiae, & reijciuntur, vt in sufficientes.

68 IN hoc dubio sunt duae extremae oppositae sententiae, quae de conditionatis contingentibus consequenter discurrunt, a de absolutis, vt retulimus, dubio iuxta se praecedenti.

69 Prima sententia affirmat futuritionem conditionatam contingentium, praeter negationem existentiam illius, quae foret, si conditio poneretur. Ita Iesuitae relati dubio praecedenti, cap. 1. qui consequenter addicta de futuritione absoluta discurrunt de conditionata: vt patet apud Ribadeneiram disputat. 10. cap. 3. & Villegas controuers. 3. disp. 2. cap. 3.

70 Supponit enim Ribadeneira (quod iam antea docuerat Albertinus in 4. princ. Philosoph. quest. 4. subit. 2.

assertione 1. numer. 8. fol. 272. column. 2. §. respondetur) futuritionem, & veritatem obiectiuam conditionatam in distinctam esse a futuritione absoluta obiectiua: hac sola differentia, vt explicat numero 20. quod futuritio absoluta explicatur modo absoluto, & conditionata modo conditionato.

71 Vnde dicere solent huiusmodi Doctores veritatem conditionatam regulari per veritatem de praesenti. Quia bona est haec consequentia. Petrus defecit, si conuersus auxilijs defecit, ipse prouiderit. Ergo verum erat si ei prouiderentur, conuertendam fore. Vt ait Ripalda referendo suorum sententiam, disputat. 113. de ente superat. sect. 5. numero 24. post medium. Ideoque idem dicendum putant de vtraque futuritione.

Ripalda.

72 Attamen, quia est valde difficile assignare fundamentum illius veritatis obiectiuae, & illius existentiae, quae foret: cum sicut posset fore existentia consensus verbi gratia, posset fore non existentia: quare diximus numero 10. nullum esse fundamentum futuritionis absolutae; ideo laborant huius sententiae Doctores in eo fundamento assignando, & vt assignent obiectum scientiae mediae, quod adeo est difficile, vt Aldrete quinque modos assignandi illud fundamentum afferat, & reijciat, disp. 26. a sect. 5. Et sect. 8. suam sententiam conuenit persuadere, licet eadem inconuenientia incurrat, quae aliae, quas impugnat. Vide etiam Vines disp. 10. a dist. 2.

Difficile explicatur fundamentum veritatis condit.

Aldrete.

73 His ergo relictis ad dubium 11. nobis haec sententia modo non probatur. Primo, quia futuritio conditionata debet esse vera, & determinata, alioquin futuritio non esset exercita, sed mera possibilitas: ab existentia autem mere co-

Sed reijcitur, quia indeterminata.

P tin.

tingenti, qualis est futurorum contingentium pro tota duratione antecedenti, non potest provenire denominatione futurationis certae: quod amplius vrget in contingentibus conditionatis, quae nunquam habitura sunt existentiam. Impossibile est enim effectum sine causa intelligi.

Et quia non inferitur ex de presenti. Franc. a Christo. 74 Vnde, vt in quaestione diximus a numero 34. Cum nostro Francisco a Christo, ex existentia, & veritate determinata, quam habebunt, vel haberent contingentia de presenti, non solum non inferitur illam habere in se ipsis ante decretum Diuinae voluntatis, sed nec post decretum. Quia licet quando existeret, vere, & determinate existeret, talis tamen existentia omnino contingenter provenit a causa secunda, & a prima: & sic pro tota duratione antecedenti fuit omnino contingens. Ergo pro tota illa duratione antecedenti non fuit determinata: implicatio enim contradictionis est, idem secundum idem esse omnino contingens, & determinatum. Nihil enim contradictorie opponitur in determinationi, magis quam determinatio.

Nam quod sequitur existentiā non praecedit. Aureol. Brizen. 75 Secundo, quia, vt ibi numero 37. diximus cum Aureolo, & Brizenio, quando aliquod accidens oritur ex aliquo sequitur ipsum, non praecedit: alias esset prior effectus, quam causa, fundatum, quam fundamentum, & regulatum, quam regulata. Ergo cum determinatio obiectiua oriatur ex ipsius existentia, & in ea fundetur, & ab ea reguletur, non potest veritas obiectiua, & determinatio contingentium non sequi existentiam illorum, & sic ante existentiam illorum determinatam, in intelligibilis est illa determinata futurationis.

Et illius futurationis 76 Tertio, quia illius futurationis nulla est causa, vt patet, quia

non materialis; vt explicatum est: non formalis: quia supponit materialem: non efficiens, quia haec est creatura, quae non potest causare nisi, vt existens, & ab aeterno non existit: non finalis: quia haec supponit efficientem, quam mouet, & haec non est ab aeterno. Ergo assignatur effectus de presenti absque vlla causa de presenti.

77 Propter haec, & alia docent Thomistae futurationem conditionatam contingentium dicere de presenti aliquid reale, ab aeterno existens in causa, & hoc esse determinationem euentus ad existendum postea infallibiliter, casu quo existat conditio, existentem in decreto actuali Diuinae voluntatis absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte potentiae, vel obiecti. Ita Doctores relati numero 12. qui cum existiment ante decretum Diuinae voluntatis absolutum ex parte actus, nihil esse, quod certum reddat euentum contingentis, id circo putant ponendam esse de presenti determinationem in causa, quam dicunt in Diuina voluntate esse decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti, a quo danda esset physica praedeterminatio voluntati creatae, casu quo conditio poneretur.

78 Sed neque haec sententia nobis probatur. Vt enim notat Egidius super Epistolam ad Rom. cap. 3. lect. 10. dub. 2. futura contingentia duo dicunt, scilicet, esse futura, & esse contingentia, & qua parte sunt futura, negant existentiam, & determinationem in se ipsis: & qua parte sunt contingentia, negant determinationem in suis causis. Ergo licet Thomistae bene arguunt contra Iesuitas, futura, quia talia, non posse habere determinationem in se ipsis, alioquin non futura, sed existentia essent, & nos cum ipsis: sic

nis nul. la est cau. sa. Iuxta Thom. fut. uritio cond. pro. uenit, a determi. natione de pra. senti.

sic etiam Iesuitae, & nos cum ipsis bene arguimus contra Thomistas, contingentia, quae talia non posse habere determinationem in suis causis: alioquin contingentia non essent. Quia non minus contingentia excludit existentiam, & determinationem, quam determinatio contingentiam. Futura ergo contingentia (ait Egidius) quia ex eo quod sunt futura, non sunt in se, ex eo quod sunt contingentia, non sunt determinata in suis causis. Ideoque negandum contingentia habere futurationem in se, & determinationem in suis causis.

Et si stat. non stat. certa fut. uritio. 79 Scio Thomistas dicere de terminationem istam in causis relinquere causam coningentem, sed vt dicebamus dubio praecedenti, etiam relinqueret in certam futurationem. Et deinde, si Thomistae cum determinatione causae possunt componere contingentiam euentus in se: etiam Iesuitae cum contingentia, & indifferentia effectus in causa, poterunt componere determinationem effectus, & futurationis eius in se. Eisdem enim vijs quibus se defendunt Thomistae in sua causa; poterunt se, & Iesuitae, & Nominales in sua causa defendere: cum non sit difficilius componere certam, & determinatam futurationem cum contingentia, quam componere cum contingentia determinationem.

Ideo assignanda causa vtriusq. 80 Constat ergo ex dictis futurationem conditionatam praeter negationem de praesenti, non explicari per existentiam illius, quae foret, si conditio poneretur: vt dicunt Iesuitae. Quia non assignatur fundamentum illius veritatis obiectiuae, & datur effectus de praesenti absque forma de praesenti; imo (vt ait Curiel controuers. 7. numero 42.) explicatur idem per idem, scilicet futurum per futurum. Idem enim est dicere futurum est, quod exti-

Curiel.

turum est in tempore sequenti, ac dicere futurum est, quod est futurum. Quare futurationis etiam conditionatae debet assignari causa de praesenti. Constat etiam hanc causam non esse decretum assignatum a Thomistis: quia hoc non relinquit contingentiam, ideoque oportet assignare causam, contingentiam relinquentem.

CAP. III.

Proponitur sententia Syluae, & vt in sufficiens reijcitur.

Si PROPTER haec, & alia, Sylua 1. p. quast. 14. articul. 13. dub. 3. numero 12. & 15. mediam inter praecedentes sententias excogitauit: affirmat enim futurum consistere in entitate, quae potest produci, & habet insuper determinationem decreti, a qua fit futurum, quod pro signo antecedenti erat possibile, & solum habet existentiam in causa omnipotentiae, decreti, & ideae exemplaris.

81 Hoc autem futurum (subdit) dicitur contingens, & potest etiam dici conditionatum, attenta causa secunda in qua est contingens, & conditionatum, quando dependet a conditione: at respectu Dei nunquam potest esse contingens, nec conditionatum, sed semper est infallibile, & absolutum.

82 Quod ergo futurum consistat in entitate, quae potest produci, & habet in super determinationem a quasi futuro, quod erit possibile, probat, quia quidquid extra causam est, praesens est, non futurum. Ergo futurum consistit in entitate, quae est intra causam, cum

Iuxta Sylua. fut. uritio cond. est intra causam de terminata tam. Et potest dici contingens, & conditionata.

determinatione decreti, a qua sit futurum.

84. Quod autem futurū dicatur contingens, attenda causa secunda, probat. Quia quod futurum est, vel est contingens, vel necessarium, vel infallibile: sed respectu causæ secundæ semper habet contingentiam (nam in presenti non loquimur de futuris necessarijs) ergo non infallibilitatem, & necessitatem.

Respectu 85. Ex quibus infert futurum in causa 2. causa secunda, & attenda causa secunda, posse esse futurum, contingens, conditionatum, non vero attenda causa prima. Quia futurum petit produci dependenter à conditione: & cum causa secunda ignoret, quid de conditione futurum sit, poterit conditionate determinare de illo: vel quia non potest producere talem conditionem, ex defectu, vel cognitionis, vel potentia, poterit conditionatum cognoscere.

86. Deus autē e contra; cū neque ei deficiat scientia, vel potentia, nihil conditionatum potest cognoscere, vel determinare; & sic ratione infinitæ cognitionis nihil potest ei esse contingens, & ratione infinitæ potentia nihil potest ei esse decretum conditionate.

Et compo 87. Ex his componi possunt (ex doctrina huius Auctoris) illa duo, ut contingentiam cū determinatione. quæ in alijs sententijs capite precedenti diximus non componi: scilicet contingentia (manendo contingentia futura) habere determinationem pro duratione antecedenti: habent enim determinationem in omnipotentia, & idea, determinatis per decretum, & habent contingentiam in causa secunda.

88. Componitur etiam contingentia habere futuritionem determinatam, & infallibilem prout in Deo, & prout à Deo, & non habere determinationem in suis causis: sed

solum esse contingens, & fallibilitatē: quia futurum (vt hic Auctor docet, n. 20.) solum in causa prima habet determinationem ratione decreti, in causa autem secunda habet contingentiam.

89. Ex quibus infert numero 23. distinctionem illam futuri in absolute, & conditionatum non esse admittendam, præcipue respectu Dei. Quia licet in nostro modo loquendi ista conditionata futuritio reperiat: quia ignoramus, vel conditiones concurrenturas ad futuritionem, vel non possumus conditiones adimplere; tamen comparatione Dei, cui naque ignorantia, neque defectus potentia est; nulla est conditionata futuritio: sed illa, quæ comparatione nostri dicuntur futura sub conditione, comparatione Dei mere possibilia sunt. Quia vt probat num. 24. Futurum non potest intelligi, nisi illud, quod dimanat à voluntate Diuina, determinante quod illud sit: hæc autem determinatio non datur circa illa, quæ nobis dicuntur futura sub conditione: quia, vel Deus determinat quod sit aliquid, vel quod non sit? Si primum, aliquando erit: cum Dei determinatio non possit frustrari. Si secundum, manet mere possibile. Et hac de causa ait illa conuersio Tyrrij, & Sydonis, non pronuntiatur futura in Scriptura, sed solum remanet in sola possibilitate, quia scientia Dei non poterat ignorare. An conditio esset ponenda?

90. Secundo infert numero 25. contra Ioannem à S. Thoma (quem retulerat numer. 67.) neque admittendam distinctionem futuri in futuritionem in causa, & futuritionem in se: quia futura, solum in causa possunt admitti, propter eandem rationem. Futuritio enim conditionata contingentium, quæ nunquā erunt, solum est possibilitas eorū; quia inclinatio causarū se,

Et non admittit futuritionem cōd. respectu Dei.

Nec futuritionem in causa, & in se.

secundarum, & ordo illarum ad effectum mera possibilitas est, si talis ordo non proueniat à decreto imperatiue, & à Diuina sapientia directiue.

Non penitus explicat.

91. Hæc sententia magis ad veritatem accedit, & conformis est Doctrinae Egidij, quam in toto hoc opere explicare conamur: sed eam penitus non explicat, & plura dicit, quæ admittenda non sunt.

Infallibilitatem à Deo, & contingentiam à creatura.

92. Bene enim componit hæc sententia determinatam futuritionem contingentium pro duratione antecedenti, prouenientē ab omnipotentia, & ideis, vt determinatis per decretum, à quibus prouenit determinata, & infallibilis futuritio contingentium: & etiā componit contingentiam eorum comparatione creaturæ: sed non explicat punctam difficultatis; quomodo scilicet componantur hæc duo, & quod contingentia prout à Deo sint primo, & infallibiliter futura, & quod comparatione creaturarum sint contingentia? Nam determinatio illa decreti Dei, cum sit ex se efficax, & antecedens videtur non relinquere contingentibus indifferentiam, prout sunt a creaturis: & ideo dicere futuritionem contingentium prout a Deo esse indefectibilem, defectibilem autem prout à creatura; videtur implicare contradictionem.

Ex eo quod Deus immutabilis, non creatura.

93. Responderi potest ex hoc Auctore num. 17. hoc componi. Quia sicut Deus est immutabilis, & indefectibilis, ita omnis creatura e contra mutabilis, & defectibilis est essentialiter; & sic omne futurum in causa secunda debet esse contingens, & defectibile, & in causa prima indefectibile. Quia quidquid est in causa debet esse admodum ipsius causæ in qua est. Et ex hoc oritur, quod omnis infallibilitas, quæ in futuris reperitur, à solo Deo potest dimanare, sicut & omnis defectibilitas, & contingentia à creatura. Quod ipse latius explicat. dub. 4.

num. 27. ait enim futurum contingens dependere à causa indefectibili, & à defectibili: vt est præcisse à causa indefectibili est sine contingentia, & defectibilitate, & vt est à causa defectibili est cum defectibilitate, & contingentia: quia vna quæque causa influat in effectum iuxta modum proprium. Quod late ibi prosequitur.

Nam hoc admissum, manet difficile.

94. Hæc licet vera sint, non satisfaciunt difficultati. Nam, vel indefectibilitas, & immutabilitas Dei trahit secum virtutem creaturæ, & sic futuritio erit omnino simpliciter indefectibilis, & immutabilis, etiam prout à creatura. Vel e contra indefectibilitas Dei trahitur admodum creaturæ (vt trahi debet iuxta S. Thomam, Egidium, & alios, quos retulimus, & secuti sumus disput. 1. numer. 345.) & sic erit omnino defectibilis, & simpliciter contingens? Ergo, vel futuritio contingentis erit omnino determinata, & nullo modo contingens. Vel e contra erit omnino contingens, & nullo modo determinata? In hoc enim est sudor, & labor Theologorum, vt componatur certitudo ex parte Diuinæ Prædestinationis, & contingentia ex parte prædestinati. Quia vtrumque dari nemo dubitat.

95. Melius posset respondere ex eodem Auctore citato dub. 4. d. rat. ad numero 38. Illa duo componi ratione scientiæ regulantis decretum. Quia Deus antequam prædifferenziat consensum, scientia naturali videt voluntatem inclinaram ad consensum in statu mere possibilitatis, & sic posito decreto, vt regulato hac scientia, fit, vt ex eo consensus prout à Deo sit indefectibilis consequenter; prout vero à voluntate creata sit defectibilis antecedenter; nō tamē prout stat sub illa inclinatione, & decreto, & scientia dirigente: quia adhuc ipsa voluntas ex se habet inclinationem potius ad consensum,

quam ad disensum, & efficeret ex se sola libere consensum, si poneretur per impossibile sine præscientia Dei: & sic fit consensus infallibiliter ratione decreti, & sapientiæ regulantis, qui alias fieret fallibiliter sine illa.

96 Hanc doctrinam non possum non admittere, quia illam docui, vt Ægidianam in questione, cap. 6. præscriptum num. 114. Et in toto tractatu, illam stabilire conamur. Sed restat explicandum huic Auctori. An, & quomodo illa scientia naturali Deus cognoscat certissime futurum determinate consensum, si à Deo prædefinitur?

Adhuc non explicat.

97 Vnde sic arguo cōtra ipsum. Vel Deus illa scientia naturali cognoscit voluntatem inclinatum ad consensum dumtaxat in actu primo, vel etiā in actu secundo? Si primum non est sufficienti ad hoc vt Deus prædefiniat cōsensum, sine periculo frustrationis: quia cum posita illa inclinatione voluntas maneat adhuc indifferens ad consensum, & disensum: non stante illa inclinatione antecedenti ad consensum, possibilis est etiam consequenter disensus. Si secundum, explicandum restat huic Doctōri: quomodo sit possibilis consequenter consensus, & impossibilis consequenter disensus? Videantur dicta disp. 1. num. 189.

Futuritionem esse certam

98 Legi attente hunc Doctōrem pluribus in locis, vbi hac doctrina vtitur, & nunquam potui deprehendere. An ponat voluntatis inclinationem in actu primo, an in actu secundo? Et ideo de illius mente indaganda modo non curo, sed ulterius progredior, & sic ipsam impugno ad hominem.

Et cogitar per futuritionem respectu Dei

99 Si Deus prædefinit consensum creaturæ ex regulatione illius scientiæ naturalis de inclinatione voluntatis ad consensum, vel in actu primo, vel in actu secundo. Ergo male docet hic Doctōr futurum cōtingens conditionatum esse tale comparatio-

ne creaturæ, non comparatione Dei. Probo consequentiam. Quia illa scientia naturali cognoscit Deus voluntatem inclinatum ad consensum, vel inclinatione naturali, vel ex motione gratiæ, vt ipse docet n. 41. Ergo cognoscit certo, quod si det voluntati, vel permittat illam inclinationem, erit cōsensus. Ergo cum dare hanc inclinationem, vel permittere causari à causis naturalibus, sit sibi liberum, & omne liberum sit contingens: quia contingens est veluti genus ad liberum, & non liberum; sit, vt etiam sit Deo contingens conditionatum, quod sit ille consensus pro illo priori ad decretū.

100 Forsan responderet hic Doctōr, hanc futuritionem conditionatam esse solum in esse possibili, & ideali, & non egredi ab statu meræ possibilitatis: se autem dum negat aliquid esse futurum contingens comparatione causæ primæ, loqui de futuritione exercita in ipso consensu.

Saltem conditionatam.

101 Sed contra. Quia cum illa inclinatio possit poni a Deo in exercitio libere, & pro illo priori ad decretum cognoscatur scientia naturali posse ab ipso poni; cognoscitur etiam futurum sub conditione consensus contingenter, si ipse velit, futuritione exercenda in rerum natura, in ipso consensu.

102 Forsan responderet hanc futuritionem conditionatam possibilem in rerum natura, si Deus velit, adhuc esse mere possibilem pro illo priori ad decretum: quia est futuritio exercita ipsius consensus sub cōditione, sub ratione possibilis. Quia sua infinita scientia scit Deus non esse ponendam conditionē, & ideo à nobis significatur, & explicatur modo conditionali: quia ignoramus. An ponēda sit cōditio, nec ne? à Deo autem significatur modo absoluto: quia scit certo conditionem non esse in rerum natura ponendam.

103 Sed

Ad minus idealem.

103 Sed contra. Quia licet Deus cognoscat illud futurum modo absoluto, vt possibile, non potest non cognoscere illud modo conditionato, etiā sub ratione possibilis. Primo, quia illud obiectum, licet possibile formaliter, est conditionatum æquivalenter: nam hæc veritas. *Voluntas est inclinata melius gratiæ ad consensum æquivalenter est hæc. Si voluntati daretur hæc gratia, inclinaretur ad consensum.* Ergo Deus utroque modo cognoscit illam veritatem. Secundo, quia illa veritas cognoscitur à nobis modo conditionali, & vere, & sine imperfectione ex parte obiecti, ergo & à Deo: alias esset in nobis aliqua notitia, quæ non regularetur à prima causa.

Quæ est nostra sententia.

104 Et tandem. Quia non potest negari Deum cognoscere modo conditionali illam veritatem; quia illā reuelauit, non raro: vt patet in pluribus locis Scripturæ Sacræ. Si autem illam reuelauit modo conditionato, modo cōditionato illam cognouit, alioquin in cognitum reuelaret. Fateatur ergo hic Doctōr Deum illam veritatem possibilem modo conditionali etiam cognoscere, quæ est nostra sententia, a qua credo non discrepare.

vbi ait, *futura conditionata, vere neque sunt futura, neque fuerunt futura, neque habuerunt initium sua futuritionis, sed solum potuerunt esse futura, ex suppositione, & hypothesi, quod Deus talē, aut talem ordinem rerum statuisset, & ea tunc fore libere decreuisset.* Et subdit. *Et hoc debet esse certum viro sapienti, & Theologo, & contrarium dicere est stultum.* Idem docet Sylua cap. præcedenti relatus. Et dub. 11. §. 4. n. 31. vbi ait, *quod loquendo de futuris respectu scientiæ Diuinæ, nullam futuram potest dici veraciter tale, nisi illud quod purificata conditione sit absolute futurum.* Ex quo infert n. 33, *quod futura, quæ nunquam erunt, forent tamen, si purificaretur cōditio, non sunt futura, sed possibilis, & consequenter ad scientiam simplicis intelligentiæ pertinent.* Quod satis prolixè in eo dubio explicat.

106 Idem expresse docet noster Cœlestinus Brunus quodlibet. 13. disp. 5. cap. 2. §. 7. n. 19. vbi ait, *futurum conditionatum non esse aliud, nisi aliquid mere possibile, sub quodam determinato modo possibilitatis.* Idem docet Bona spes hic disp. 11. dub. vnicum. 13. *Spe.*

107 Idem tenentur docere quot quot dicunt Deum cognoscere contingentia futura in decreto suo efficaciposito ex parte cōditionis. Sic Zumel, tom. 3. opus. conclus. 5. fol. 153. vbi probabiliter hoc posse defendi affirmat. Verdu. in relectione contra scientiam mediā. Et alij dub. 10. referendi n. 424. Eandem sententiā tenere debent, qui docent futuritionem conditionatam non extrahere rem ab statu meræ possibilitatis. Sic plures Iesuitæ, quos referam num. 492.

Cœlestinus
Bona
Spe.

CAP. IV.

Futuritione conditionata est illa, quæ esset, si esset ordo causarum, sub quo videtur determinate possibilis.

Futuritione cōdit. futuritione nisrepraesentatio.

105 **P**RO nostra sententiæ explicatione suppono futuritionem conditionatam non esse vere futuritionem, sed dumtaxat futuritionis veræ repræsentationem, sub ratione possibilis. Ita sentiunt aliqui, quos supræffo nomine refert Zumel 1. p. 9. 14. art. 13. disp. 8. §. alij Theologi. Et sequitur conclus. 2.

Zumel. Sylua.

108 Et Comissis, quibus prædicti Doctōres hanc doctrinam late probabant nobis probanda est. Nam vt late probatum est tota disputatione præcedenti, quodcumque contingens in statu meræ possibilitatis habet esse possibile, est futurum conditionatum.

Quid possibile, est futurum conditionatum

sibile determinate pro tertio signo, prout ab hoc ordine causarum; sed hoc esse determinatum possibile est æquivalenter, vel virtualiter futurū conditionatum; ergo futuritio conditionata est ipsum esse possibile, seu ideale. Minorem probauimus disp. 1. d. numer. 95.

Aliter 109 Et constat, nam idem esse obiectivum significatur hac propositione. *Conse. sus determinate est possibile ab hoc ordine causarum. Ac ista si esset hic ordo causarum consensus determinate esset.* Et solum differt ex parte modi significandi. Nam si consensus videtur existens in esse reali, & exercito ab his causis: sicut est verum dicere *consensus existit ab hoc ordine causarum.* Ita est verum dicere, *quia fuit hic ordo causarum existit consensus,* idem enim significatur à posteriori per primam propositionē, quod significatur à priori per secundā. De quo *disp. 1. n. 666.*

Futuri- 110 His suppositis, dicendum futuri-
tio cōdit. tionem conditionatam contingentiū esse futuritionem, quæ esset, si esset talis ordo causarum, sub quo videtur determinate possibilis per præscientiam Dei naturalem. Ita dicendū consequenter ad dicta *dub. precedenti cap. 3.* sicut enim ibi diximus futuritionem formaliter provenire ab ordine, vel aptitudine omnium causarum, ut res futura fiat, præiusto per præscientiam naturalem: sic nunc consequenter dicimus, conditionatam futuritionem esse futuritionem, quæ esset, si esset talis ordo, sic præiustus.

Quia de 111 Et probatur, quia sicut effectus, seu denominatio formalis absolute provenit à forma absoluta, sic effectus, seu denominatio formalis conditionate provenit ab eadem forma sub conditione posita. Nam cum effectus, vel denominatio formalis sit ipsa met forma, vel modus formæ (& maxime extrinsecus) sicut posita absolute forma est denominatio formalis abso-

luta: sic, si poneretur talis forma, esset talis denominatio formalis. Vnde, sicut quia defacto est ordo causarum, à quo est Anti-Christi peccatum exiturum, peccatum Anti-Christi erit: sic ante omne decretum fuit verum, si poneretur ordo causarum, à quo prævidetur determinate possibile peccatum Anti-Christi, esset futurum peccatum Anti-Christi.

112 Pro cuius explanatione adverto ex dictis *disp. 1. n. 130.* Hoc verbum est significare actualitatem essendi, siue hæc sit illa, quam accipit subiectum à prædicato, siue illa, quam accipit a forma subiectū, siue illa, quæ accipit essentia, ab existentia, ut ibi explicuimus. Vnde iuxta *Ægidium, 1. Priorum circa principium,* su per illa verba *terminum* voco, & alibi, *est non solum est copula in propositione, sed prædicatum: quia quando dico hoc est, aliquid prædicatur, & non aliud, nisi hoc verbum est, participialiter sumptum, & sic hoc est est idem, ac dicere, hoc est ens, hoc habet esse.*

113 Secundo suppono res creatas in Deo, & in se ipsis habere modū essendi contrarium: quia in Deo res est admodum Dei, & sic ibi essentia est admodum existentia, & prædicatur de existentia, seu esse: at in se ipsa res est admodum sui, & sic existentia prædicatur de essentia, ut diximus *disp. 1. n. 56.* & alibi. Vnde in Deo dicitur *ab his causis est consensus:* at in se ipso dicitur, *cōsensus est ab his causis;* quia in Deo *de esse* prædicatur consensus, in se ipso autem *de essentia* prædicatur *esse.* Quare consensus prædificatur à Deo, ut sit in propria natura, & modo proprio ab ea serie, seu ordine causarum, in quo, esse consensus in Deo est, sicque posito ordine causarū, à quibus esse consensus possibilis est esse in se, consensus erit infallibiliter ab his causis.

114 Igitur dicimus, quod sicut futuri

Est significat actualitatem

Ægid.

Res in se, in Deo modo contrario.

*Futuri-
tio cōdit.
proveni-
ret ab or-
dine cau-
sarum, si
esset.*

turitio simpliciter, seu denominatio futuri simpliciter, & absolute provenit formaliter ab ordine, seu aptitudine omnium causarum, qui defacto est præiustus per præscientiam, sic futuritio conditionata proveniret formaliter ab illo ordine met causarū, si talis ordo esset. Quia sicut, quia hæc est vera. *Vt esse parietis provenit formaliter à visione parietis, quæ est, hæc etiā ab arte suo fuit vera. Si esset visio parietis, paries foret videndus.* Sic quia hæc est vera. *Futuritia simpliciter provenit formaliter ab ordine, seu aptitudine omnium causarū.* Hæc etiā ab æterno fuit vera. *Si esset ordo, seu aptitudo omnium causarum, esset futuritio;* quod tam est verum in futuritione rei necessariæ, quā contingentis: hæc differentia, quod res necessaria sicut præscitur, ut possibilis determinate provenire ab his causis necessario, erit necessario ab his causis contingens autem sicut præscitur, ut possibilis determinate provenire ab his causis consequenter omnino contingenter; contingenter omnino erit ab his causis.

*Compo-
nuntur
determi-
natio
obiecti-
na contin-
gent.*

*Et indif-
ferentia
principio
rum.*

115 Hac sententia componuntur illa duo in hac materia componenda. Primum, quod contingentia futura sub conditione habeant determinationem obiectivam, & hoc componitur in hac sententia. Quia per præscientiā naturalem, sicut prævidetur consensus possibilis determinate ab habitu, dine harum causarum contingentium, sic erit determinate consensus, si fuerit ordo harum causarum cōtingentium, vel esset consensus, si esset ordo causarum. Secundum, quod salvatur est, contingentia conditionata non habere determinationem in causis, conditionate politis, neque in aliquo principio antecedenti ad futuritionem cōditionatam, cum omnia possint poni indifferentia: quia certitudo, & determinatio provenit ab effectu, viso ut possibili necessario, necessitate conse-

quenti, per scientiam naturalem, per quam omnis futuritio regulatur.

116 Componitur etiam futuritionem absolutam esse Deo omnino contingentem, & liberam: quia præiusta futuritione conditionata ex ordine causarum, potest complacere, vel non complacere in illo ordine, & sic erit, vel non erit futuritio absoluta: non vero est componibilis futuritio conditionata contingens Deo, quia alias daretur casualitas respectu Dei, ut diximus *disp. 1. n. 241.*

*Et futuri-
tionem
absolutā
esse Deo
liberam.*

CAP. V.

Solvuntur aliquæ difficultates circa hanc materiam.

117 SED circa hanc materiam sūt aliquæ difficultates. *Quid significat esse?* Prima est, quod nam sit illud esse, quod habent futura, ut talia, quod significatur per illud verbū erit, vel esset?

Quid significat esse?

118 Respondeo esse illud esse quod habitura sunt pro duratione subsequenti, quod non habent de præsentia, neque habere possunt in se, sed solum habent in causis ordinatis, & aptis ad illud causandum: ideoque futuritio est illud esse, prout in causis, cum ordine, & aptitudine, ut fiat. Sic videtur sentire *Ægidius n. 21.* & *D. Thomas, ibi* etiam relatus. Et probatur, quia sicut præteritio est ordo ab existentia, quam habuit res à causis ad tempus, in quo illam non habet: sic futuritio est ordo existentia, vel esse, quod habet res in causis ad esse habendum, cum illud habeat. Procedit enim res à causis ad esse, & ab esse, ad non esse.

Existentiā, quæ esset futura, si causa esset.

Ægidius & D. Thom.

119 Vnde, ut late *Ægidius in 1. dist. 36. q. 2. art. 1.* creaturis convenit esse in pluribus: sunt enim in intellectu nostro, sunt in se ipsis, sunt in suis causis, & sunt in intellectu Divino: & isti modi essendi habent hunc ordinem.

Sunt enim res in pluribus ordinatiter.

Nam

Nam esse, secundum quod res sunt in intellectu nostro, dependet ab esse rerum, quod habent in se ipsis, & illud supponit; quia scientia nostra causatur a rebus; esse vero, quod res habent in se ipsis, dependet ab esse, quod habent in suis causis: quia esse, quod habet res, accipit a suis causis, & maxime a proximis: & esse, quod habent in causis proximis, prouenit ab illo esse, quod habet in intellectu Diuino, *quia omnia ista proueniunt ab arte intellectus diuini Dei*, ut cum Commentatore ait ibi Doctor noster.

120 Quare, ordine contrario considerato, esse rerum, prout sunt in intellectu Diuino, dicit ordinem ad esse rerum in suis causis, & esse, quod habent in causis, dicit ordinem ad esse, quod habent in se, si causae non impediantur; & esse, quod res habent in se, dicit ordinem ad esse, quod habebunt in intellectu nostro, & sic futuritio est esse, quod res habet in suis causis ordinatis, & promptis, ut fiat in se.

Quid sit iste ordo? 121 *Secunda difficultas est.* Quis nam sit iste ordo, seu respectus, quem dicunt causae ad existentiam rei faciendam? seu esse rei, quod est in causis, ad esse, quod habet in se? Respondeo cum nostro Francisco Cornejo Primario Salmanticensi *tract. de scientia disp. 5. sub. 2.* esse respectum transcendentalem, vel potius secundum dicitur enim respectus causae fundatus in aptitudine, quam habet causa ad effectum certo causandum.

Et An sit realis? 122 *Tertia difficultas est.* An iste respectus sit realis? Respondet praedictus Magister esse realem realitate essentiae, non existentiae. Nobis videtur hunc respectum, prout in causis existentibus in Deo, esse rationis, sicut respectus ideae ad ideatum: prout vero est in causis proximis propriis ad causandum talem effectum esse realem: sicut vniuersaliter respectus causae ad suum effectum causandum. Vnde respectus

quem dicit series causarum, si esset, ad effectum, qui tunc foret, est respectus, qui esset, si illa series causarum foret.

123 *Quarta difficultas est.* An futuritio conditionata sit species futuritionis in communi? Affirmare videtur communiter Doctores, qui futuritionem diuidunt in absolutam, & conditionatam. Negat vero Doctor Torrejon in manuscriptis *tract. de scientia disp. 2. p. 2. q. 2.* ubi sentit futuram conditionatum non esse speciem futuri, sed potius remotionem illius, ita ut futurum conditionatum implicationem in voluat in adiecto, sicut homo mortuus. Quod probat, quia futurum futuritione constituitur, sicut album albedine: sed futurum sub conditione illud dicunt Doctores communiter, quod necdum nactum est futuritione, illud videlicet cuius futuritio pendens est a conditione, necdum posita, verum nec ponenda. Ergo apud ipsos Doctores tantumdem valet futuritio conditionata, ac res, cui necdum ad venit futuritio. Ergo quod nomen futurum importat, hoc destruit adiectivum conditionatum: sicut si quis corpus nigrum appellat album sub conditione. Vnde illud, quod communiter appellatur futurum sub conditione, aptius putat appellari posse, *possibile, cuius futuritio pendet a conditione non ponenda.* In quo ab hoc Doctore non dissentio, quia est conforme his, quae dixi in tota hac, & praecedenti disputatione.

Futuritio conditionata non est species futuritionis.

Torrejon

Sed futuritionis remotio.

DVB. III.

Quenam sit prima radix futuritionis contingentium?

124 **E**XPLICATA causa formali futuritionis, explicemus oportet primam radicem futuritionis contingentium. Et sermo est de radice futuritionis

nis infallibilis contingentium merè extrinseca: nam de intrinseca non est huius loci agere: sed pertinet ad tractatum de auxilijs, & de ea inhiberetur est agere Pontificijs sanctionibus.

CAP. I.

Prima radix futuritionis contingentium non est decretum Diuinae voluntatis, se solo.

Primam radicem futurit. esse decretum. 125 **P**RIMA sententia affirmat primam radicem futuritionis contingentium esse decretum Diuinae voluntatis, esse efficacem, & absolutum. Ita communiter Thomistae recentiores, & plures alij: ut tanquam certum supponit Viues, *disp. 1. dist. 1. per totam: ubi ait. Punctum totius concertationis inter Doctores Ordinis Praedicatorum, & Societatis in hac causa situm esse in explicanda prima radice, ex qua proueniat determinatio causae secundae ad suum actum.* In qua (ut ibi docet) Thomistae semper steterunt pro Diuinae causalitatis primatu, docentes primam determinationem causae creatae incipere a Diuina voluntate, causante actum nostrum, tum quantum ad entitatem actus, tum etiam quantum ad determinationem nostram, ad producendum illum, etiam sub modo nostrae determinationis.

Viues.

Impugnant PP. Iesuitae ex libert. 126 Hanc sententiam reiiciunt vniuersim Iesuitae (ut Viues refert *num. 3.*) ex eo quod efficacia absoluta decreti antecedentis non potest componi cum nostra libertate: & ideo decretum illud non potest esse prima radix futuritionis contingentium.

Sed non omnino efficaciter. 127 Attamen quia plures Thomistae dicunt hoc decretum executioni mandari non media physica praedeterminatione essentialiter connexa cum consensu libero, sed media determinatione, seu motione morali, cum

qua componibilis est consensus, etiam in sensu composito, attentis dumtaxat principijs proximis, ut retuli *disp. 1. num. 474.*

128 Ideo ego hanc sententiam impugno, argumento quo vsus sum *n. 17.* Nam vel hoc decretum, cum omni eo quod concernit, relinquit voluntatem indifferentem, vel non? Si relinquit, ergo omni eo posito potest non esse futurus consensus, verbi gratia, & sic illud decretum non est prima radix futuritionis contingentium. Si non relinquit, erit quidem futurus consensus, sed non contingens.

Impugnatur, vel ex libertate, vel ex certitudine.

129 Secundo impugno illam sententiam. Quia prima radix futuritionis contingentium est prima illorum determinatio: a prima enim illorum determinatione incipit oriri eorum futuritio (modo *cap. 3.* explicando) iam vero primam radicem determinationis contingentium absolute loquendo non esse decretum Diuinae voluntatis ostendimus *disp. praecedenti dub. 10. cap. 1. concl. 2.* sed intellectum Diuinum, & Diuinam artem, qua, & creaturae operationes, & Diuinae voluntatis decreta diriguntur, & regulantur, ut ibi late ostendimus.

Et quia prima determinatio est idea.

130 Hinc est, ut Doctores, qui admittunt dumtaxat efficaciam moralem in motionibus, quibus decretum Dei efficacem executioni mandatur, licet assignent certitudinem causalitatis in Diuina voluntate, & alijs causis consensus, non tamen certitudinem cognitionis, & ideo hanc dicunt antecedere decretum Diuinae voluntatis; siue haec sit scientia media, ut ex nostris putarunt Antolinez, & Putcanus ibi relati, siue scientia simplicis intelligentiae, ut putarunt reliqui nostri ibi relati, & plures alij, quibus suffragatur Sylua *1. p. disp. 14. art. 13. dub. 2. n. 48. & alibi*, ubi putat impossibile esse poni decretum in quo praescientia Dei agnoscat futura absolute, & antecedentem.

Antolinez, Putcanus.

Sylua.

cedenter, quā Deus prouideat per scientiam simplicis intelligentiæ voluntatis humanæ inclinationem. Et quidē ad decretum Diuinæ voluntatis necessariā esse scientiam simplicis intelligentiæ, qua cognoscatur possibilitas determinata contingentium, & qua regulatur illud decretum, nullus Thomista negat; & sic inde incipit determinatio, & illa erit prima radix contingentium futurorum.

CAP. II.

Prima radix futuritionis contingentium non est cognitio conditionata eorum in sua futuritione.

Primam radicem futuritionis esse futuritionem obiecti-
nam

131 SECUNDA sententiā affirmat primam radicem futuritionis contingentium esse futuritionem ipsam contingentium, siue absolute, siue sub conditione. Ita Nominales, & Iesuitæ, & plures alij, quos retuli disp. precedenti dub. 10. cap. 2. & 3. Hi enim putant Deum prius scire determinationem voluntatis creatæ ad vnā partem, & supposita hac notitia dicunt Deum prædifferere illam partem decreto comitanti, & concurrere cum voluntate concursu concomitanti, & ex se indifferenti.

132 Vnde hæc sententiā directe præcedenti opponitur. Nam Thomistæ dicunt Diuinam voluntatem esse ex se efficacem, & priorem prioritate extrinseca, prioritate causalitatis, & sic concursum Dei remotum, & proximum esse determinativum ex se indifferentiæ voluntatis. At Iesuitæ contra, dicunt voluntatem Dei non esse ex se efficacem. Vnde consequenter dicunt omnem concursum Dei esse ex se indifferentem, & determinabilem à creatura.

133 Supponūt enim Iesuitæ, Deū ante omne decretum Diuinæ voluntatis cognoscere ad quam partem sit se voluntas inclinatura, si vocetur tali, vel tali auxilio, & hac præuisione, quasi directā voluntas Diuina, determinat dare tale, vel tale auxilium, prout sibi placet. Vnde iuxta illos existentia determinata contingentis sub conditione futura est prima radix futuritionis, non quia sit radix per quā sit contingens: quia hæc est Diuina voluntas prædefiniens actum sub conditione præuissum, vt absolute sit, vel ponens voluntatem in illis occasionibus, in quibus scit consensuram: sed quia est conditio sine qua non: quia sine præuisione illius futuritionis conditionata non potest Deus prudenter prædifferere talem consensum libere futurum.

134 Hanc sententiā pluribus impugnant Thomistæ, sed præcipue negando contingentia ante omne decretum Diuinæ voluntatis habere futuritionem, etiam sub conditione, quæ possit terminare scientiam Dei infallibilem. Vnde consequenter negant talem scientiam medianā, qua futura contingentia possint cognosci in sua futuritione. Quo fundamento negatur tota fabrica huius sententiæ.

135 Nos autem licet existimamus impossibile esse contingentia (aut aliam creaturam) posse habere futuritionem absolutam, aut conditionatā exercitam in se ipsis ante decretum Diuinæ voluntatis, vt diximus disp. 1. dub. 10. cap. 1. conclus. 1. existimamus tamen ante omne decretum Diuinæ voluntatis dari futuritionem conditionatam in esse idealis, vt citato loco probauimus.

136 Vnde hanc Iesuitarum sententiā ex eo reijcimus. Primo. Quia non datur talis futuritio conditionata exercita ante decretum Diuinæ voluntatis, cognita per scientiam medianā in

Impugnatur Thomista

Et nos impugnatur

Quia non datur talis futuritio

ter naturalem, & liberam. Quia creaturæ in se ipsis neque existentiam, neque futuritionem absolutam, aut conditionatam habere possunt, nisi illam participant a Deo media Diuina voluntate, si sit perfectio.

Et ea admissa, non est prima radix.

137 Secundo. Quia tali futuritione admissa, adhuc ipsa non esset prima radix futuritionis: quia ante illam deberet præcedere ars Diuina, & imitabilitas Dei, Deo naturalis, quæ est prima regula omnium factibilium, per quam omnia primo regulantur, & à qua omnia creata, & creabilia primo oriuntur. Vt citato dub. 10. late probatum est.

CAP. III.

Prima radix futuritionis contingentium regulatiue est Præscientia, de terminatiue Diuina voluntas.

Primam radicem futuritionis, regulatiue præscientia.

Determinatiue voluntas.

138 NOBIS igitur dicendum videtur primo, primam radicem futuritionis contingentium tanquam causam regulatiuam esse Diuinam Præscientiam, tanquam causam determinatiuam esse Diuinam voluntatem. Vnde Diuinam præscientiam diximus esse causam veluti indifferentem, & sine qua non, Diuinam vero voluntatem esse causam per quam sic. Hanc putamus esse communem sententiā Theologorum, dicentium Deum esse causam ad extra per intellectum, & voluntatem, scilicet per scientiam naturalem, quæ dicitur sapientia, scientia, seu Præscientia, & per voluntatem bene placiti.

Probat ex Scrip.

139 Vnde primam radicem futuritionis contingentium esse scientiam naturalem, posset probari omnibus locis Sacræ Scripturæ, in quibus dicitur

Diuinam scientiam esse causam rerum omnium. Quia cum vniuersaliter dicatur esse causam omnium, intelligendum est esse causam, tam necessariarum rerum, quam contingentium. De quo plura diximus disp. 1. dub. 1. cap. 11. & dub. 10. cap. 3. Vbi probauimus scientiam naturalem esse causam primam regulatiuam omnium effectuum, etiam contingentium.

140 Quod vero Diuina voluntas sit prima causa determinatiua, probari posset omnibus illis locis, quibus probatur in tract. de scientia Dei Diuinam voluntatem esse rerum causam, quæ, quia obuia omnibus sunt hic non refero.

141 Sed specialiter probatur nostra sententiā, primo ex Apostolo ad Romanos 8. ibi quos præsciuit, & prædestinauit id est quos præsciuit scientia simplicis intelligentiæ, eos prædestinauit. Sic cum S. Thoma ibi lect. 6. glossat noster Mendoza in quodlibet 9. 1. ad 1. vbi refert Sotum affirmare hanc interpretationem esse communem. Ergo Deus prius scit contingentia præscientia, quæ est scientia simplicis intelligentiæ, & hac præscientia regulatus prædestinat.

Maxime ex Apost. Ad Rom. S. Thom. Mendoza Sotus

142 Nec refert si dicas hic Apostolum loqui de hominibus prædestinandis, non de operibus liberis. Nam etiam de operibus intelligunt Apostolum Augustinus de dono perseuerantiæ c. 14. Ideoque diffinit prædestinationem, esse Præscientiam, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certis: in me liberantur, quicum que lib. rantur. Quæ sequuntur communiter Theologi. Vnde omnes qui hac vtuntur diffinitione, faciunt pro nostra sententiā. Videantur Egidius, & S. Thomas adducti disp. 1. dub. 2. cap. 3. & 4.

Cum glossa Patet Aug. & aliorum PP.

143 Hoc etiam docuit P. Augustinus 5. de Ciuitate cap. 9. ibi quæ voluntates nostræ tantum valent, quantum Deus eas valere voluit.

D. Greg.

luit, itaque præsciuit. D. Gregorius 12. Moral. cap. 2. Deus cuncta secreta præsciens, ante sæcula decreuit, qualiter per sæcula disponantur. Idem docet D. Anselmus, cuius verba ad duximus disp. 1. numero 345. qui omnes docent præscientiam dirigere voluntatem.

D. Anselmus.

Et quia Deus operatur, ut artifex.

S. Thom. Egidius

Sapient. Psal. D. Dionysius

Et artificio præsinitur ordo ab arte.

143 Ratio nostræ sententiæ desumitur ex modo operandi Dei tanquam summi artificis, qua utuntur S. Thomas 1. p. q. 14. art. 8. & q. 19. art. 4. Egidius in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. & dist. 43. q. 2. art. 1. Nam contingentium existentia, & futuritio dependent a Deo tanquam a primo artifice, sed artificia prima radix regulatiue est ars, & determinatiue est voluntas. Ergo futurorum contingentium prima radix regulatiue est sapientia, seu præscientia, & determinatiue est Diuina voluntas.

144 Maior est plana: nam sapientia dicitur ipse est omnium artifex. Et Psal. 103. omnia in sapientia fecisti. Et alibi saepe, & D. Dionysius 7. de Diuinis nominibus scientia Diuina (inquit) omnium est artifex. Et constat ratione naturali (vt in secundo loco refert, & probat Egidius) nam primum agens debet omnia ordinare, & dirigere: ordinare autem, & dirigere est effectus artis: omnia ergo creata, & creabilia comparantur ad Deum tanquam artificia ad artificem; & sic contingentium existentia, & futuritio.

145 Minor etiam constat: quia artificiorum ordo præstitus est ipsis ab arte, tanquam a prima causa, quam imitantur, alias si ab eo ordine declinarent, & ei non conformarentur, non essent bona, nec artificia: & cum ars sit ex se indifferens ad operandum, ex hoc vel illo fine, hoc vel illo modo, oportet, vt determinetur per voluntatem, vt taliter operetur. Ergo licet prima radix, & causa regulatiua sit ars Diuina, prima causa determinatiua est voluntas.

146 Si autem inquiras. Quæ sit principalior causa futuritionis contingentium, an scientia, an voluntas? Respondedo cum Egidio in 2. dist. 26. q. 1. art. 1. §. secundum, voluntatem esse principaliorē: videntur enim se habere (vt ait Doctor noster) hæc duo voluntas, & intellectus ad producendum artificialia, sicut se habet manus, & sigillum ad producendam figuram incera. Nam in hac productione manus est principalior, quam sigillum ad hoc agendum: quia manus ad hoc agendum mouet sigillum, ipsa tamē figuracæ assimilatur sigillo, & non manui. Sic in artificialibus, voluntas mouet intellectum, vt fiant: & artificialia assimilantur proprie his, quæ sunt in intellectu, & non proprie his, quæ sunt in voluntate. Vnde in nostro casu consensus liber futurus, & existens assimilatur ideæ, vel arti ipsius in intellectu Diuino existentis: quod autem determinate existat, prouenit a Decreto Diuinæ voluntatis.

Et causa principalior est voluntas. Egidius

CAP. IV.

Conciliantur duæ sententiæ cap. 1. & 2. propositæ, & ad nostram reducuntur.

147 EX his possunt duæ sententiæ oppositæ conciliari, & ad nostram reduci. Nam prima sententia solum intendit primam determinationem causæ secundæ incipere a Deo, & a Diuina voluntate, causante actum nostrum, tum quantum ad entitatem actus, tum etiam quantum ad determinationem nostram ad producendam illam: & hoc posita illa præscientia verum est: quia prima determinatio causæ secundæ incipit a Deo, dirigente illam per suam artem invariabilem, & mouere, & de-

Et sic conciliantur duæ oppositæ sententiæ.

determinante illam per suam voluntatem efficacem.

148 Secunda vero sententia solum intendit primam radicem futuritionis esse futuritionem ipsam conditionatam; ordine rationis præcedentem ad decretum, & hoc verum est. Quia si Deus non haberet notitiam, & cognitionem consensus determinate eliciendi ab his causis, non posset illum determinate prædifferire. Quia voluntas supponit necessario ideam, & artem, quam applicat ad operandum, sicut manus sigillū: vnde Deus prius scit determinationem voluntatis creatæ ad vnam partem, & supposita hæc determinatione prædifferit illam partem decreto supponenti hanc futuritionem conditionatam. Verum hæc futuritio conditionalis non est exercita in ipsis contingentibus, sed dumtaxat in esse ideali, & possibili, qua repræsentatur consensus, vt determinate possibilis ab his causis, sub quibus prædifferitur a Diuina voluntate, regulata illa ideâ, & artificiali cognitione.

Et cessat argumenta contra Thomistam.

149 Vnde fit, vt cessent argumenta, quibus impugnât Iesuita Thomista, desumpta ex libertate, & ex alijs principijs; quia hæc prædeterminatio supponit vsum libertatis in esse ideali: & etiam cessant argumenta quibus Thomista Iesuita impugnât desumpta ex impossibilitate futuritionis conditionatæ ante decretum. Quia licet probent contingentia non habere futuritionem exercitam, non tamen probant non habere futuritionem conditionatam idealem, & in esse repræsentatiuo.

Et contra Iesuitam.

150 Fit etiam, vt Thomista possint saluare principium proximum esse determinatiuum voluntatis, si alias non repugnet: & vt Iesuita possint saluare principium proximum indifferens omnino esse, si non repugnet aliud. Quare hæc conciliatio fortassis vi-

debitur plana ingenijs contentionis non cupidis: quibus facile constabit vtriusque sententiæ incōuenientia vitari, si hac præscientia ordo Diuinæ prouidentia regulatur. Et videri possunt dub. 8. q. 10. dist. præcedentis.

Resolutio futuritionis ipsa.

151 Qua propter iuxta dicta, resolutio infallibilitatis futuritionis exercitæ contingentium, tanquam in primam radicem, & causam mouentem, & determinantem fit vltimo in Diuinam voluntatem: & hoc bene probant Thomistæ: at resolutio illius futuritionis tanquam in causam dirigentem, & regulantem vltimo terminatur in Diuinam Præscientiam: si quidem hæc est causa sine qua non esset futuritio, sicut Diuina voluntas est causa per quam sic.

152 Si autem fieret prædicta resolutio in decretum ex se efficax, absque præuisione consensus creaturæ, vt possibilis, difficulter saluaretur contingentia, licet saluaretur futuritio: si autem fieret resolutio in futuritionem conditionatam consensus futuri in se ipso, difficulter saluaretur determinata veritas consensus futuri, magis quam dissensus: vt in hoc, & præcedentibus dubijs explicatum est: quia futuritio non conuenit rei futuræ ex terminis, & ex se.

153 Sed dices. Hanc difficultatem non euitari in nostra sententia. Nam, vel futuritio conuenit consensui ex se, vel a causa extrinseca? Primum est falsum, alias omni consensui conueniret: secundum etiam: quia alias contingens non maneret contingens, cum futuritio non conueniret ei ex determinatione causæ primæ.

Quomodo regatur prædeterminatio.

154 Respondeo negando assumptum. Nam futuritio idealis consensus in esse ideali præuidetur, vt determinata a causa secunda: præuidetur enim consensus possibilis a voluntate, & auxilijs indifferentibus;

& quod, si datur voluntati humilimo. di auxilia, erit liberè consensus determinatè. Postea Deus regulatus hac Præscientia vult consentum fieri à voluntate liberè, vt mota his auxilijs. Et sic futuritio conuenit consensui, non ex se, sed à causa proxima indifferenter operanti, vt regulata arte vniuersali, & mota vniuersali motore.

DVB. IV.

An contingentia vt futura absolute, vel sub conditione habeant veritatem determinatam?

155 **E**XPLICATA causa formali, & efficienti futuritionis contingentij, eius accidentia explicemus oportet. Præcipuum autem est veritas determinata ipsorum, in se ipsis habita. Ideoque inquiri, an futura contingentia in sua futuritione habeant veritatem determinatam?

CAP. I.

Proponuntur varia sententia, & dubium aperitur.

156 **P**RIMA sententia affirmat futura contingentia habere veritatem determinatam. Pro qua referuntur D. Bonaventura, Scotus, Ockham, Gabriel, Arim., Capreol., & alij ex Antiquis: ex recentioribus vero noster Mendoza q. 7. Scholastica p. 1. in digressione in opusculis, lib. 10. de absoluta scientia futurorum cap. 2. num. 6. Vazquez 1. p. disp. 45. cap. 2. Arrubal 1. p. disp. 41. cap. 2. Herice disp. 6. cap. 7. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 1. §. cæteram. Arriaga disp. 14. logica sect. 5. Ouiedo controuers. 7. de anima, punct. 5. §. 3. n. 16. Granadus disp. 3. sect. 3. n. 19. Felix de scientia Dei, cap. 5. diff. 1. n. 5. Vbi plures alios refert. Peñafiel tract. 8. disp. 26. n. 2. Aldrete disp. 21. sect. 1. Noster Cœlestinus quod lib. 13. disp. 5. cap. 2. n. 14. Et videtur sententia nostri Sciære in 1. dist. 38. q. 2. Ex quibus aliqui adeo adhaerent huic sententia, vt oppositam censuram innuunt. Nam noster Ariminenfis circa finem art. 1. docet Aristotelem errasse in hac materia, sicut & in alijs: quem sequuntur Vazquez, Huradus, & alij recentiores. Et hanc sententiam vt probabilem, defendit Curiel controuers. 3. d. num. 88.

Sent. affirmans. Bonavent. in 1. dist. 38. art. 2. q. 1. Scotus. D. Bon. Gabriel ibidem q. 1. art. 1. Ariminen. Ockham. q. 1. art. 2. Capreolus dist. 39. q. 1. art. 2. ad 4. contra 6. conclusionem. Noster Tolletanus dist. 44. art. 3. & 4. in responsione argumentorum Rodulphi, contra 2. conclus. & alij ex Antiquis: ex recentioribus vero noster Mendoza q. 7. Scholastica p. 1. in digressione. Suarez in opusculis, lib. 10. de absoluta scientia futurorum cap. 2. num. 6. Vazquez 1. p. disp. 45. cap. 2. Arrubal 1. p. disp. 41. cap. 2. Herice disp. 6. cap. 7. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 1. §. cæteram. Arriaga disp. 14. logica sect. 5. Ouiedo controuers. 7. de anima, punct. 5. §. 3. n. 16. Granadus disp. 3. sect. 3. n. 19. Felix de scientia Dei, cap. 5. diff. 1. n. 5. Vbi plures alios refert. Peñafiel tract. 8. disp. 26. n. 2. Aldrete disp. 21. sect. 1. Noster Cœlestinus quod lib. 13. disp. 5. cap. 2. n. 14. Et videtur sententia nostri Sciære in 1. dist. 38. q. 2. Ex quibus aliqui adeo adhaerent huic sententia, vt oppositam censuram innuunt. Nam noster Ariminenfis circa finem art. 1. docet Aristotelem errasse in hac materia, sicut & in alijs: quem sequuntur Vazquez, Huradus, & alij recentiores. Et hanc sententiam vt probabilem, defendit Curiel controuers. 3. d. num. 88.

157 **S**ecunda sententia negat futura contingentia habere veritatem determinatam. Ita Arist. 1. Peryerm. ca. 8. & ibi, §. Thom. Egidius, Tolletanus, & alij, quos referunt, & sequuntur Carmelitani ibidem. Ex Theologis Aureolus in 1. dist. 38. q. 1. art. 3. Noster Argentinas in 1. dist. 40. q. 1. art. 2. ad 1. pro errore Ciceronis. Noster Franc. à Christo in 1. dist. 38. q. 6. in probat. 2. conclus. Palacius ibidem, disp. 1. Molina 1. p. quest. 14. art. 13. disp. 17. Catharinus opusculo de veritate enuntiationis. Pereyrius in Daniel, ad illa verba responderunt Chaldei. Henriquez tom. 2. de ultimo fine, lib. 1. c. 4. Foleca 4. metaphysic. cap. 7. in explicatione textus. Belarmin. tom. 2. de gratia, & lib. 4. capit. 85. Noster Stunica de vera, & falsa religione lib. 2. cap. 5.

158 **T**ertia sententia media inter præcedentes affirmat futura contingentia non habere veritatem determinatam, sed determinandam.

Sent. media. Suarez in opusculis, lib. 10. de absoluta scientia futurorum cap. 2. num. 6. Vazquez 1. p. disp. 45. cap. 2. Arrubal 1. p. disp. 41. cap. 2. Herice disp. 6. cap. 7. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 1. §. cæteram. Arriaga disp. 14. logica sect. 5. Ouiedo controuers. 7. de anima, punct. 5. §. 3. n. 16. Granadus disp. 3. sect. 3. n. 19. Felix de scientia Dei, cap. 5. diff. 1. n. 5. Vbi plures alios refert. Peñafiel tract. 8. disp. 26. n. 2. Aldrete disp. 21. sect. 1. Noster Cœlestinus quod lib. 13. disp. 5. cap. 2. n. 14. Et videtur sententia nostri Sciære in 1. dist. 38. q. 2. Ex quibus aliqui adeo adhaerent huic sententia, vt oppositam censuram innuunt. Nam noster Ariminenfis circa finem art. 1. docet Aristotelem errasse in hac materia, sicut & in alijs: quem sequuntur Vazquez, Huradus, & alij recentiores. Et hanc sententiam vt probabilem, defendit Curiel controuers. 3. d. num. 88.

Aluiz. 6. sect. 2. d. num. 17. quem sequitur Ribad. Burlens. dam. Ita noster Aluiz 1. p. tract. 4. disp. 6. sect. 2. d. num. 17. quem sequitur Ribadeneyra disp. 12. cap. 2. num. 8. & ante eos videtur docuisse hanc sententiam noster Burlens super primum Peryerm. cap. 8. ad illa verba, igitur esse, vbi ait ista propositiones de futuro sunt determinate veræ, omne quod erit, necesse est fore, quando erit.

159 **Q**uarta sententia affirmat futura contingentia ante decretum non habere veritatem determinatam; habere tamen illam post decretum Diuinæ voluntatis. Ita communiter Thomistæ, Aluarez disp. 7. de auxilijs conclus. 2. Viues fere toto tomo de primatu Diuinæ libertatis. Villegas controuers. 3. disp. 2. cap. 3. & 4. Gonet disp. 4. & plurimi Scristæ.

160 **H**oc dubium in longe alio sensu vertebatur à pluribus Antiquis, ac vertitur à Modernis. Antiqui enim in eo sensu dubium excirabant, vt inquirerent. An futura contingentia habeant cognoscibilitatem aliquo modo? Et cum non possit secundum fidem negari futura contingentia habere aliquomodo cognoscibilitatem: quia ex Scriptura Sacra colligitur cognosci à Deo, ideo oppositum censura inuunt, quos etiam aliqui moderni sequuntur, vt diximus. Sed isti non perceperunt mentem Philosophi, qui duntaxat docuit propositiones de futuro contingenti, vt tali, non habere veritatem determinatam, sed duntaxat, vt sunt de præsentia, & necessaria: quod verum esse dicemus, cap. 3.

161 **V**nde Recentiores strictius dubium excitant. An scilicet futura contingentia, vt futura contingentia sunt, habeant veritatem determinatam? In quo plures affirmant futura contingentia in se ipsis, & in sua futuritione veritatem determinatam habere: quam sententiam præcipue defendunt Iesuitæ: quia sic comodius defendunt scientiã mediã. Plures autè ne-

gant, præcipue Thomistæ: quia sic defendunt facilius omnem futuritionem tam absolutam, quam conditionatam provenire à decreto. Quid autem dicendum sit? dicemus capitibus sequentibus.

CAP. II.

Futura contingentia absoluta, vel conditionata vt talia, neque ante, neque post decretum, habent veritatem determinatam.

162 **N**OBIS primo dicendum videtur futura contingentia absoluta, vel conditionata, vt futura contingentia habere sunt, non habere veritatem determinatam, nec ante decretum, nec post decretum. Est contra primam sententiam, licet plures illius Auctores hoc non negent.

163 **H**æc fuit intentio Arist. 1. Peryerm. cap. 8. & S. Thom. vbi cumque de hac re loquitur. Nam docet futura contingentia, vt talia sunt, non habere veritatem determinatam. Idè docet Egidius, quorum testimonia adducemus, cap. sequenti.

164 **E**t probatur, ex carentia determinationis, quam habent contingentia in se, & in suis causis. Nam veritas determinata necessario supponit esse determinatum. Sed futura contingentia nullum habent, neque habere possunt esse determinatum (manente supposito) Ergo nullam habent, neque habere possunt veritatem determinatam, manendo futura contingentia. Maior est certitudo quia sicut veritas transcendentalis est passio entis, & necessario supponit ens, & esse, in quo fundatur: sic veritas determinata est passio entis, & esse determinati, & esse determinati.

Egid. Ad Roman.

& supponit modum determinatum efficiendi: Minor vero probatur: quia, ut ait Egidius in epistolam ad Romanos, cap. 3. lect. 2. dub. 2. Contingentia ex eo quod sunt futura, non habent determinationem, nec existentiam in se, alias non futura, sed presentia essent: ex eo autem quod sunt contingentia, non sunt determinata in suis causis, alias non contingentia, sed necessaria essent.

Et determinationem non habere in vi con-

165 Responderi potest primo, futura contingentia habere determinationem, & sic veritatem determinatam in propositionibus contradictorie oppositis, quibus una debet esse determinate vera. Sic plures, & nominatim Vazquez, apud Curielem *supra* n. 124.

Probat Arist.

166 Hanc tamen responsionem, impugnat expresse Aristoteles 1. Periermen. citato cap. 8. & Egidius ibi, quia, ut ex Aristotele ait Egidius: *Veritas enunciationis non est causa existentia rerum, sed potius e converso, & sic non quia affirmatur, vel negatur res erit, vel non erit. Neque enim* (ait Philosophus) *propter affirmare, vel negare erit, vel non erit. Quare ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera, vel falsa.* Ergo oportet assignare veritatem, & determinationem obiectivam, tanquam primam radicem veritatis determinate contingentium.

Neque obiectiva habent.

167 Secundo respondent alij contingentia, ut futura habere determinationem obiectivam in se ipsis, & quasi signatam. Licet enim contingentia secundum se sumpta non habeant determinationem aliquam, tamen ex suppositione, quod in duratione subsequenti extitura sint, iam illa existentia, quae erit de presenti pro duratione subsequenti, denominat contingentia ipsa futura pro duratione antecedenti. Ita Ochamus *supra*, quem refert, & sequitur, ut probabile Curiel, Suarez. citato loco a num. 140. Noster Burlaus

Ocham. Curiel. Burlaus. Suarez.

pro tertia sententia relatus. Suarez, quem refert, & impugnat Viues, *disp. 1. dist. 6. num. 69.* Vbi ait hanc respondentem formam frequentissimam esse aduersarijs.

168 Hanc tamen solutionem non habere locum in contingentibus futuris sub conditione, bene notat Viues citato loco, num. 70. Et late profertur *disp. 10. dist. 2.* quia illa nunquam existent, nec extitura sunt.

169 Deinde in nullo futuro siue conditionato, siue absoluto illam solutionem habere locum probō. Quia ut numer. 74. dicebamus cum nostro Franc. a Christo, ex existentia determinata de presenti pro duratione subsequenti, potius infertur contingentia non habere determinationem pro duratione antecedenti. Quia illa existentia omnino contingentem proveniet a causis: & sic usque dum actu sit, est contingens esse, & non esse: & ex eo quod potest non esse, sicut potest esse, perperam arguitur quod certo erit.

170 Tertia. Quia, ut ibi arguebamus cum Brizennio ex Aureolo: quando accidens supponit subiectum essentialiter, non potest illud praecedere. Ergo si veritas determinata contingentium supponit essentialiter eorum determinationem, non potest esse pro duratione antecedenti ad talem determinationem.

171 Quarto: Quia pro tota duratione antecedenti causae sunt omnino indifferentes ad dandum esse determinatum consensui, & sic possunt illud dare, & non dare: & similiter consensus pro tota duratione antecedenti est indifferens obiective, ut fiat, vel non fiat; ut accipiat esse a causis, vel non accipiat. Ergo sicut indifferentia causae prohibet, ut consensus non habeat determinationem in causa, quia cum omni moda indifferentia subiectiva est incō possibilis: quia privatio, & forma in eadem

Maxime conditionata.

Quia existentia infertur a causis determinationis. Franc. a Christo.

Nam accidens non praecedit subiectum.

Et indifferentia prohibet determinationem.

dē simul repugnant: sic etiā indifferentia consensus in se prohibet, ut in se habeat determinationem. Quia determinatio obiectiva cum obiectiva indifferentia incōpossibilis est: maxime cum esse determinatum consensus provenire debeat a causis: neque alia determinationem possit habere, quam a causis, quae antequam habeat consensus in se, est omnino contingens, & defectibilis, & sic solum potest fundare futuritionem contingentem, & defectibilem.

Et contingentia essent determinata, ante determinationem.

172 Quinto: quia si contingentia haberent determinationem pro tota duratione antecedenti, essent etiā futura ante determinationem causae secundae, & primae: nā si semel fuit verum habere determinationem, semper fuit verum, si autem contingentia fuerunt futura ante determinationem causarum: Ergo non futura, quia ea Divina providentia esse futura providit, sed e contra, quia futura sunt, eorum futuritio Divinam providentiam latere non potest, & contingentia necessario eveniunt: quod est erroneum. Quo argumento, utitur D. Boetius, & cum eo Egidius, ut diximus *disp. 1. num. 206.* Aristot. 1. Periermen. cap. 8. & Egidius ibi, & S. Thomas lect. 13. & late profertur Viues *disp. 1. a numero 120.* Gonet *disp. 4. art. 2. §. 3. in ultima probatione*, & alij, qui videri possunt.

D. Boetius. Egidius. Arist. S. Thomas. Viues. Gonet.

Et futuritio non posset impediri a Deo.

173 Dices hanc necessitatem esse consequentem, & sic non ob esse libertati causae secundae, & primae. Sed contra. Quia illa necessitas esset consequens, & antecedens: consequens quia proveniret ab existentia libera consensus, ut supponitur: antecedens, quia praecederet exercitium causarum, & non posset ab eis impediri. Nam si ab eis impediri posset, iam illa futuritio, quae supponitur certa, & infallibilis, non esset certa, & infallibilis: quia esset impedibilis, & contingentem impedibilis, & id quod est contingens, &

impedibile, dum contingens, & impedibile est, certum non est: contingentia enim, & impedibilitas repugnant omnimodae certitudini: sicut in aduersariorum sententia in impedibilitas physica praedeterminationis repugnat indifferentiae causae.

174 Sexto: quia omnis determinatio obiectiva exercita supponit necessario determinationem realem, & veram exercitam rei, vel in se, vel in causa exemplari. Nam quidquid habet esse obiectivum, habet esse obiectivum potentiae, vel potentiae obiectibile: & sic obiectibile, vel ab ipso esse reali, quod res habet in se, vel ab esse idealis, quod habet in causa exemplari: est enim esse obiectivum adaequatio rei, ad suum esse reale, & imitatio sui esse realis. Impossibile autem est, quod esse obiectivum contingentium, sit adaequatio, & imitatio sui esse realis, nisi fiat ad imitationem ipsius, & habeat esse ab ipso esse reali: non potest autem habere esse a suo esse reali, nisi, vel quia ipsum esse reale existat in se, & sic causet esse obiectivum in potentia cognoscere, vel quia existit in causa exemplari, & causar illud esse obiectivum sui in potentia. Non enim potest esse obiectivum re alio modo derivari ab esse reali. Ergo cum futura contingentia non habeant esse in se, non possunt causare esse obiectivum sui, prout sunt in se: ergo solum possunt illud causare prout sunt in sua causa exemplari, quae est idea Divina, & sic solum possunt causare esse possibile, non futurum.

175 Confirmatur. Quia, ut docet Egidius in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. non potest intelligi quod unum adaequetur alteri, & fiat ad eius imitationem, nisi quia alterum praexistit, & unum sit ad imitationem alterius praexistentis: & sic esse obiectivum, quod habent res in nostro intellectu sit ad imitationem esse, quod habent res in se ipsis, & res secundum esse reale quod habent

Et omnis determinatio obiectiva supponit realem.

Idque Egidius ostendit.

bent in se ipsis, fiunt ad imitationem earum, prout sunt in Diuinis ideis. Ergo esse obiectivum contingentium nō potest intelligi esse, nisi quia praeexistit suum esse reale, & ad imitationem eius causatur ab illo met esse in nostro intellectu, vel quia illud esse reale deriuatur a Diuinis ideis; & sic tale esse futurum obiectivum ante esse reale est omnino chymericum, & fictitium.

176 Tertio respondent alij, contingentia futura habere determinationem in praesentialitate, quam habitura sunt in tempore absolute, vel haberent, si conditio poneretur. Sic Suarez lib. 2. de scientia conditionata cap. 7. n. 5. & 10. ubi ait, quod in futuris contingentibus tam absolute, quam conditionatis cognoscitur a Deo veritas rei, licet in carnis suis videatur esse inde terminata, & a parte rei nō dum existat: cognoscitur autem per comparationem, & conformitatem ad rem, prout in tali tempore, & modo existet, vel absolute, vel conditionate. Quod ibi prosequitur, & eadem videtur mens Diotalentij, quae refert, & impugnat Viues disp. 10. dist. 3. imo, & Lesij opusculo de auxilijs cap. 20. n. 8. ubi ait, futura ex hypothesi cognoscuntur a Deo in praesentia aeternitatis, seu quia aeternitati praesentia iuxta modum D. Thomae: quod ibi late prosequitur.

177 Sed haec solutio non defendit contingentia futura habere veritatem determinatam in sua futuritione, quod contendimus; sed in sua praesentialitate, quod non negamus: sed id potius dicemus capite sequenti.

178 Deinde non explicat quo pacto contingentia futura habeant praesentialitatem per ordinem ad tempus, cum talis praesentialitas sit omnino contingens pro tota duratione antecedenti, ut late probatum est contra praecedentem solutionem. Ergo Deus solum cognoscit contingentia in tempore, vel si ab aeterno illa cog-

noscit, non cognoscit illa, ut futura determinate: nam determinatio illa existentiae, & praesentialitas solum potest esse certa obiective in se ipsa; ab aeterno autem contingens non existit absolute in se ipso, & in duratione temporali, & multo minus contingentia futura sub conditione, ut patet.

179 Dices cum Diotalenio illam praesentialitatem non esse in se, esse tamen in apprehensione Diuinæ cognitionis, quae immediate fertur in praesentialitatem absolutam, quam habitura sunt contingentia absoluta in tempore, vel quam haberet si poneretur conditio.

180 Sed contra. Quia ut diximus contra primam solutionem, praesentialitas, & veritas determinata obiecti debet praesupponi ad cognitionem, & maxime speculativam, qualis est futurorum cognitio: non enim, ut ibi diximus cum Egidio, & Aristotele, veritas enunciationis est causa, vel ratio existentiae rerum, sed contra existētia rerum est causa, vel ratio veritatis enunciationis. De quo plura Viues disp. 10. dist. 3. & Aldrete disp. 26. sect. 5. a numero 15.

181 Secundo. Nihil magis certū iuxta adversarios, quam quod ideo res cognoscuntur a Deo, quia ipsae res futurae sunt, non contra: ut ostendimus disp. 1. num. 423. Ergo futuritio certa obiective est ratio, quare Deus apprehendat illa certe, ergo prius debet esse in se obiective certa, & praesens, quam sit in apprehensione Diuina. Vnde Doctores huius solutionis committunt circulum vitiosum: dicunt enim Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis, quia ipsa futura sunt: & si interrogantur quare futura sunt? dicunt, quia cognoscuntur a Deo, & sunt praesentia obiective in ipsa cognitione Diuina.

182 Si vero recurrant adversarij ad praesentialitatem in aeternitate

Nā praesentialitas, & veritas determinata obiecti debet praesupponi ad cognitionem, & maxime speculativam, qualis est futurorum cognitio: non enim, ut ibi diximus cum Egidio, & Aristotele, veritas enunciationis est causa, vel ratio existentiae rerum, sed contra existētia rerum est causa, vel ratio veritatis enunciationis.

Dicere, habere determinationem praesentem.

Suares.

Diotalentius. Lesius.

Est affirmate praesentem.

Nec explicatur bene.

Et tunc venit ad sententiam Thomistae cum

cum Lesio, & alijs (praeter quā quod non saluant futura contingentia in sua futuritione veritatem determinatam habere, sed solum in sua praesentialitate, quod intendimus) veniunt ad sententiam Thomisticam de praesentia realiterum in aeternitate, quam ipsi met maxime impugnant, ex eo quod res sicut ab aeterno non habuit esse in se, sic nec potest habere esse praesens in aeternitate ab aeterno. Quod fuit argumentum Scoti, Durandi, & aliorum contra Doctrinam, quam poterunt S. Thomae, & quae adhuc si admittatur, non prodest adversarijs ad defendendam certitudinem obiectivam contingentium conditionerum: quae sicut nunquam habitura sunt existentiam in se ipsis, sic neque in aeternitate illa habere possunt; cum existentia in aeternitate supponat iuxta Thomistas existentiam in propria mensura, & decretum, a quo provenit.

183 Deinde contingentia esse praesentia in aeternitate praesentialitate determinata, supponit contingentia habere in se determinationem. Ergo si in se ipsis contingentia determinationem non habent, ut probatum est contra praecedentes solutiones (& constat, quia iuxta adversarios omnia principia contingentium sunt indifferentia) neque praesentialitatem determinatam habere poterūt. Videatur Viues disp. 10. dist. 3. num. 50.

184 Quarto alij docent contingentia habere determinationem in praesentialitate, qua representantur in Diuinis ideis sub ratione futurorum, ita ut futuritio ipsa saltem conditionerum ante omne decretum in essentia Diuina Deo praesentialiter representetur. Sic noster Mendoza supra conclus. 3.

185 Sed neque haec responsio satisfacet. Nam cum ideae iuxta adversarios (idque indicat hic Auctor in ultima parte questionis) sex his, in aeternitate

Viues. Neque explicatur per praesentiam idearum. Mend. Quae apud Aduersarios est indifferens.

sint indifferentes ad repraesentandam futuritionem consensus sub auxilio. A, verbi gratia, & futuritionem dissensus sub eodem auxilio, non possunt ex se magis determinare unū, quam aliud, si non determinantur ab alio: & hoc oportet assignet Mendoza, quod nā sit? cum voluntas, auxiliū decretum, & omnia principia indifferentia sint, & ipsum futurum in sua futuritione in determinatum.

186 Recurret fortassis hic auctor ad futuritionem decreti: nam ut docet in 4. conclusione, scit Diuinus intellectus, prout ordine rationis antecedit omnem determinationem Diuinæ voluntatis ad quosnam effectus se determinare debeat: quod dubitan do docet Mendoza, & asserendo defenderunt postea Zumel 1. n. 9. 14. art. 13. dist. 7. 8. & plures alij, quos referemus dub. 9.

187 Sed hoc est difficile perdifficilius explicare. Si enim contingentia creata ante actualem determinationem voluntatis creatae determinationem veritatem non habent, multo minus illam habebunt contingentia, seu actus liberi Diuini, ut futuri, si ut futuri esse, vel intelligi possunt.

188 Propter haec Thomistae pro quarta sententia relati respondent contingentia, ut futura non habere veritatem determinatam ante decretum actuale Diuinæ voluntatis, habere tamen post decretum: quia ab ipso habent determinationem.

189 Sed, ut non semel diximus dubijs praecedentibus, post decretum, vel contingentia non manent contingentia, vel si manent, non habent veritatem determinatam. Vnde illam solutionem prius datam ab Scoto sic impugnat noster Ariminentis in 1. dist. 38. q. 2. art. 3. licet ratione decreti forte pateret, qualiter haberent veritatem determinatam futura, quae sunt a solo Deo, aut ab eo, & a causa crea-

Et recurrere ad futuritionem decreti.

Est id perdifficilius explicare.

Nec sufficit decretum existens.

Scotus Ariminentis.

ta

ta necessario operante non tamen patere potest quo pacto habeant veritatem determinatam futura dependentia a Deo, & à causa contingenti.

Ochamus 190 Vnde sic impugnat illam solutionem cum Ochamo. Aut determinatio voluntatis creatae necessario sequitur determinationem voluntatis Diuinae, aut non? Si primum, contingetia erunt determinate futura, sed non contingenter, sed necessario. Si secundum, contingetia erunt contingetia, sed non determinate futura, quia cause manent adhuc contingentes, & indifferentes Videantur dicta n. 78.

CAP. III.

Cōtingentia, & futura nobis, vt existentia, & necessaria habent veritatem determinatam: existentie post decretum, & possibilitatis ante decretum.

Conting. 191 Vt existentia habeat veritatem determinatam. 191 SECUNDO nobis dicendum videtur actus nostros, qui comparatione ad nos sunt contingentia, & futura, vt existentia, & necessaria habere veritatem determinatam, existentie in se ipsis post decretum, & possibilitatis, & futuritionis conditionatæ ante decretum.

Doct. Arist. 192 Hæc fuit mens expressa Aristotelis citato cap. 8. i. Perierm. ibi. In his ergo quæ sunt (inquit) & quæ facta sunt, necesse est affirmationem, vel negationem veram, vel falsam esse. Et infra postquam dixit. In alijs futuris, quæcumque secundum potentiam dicuntur huiusmodi; manifestum est, quod non omnia ex necessitate, vel sunt, vel fiunt, sed alia quidem ad verum libet, in quibus docuit contingentia vt futura non habere veritatem determinatam, postea subdit. Igitur esse, quod

est, & non esse, quod non est, necesse est. Vbi expresse docet, ea, quæ vt futura non habent veritatem determinatam, vt sunt existentia, & presentia veritatem determinatam habere: quia contingentia ratione existentie transierunt in necessaria. Sic intelligunt Aristotelem eius commentatores Boetius, S. Thom. Egidius, Burleus, & alij, præcipue noster Stunica loco citato.

193 Sed specialiter docet hanc sententiam S. Thomas in 1. disp. 38. q. 1. ar. 5. vbi postquam dixit futura contingentia non habere veritatem determinatam in suis causis, in quibus solū habeat esse futurum; postea subdit. Sed quando iam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in se ipsis esse determinatum. Et clarius ad 1. ibi, futurum contingens non est determinate verum, antequam fiat, quia non habet causam determinatam, & ideo eius certa cognitio haberi non potest ab intellectu nostro: cuius cognitio est in tempore determinato, & successiue, sed dum est in actu, determinate verum est. Et eadem est eius mens, vbicumque de hac materia agit.

194 Egidius etiam de cognit. Angelorum q. 10. ad 5. ait. Quod licet sit eadem veritas presentium, præteritorum, & futurorum: attamen illa eadem veritas, sic & sic accepta, non est eodem modo determinata. Nam, vt probatur in Periermenijs in singularibus, & futuris, siue in cōtingētibus futuris, nō est veritas determinata. Verum est enim etiam in futuris, quod erit altera pars cōtradictionis (scilicet indeterminate) vt quod eris erit nauale bellū, vel quod non erit, sed neutra pars est vera determinate: non enim possumus determinate dicere quod erit, nec quod non erit tunica, licet incidatur, sed vetustate conteratur, potest tamen incidere, & non incidere: non ergo potest determinate dici de tunica: hæc tunica incidetur, & dilaniabitur, nec potest determinate dici,

Boetius. Egid. S. Thom. Burleus. N. Stuni. Et S. Tb.

quod nec incidetur, nec dilaniabitur, sed vetustate conteretur. Exempla hæc sunt illius Philosphi in prædicto libro: licet ergo eadem sit veritas presentium præteritorum, & futurorum, attamen quia in præteritis, & presentibus est veritas determinata, vt quia ita est altera pars contradictionis, quod nō est alia, in futuris autem non est determinata: ideo Angeli possunt scire presentia, & præterita, nō autem futura. Et idem docet vbicumque rem istam attingit, atque hæc est mens auctorum secundæ sententiæ.

Namin- 195 Ratione vero probatur nostra differentiam auf- sententia quoad primam partem, ex fert exist- determinatione contingentium. Quia tentia. quod futura contingentia, vt talia, nō habeant veritatem determinatam, vni ca, & adæquata causa est futuritio, & indifferentia; sed hæc aufertur per existentiam eorum in se. Ergo licet vt futura contingentia sunt, non habeant veritatem determinatam etiam post decretum, vt probatum est cap. præcedenti, vt existentia veritatem determinatam habent. Patet consequentia. Quia sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est negationis causa.

Sive idea 196 Quoad secundam partem probatur nostra sententia, ex contingentia esse, & veritatis determinatæ (quam habent contingentia in se, dum in se existunt) in esse Diuino etiā ante decretum. Quia (vt latissimè probatū est tota disp. præcedenti præcipue dub. 1.) existentia, & actualis determinatio, quam habent contingentia in se (dum actu sunt in se nobis presentia, & definiunt esse contingentia, & futura) sunt in Diuina essentia naturaliter contentæ, & representatæ sub ratione possibilitatis: sed dum sunt in se ipsis, & in tempore modo sibi proprio, ratione determinationis voluntatis Diuinae, & creatæ habent veritatem determinatam, vt existentia, nobisque presentia

in tempore. Ergo eandem veritatem determinatam habent, vt possibles ante decretum, & vt presentes Deo in æternitate.

197 Et Rursus, cum illa veritas possibilis, sit virtualiter conditionata, vt disp. 1. dub. 2. n. 192. probatum est, fit vt etiam ante decretum habeant veritatem determinatam futuritionis conditionatæ, quæ scilicet esset futuritio, si series causarum, sub qua videtur possibile, in rerum natura poneretur.

198 Ex quibus infero primo, cōtingentia licet, vt futura, non habeant determinatam cognoscibilitatem, nec possint cognosci, vt determinate futura, non solum à creaturis, sed neque à Deo, vt docet S. Thomas, & Egidius supra relati: tamen vt existentia cognoscuntur à creaturis, vt existunt in se ipsis, & à Deo vt existunt in se ipso ab æterno. Quare absque vilo fundamento dicunt noster Ariminensis, & alij relati num. 156. Aristotelem errasse, affirmando futura contingentia, vt talia non habere veritatem determinatam, quia sequeretur inde Deum illa non cognoscere: quia Deus nō cognoscit futura, vt talia, sed vt presentia non in se ipsis, sed in se ipso.

199 Infero secundo propositiones de futuro contingenti, si regulentur per ipsa contingentia, vt futura sunt, & secundum se sumpta, aut per ordinem ad esse, quod habent in causis, vel per ordinem ad tempus, & mensuram propriam, non esse determinate veras, nec determinate falsas: si vero regulentur per ipsa contingentia, vt sunt presentia Deo in æternitate, secundum quod representantur in Diuina arte, habent determinatam veritatem, vel falsitatem. Et ratio est, quia vt cum Aristotele diximus num. 166. ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa, & cum contingentia secundum se sumpta non habeant veritatem determinatam, sed solum

Sive cōtingentia dicitur ante decretum. Et sic habent cognoscibilitatem.

Et etiam propositio nec, si per illam regulentur.

lum prout sunt in Diuina arte, eodum taxat modo possunt veram propositionē regulare videatur disp. 1. n. 39. & hoc modo propositiones de futuro contingenti, & reuelationes Diuinæ veritatem determinatam habent, & etiam poterunt illam habere per ordinem ad existentiam, quam habebunt contingentiā in se ipsis, non secundū se sumptam, sed prout regulatam Diuina Præscientia.

200 Infero tertio propositiones de futuro contingentij, si regulentur per veritatem determinandam (vt ait tertia sententia) non habere veritatē formalem, quia veritas, vsque dum determinetur, non est certo determinanda, sed in certo determinabilis, si ipsa in se attendatur.

CAP. IV.

Soluuntur argumenta contra primam partem nostræ sententiæ.

Obijct. conting. habere de terminatorem.

201 **C**ONTRA primam partem nostræ sententiæ obijctur primo, argumentum celebre de sumptum ex contradictorijs, quod late vrget noster Ariminenis supra, & sic proponitur.

Ex lege.

202 Ante omne decretum Diuinæ voluntatis vna ex propositionibus contradictorijs est vera determinate formaliter, & eius obiectū obiectiue. Ergo ante omne decretum Diuinæ voluntatis contingentiā futura absolute, vel conditionate habent veritatem determinatam. Consequentia est bona.

Contra-historiam.

203 Antecedens pluribus probat Ariminenis art. 2. primo ex lege contradictoriarum, qua etiam videtur Aristoteles supra. Nam si vna contradictoria est vera, altera est falsa, & e contra. Ergo vna debet esse determinate vera, & altera determinate falsa.

204 Secundo ex carentia mediij. Nam inter contradictoria non datur medium per ab negationem, vt docet ipse Aristoteles 4. metaphysica text. 27. quod in hac materia putat esse verum in Peryermenijs. Ergo vna ex propositionibus debet esse determinate vera.

Et ex carentiam dij.

205 Tertio quia primum principium est omnis res, vel est, vel non est. Ergo qualibet propositio de futuro contingenti absolute, vel conditionate, vel est determinate vera, vel determinate falsa.

Et ex i. principio

206 Quarto, quia natura propositionis disionctiua petit, quod altera eius pars sit determinate conformis obiecto, & sic vera, si constat terminis generalibus, & contradictorijs; quia quodlibet est, vel non est.

Et ex dis. iunctis.

207 Hoc argumentum potius est contra aduersarios, illudque in aduersarios reiecit n. 172. Cum Aristotele, Boetio, S. Thoma, Egidio, & alijs.

Sed obiectio vrget aduersarios.

Nam si verum esset fundamentum, vt ab aduersarijs intelligitur, penitus rueret libertas creaturæ, & Dei, vt ibi inuimus, & late prosequuntur Vives disp. 18. parte. 1. dist. 1. & Gonet disp. 4. art. 3. §. 3. veritates enim obiectiue de futuris contingentibus intelligerentur non solum ante signum decreti Diuinæ voluntatis, sed etiam ante signū possibilitatis eorum: quare auferretur de medio providentia Dei. Deinde futuritio absoluta etiā esset ante omnine decretum Diuinæ voluntatis: quod licet videantur concedere aliqui Nominales: nullus tamen modernorum Doctorum concedit.

Vives, Gonet.

208 Et ratio huius est. Quia illud, quod est futurum ex vi, & natura oppositionis contradictoriæ, est futurum necessarium necessitate absoluta, & intrinseca, & non ab extrinseca causalitate principiorum: cum principia non possint immutare naturam contradictoriarum, nec falsificare illud

Quia auferretur a Deo libertate.

Primum principium omnis res, vel est, vel non est. Vnde Deus ante omne decretum, & ante omnem scientiam mediam, cum non possit non cognoscere naturaliter illud primum principium, non potest nō cognoscere naturaliter futuritionē, etiā absolutā cuiusque contingentiæ, à se, & à creatura faciendā; & sic ante prouidentiam, & libertatis Diuinæ exercitium res futuræ erūt, siue necessariae, siue contingentes, non solum conditionate, sed etiam absolute. Quod erroneum putant Egidius, cum Boetio, allatus disp. 1. n. 208. Videantur Vives, & Gonet.

Est factio temporalis causam æterni.

209 Deinde si illud argumentum conuinceret intētum, conuinceret etiā, quod temporalis euenus Diuinæ scientiæ esset causa, & regula, vt cum Boetio, & Egidio diximus in quæstiuicula. 1. n. 29. Quia Deus sciret esse futura sub conditione, & absolute: quia ipsa futura sunt; & sic futuritio ipsa determinaret Diuinam scientiam, & sapientiam, non e contra. Quod derogat Diuinæ perfectioni.

Negatur intentū.

210 Respondeo ergo argumento, negando antecedens, loquendo de propositionibus affirmantibus, vel negantibus aliquid futurum futuritione exercita in se ipso, siue absolute, siue conditionate; in quo sensu loquuntur aduersarij.

Quia solam probatur de terminatio negatiua.

211 Ad primam probationem dico ex lege contradictoriarum solum probari vnam ex contradictorijs formalibus, & obiectiuis debere esse veritatem, & alterā falsam, vel e contra, negatiuè: & sic negatiua erit vera: quia cū ante decretum impossibilis sit futuritio exercita creaturarum, non intellecto decreto, non potest non intelligi obiectum negatum tali futuritione. Sic respondent (& bene) cōmuniter Thomistæ. Nam cum res est incapax alicuius formæ, secundum quod est incapax illius est negata, & sic conuenit illi negatio determinate.

Et dicitur iunctiua

212 Dices. Ergo saltem post decretum contingentiā futura habebunt veritatem in sua futuritione: quia iam sunt capacia futuritionis.

213 Nego consequentiam. Quia etiam post decretum sunt incapacia futuritionis completæ, quia sunt in statu indifferentiæ, & contingentiæ, cum decretum relinquat causam secundam in sua indifferentia, & cōingentiā, & actus illius sit contingenter futurus, vsque dum sit actus existens in se: quare vna illarum contradictoriarum erit vera indeterminate, non determinate. Sic Arist. 1. Perycr. n. textu. penultimo, ibique Egidius, dicit (ait Egidius commentando Phylolophum) quod istarum enuatiationum, quæ sunt de contingentibus, necesse est, quod sub disionctione altera pars contradictionis sit vera, vel falsa, non tamen hæc, vel illa determinate, sed ad vtramlibet. Requiritur ergo status existentia, vt futura determinatam veritatem habeant.

Et sic est medium inter eod. trad.

214 Ad secundam probationem antecedentis concedo inter contradictoria non dari medium, sed solum inter opposita priuatiuè: & sic concedo quod vna ex propositionibus contradictorijs est determinate vera ante decretum, scilicet negatiua, & altera etiam debet esse vera indeterminate post decretum. Vt explicarum est.

Et hoc probatur principi

215 Ex quo patet ad tertiam probationem, ad quam dico illud esse primum principium, & per se norum, omnis res, vel est, vel non est, & sic ante decretum contingentiā non sunt futura in se, nec absolute, nec sub conditione: quia hæc futuritio est forma, quæ petit subiectum capax: & contingentiā ante decretum sunt negata, & incapacia futuritionis, sicut est voluntas negata ad eliciendum consensum ante auxilium, & sic sine auxilio est determinate verum, quod

R non

Diuiinarum reuelationum regulantur per futuritionem rerum, prout sunt in Diuina arte, vt dicebamus n. 199. in qua sunt Deo in æternitate præsentia, & nobis reuelantur futura: & ideo veritates Diuinarum reuelationum regulantur per euentus ipsos (etiam si contingentes sint) non secundum se sumptos, sed prout stant sub Diuina Præscientia: licet enim prædicat euentus secundum se sumpti, & per ordinem ad causas proximas possint esse, & non esse, relati tamen ad Diuinam Præscientiam, vel ad prophetiam contrahunt quandam necessitatem, in quâ tum necesse est prophetiam impleri, & Diuinam Præscientiam non posse falli. Vt docet Egidius in Epistola ad Romanos cap. II. lect. 34. dubit. 2. & hoc fortasse voluit Aureolus, licet eius verba agrè accipiant expositionem. De quo plura dicere non est huius loci. Omittere tamen non possum verba N. Beati Ioannis de S. Facundo, aducta à N. Herrera in hystoria Salmaticensis Nostri Conuentus fol. 76. vbi D. Ioannes sibi obijcit. Sequitur in prophetia esse falsum, cum Ioan. 3. misertus est Dominus super Ninive, de qua dictum est ut subuertetur. Et Respondet. Cotta Casiodorus dicit, Hieronymus, quia est in probetia Dei Præscientia, & non error, & ista non tollit contingentiam singulariam per hoc. Vnde aliquando reuelatio prophetica est impressa similitudo Diuina Præscientia, prout respicit futura contingentia: & talia sic cœceniunt, vt Propheta nouit. Esai. 7. Ecce virgo concipiet. Aliquando reuelatio prophetica est impressa similitudo Diuina Præscientia, prout cognouit ordinem causarum (scilicet secundarum) ad effectus: & tunc accidit, quod aliter eueniant, quam Propheta nouit, & sic in prophetia non est falsum.

Ad Roman. Egid.

B. Ioan. de S. Facundo.

Obijcit ablatio libertatis.

creaturæ. Nam ideo diximus n. 172. & 207. Si futura contingentia haberent veritatem determinatam in sua futuritione ante decretum Diuinæ voluntatis auferre libertatem Diuinam, quia Diuina voluntas non posset impedire illam futuritionem, quam præuideret ante exercitium actuale suæ voluntatis; hæc autem ratio militat in nostra sententia.

233 Respondeo negando sequentem, & ratio disparitatis est, quia futuritio illa comparatione Diuinæ voluntatis esset omnino antecedens vsu, seu exercitium voluntatis Diuinæ, & ab ea in impedibilis etiam antecederet; cum præcederet signum exercitij Diuinæ voluntatis, & signum indifferentiæ ipsius: at futuritio comparatione creaturæ est consequens exercitium ipsius voluntatis, vt repræsentatum in ideis Diuinis.

234 Deinde illa futuritio esset nota voluntati Diuinæ, & ab ea in impedibilis, teneretq; se ex parte actus primi: cum Diuina voluntas regularetur ad volendum notitia illius futuritionis, at futuritio actus creaturæ non est ei nota, ideoque relinquit ipsam in differentem. Et potest explicari exemplo. Nam in tract. de spe docet omnes Theologi. Quod ille cui facta esset reuelatio suæ damnationis non posset sperare, licet posset absque tali notitia. Et ideo tract. de libertate Christi diximus cum Hurtado, & alijs præd. finitiones, & decreta Diuina de morte subeunda esse impedibiles à voluntate humana Christi: quia licet fuerint absoluta ex parte Dei, fuerunt conditionata ex parte voluntatis humanæ Christi. Iuxta illud Esai. 55. Si possuerit anima suam, videbit semen longæ uitæ. Alias si essent absoluta, cum essent nota Christi humanitati per scientiâ infusâ, nõ maneret Christus liber. Et explicatur

Negatur intenti.

Componitur libertas Christi cum præcepto

Hurtado

Esaias.

Et explicatur

235 Hoc autem sic explicabam. Nam in primo instanti fuit propositum

tum Christo pactum de redimendis hominibus sub conditione onerosa mortis, promissa potestate iudiciaria vt premio: & sic fuerunt illi data optio vitæ passibilis, vel impassibilis, & sibi propositi actus, quos facturus erat, si eligeret vitam passibilem, & quos facturus erat, si eligeret vitam impassibilem: iuxta illud ad Hebræos 12. Propositi sibi gaudij, sustinuit crucem. Cum qua optione non fuit possibile præceptum positium de subeunda morte (optio enim, & determinatio contradicunt) acceptato tamen pacto, habuit præceptum naturale iustitiæ moriendi, consequens vsu libertatis, & notitiam absolutam suorum actuum liberorum, sed consequentem vsu libertatis ipsius, à qua dependebat, vt esset absolute futura.

Ad Hebræos.

DVB. V.

An Deus certo cognoscat futura contingentia conditionata?

Hæc difficultas Antiqua

236 H VIVS cōtrouersia nullam fecisse mentionē Scholasticos Antiquos existimant Vazq. Fosca, Aluiz, & alij. Sed melius Ioannes à S. Thom. probat tempore P. Augustini fuisse vulgarem. Et n. 238. ostendam Antiquos Scholasticos illius resolutionem supposuisse. In ea autem sermo est de cognitione certa omnino.

CAP. I.

Propositis sententijs, affirmatiua, vt certa eligitur, & probatur ex Sacra Scriptura.

Qui negare videntur.

237 P RIMA sententia negat Deum cognoscere futura contingentia conditionata cognitione certa, & euidenti, sed dumtaxat coniecturali: pro qua re

fert Alarcon aliquos Thomistas, quos ab impostura vèdicat Ioan. à S. Thom. Et rursus Alarconem defendit Aldrete disp. 27. sect. 1. quos videre poterit, qui desiderat nosse. An, & quos habeat hæc sententia Patronos? Et præterea potest videri Viues disp. 3. dist. 1. n. 2. & disp. 19. dist. 2. §. 2. & latius alijs Henao in Hystoria scientiæ mediæ, euentilat. 1. q. 1. n. 36. refert nominatim aliquos expressè defendentes hanc sententiã. Vbi etiam à n. 40. Censuras, quibus hæc sententia ab alijs inuitur, adducit; quam, vt probabilem defendunt Curiel controu. 7. & Cornejo hic dub. 2. Et eam explicat Sylua 1. p. 9. art. 13. dub. 11. n. 42.

Alarcon. A Sancto Thoma.

Aldrete Henao.

Curiel. Cornejo. Sylua.

238 Secunda sententia affirmat Deum cognoscere futura contingentia conditionata cognitione omnino certa. Hanc sententiã supponunt Scholastici antiqui, loquendo de tempore congruo incarnationis. D. Thom. 3. q. 1. art. 5. Vbi noster Tapia q. 2. art. 3. D. Thom. §. si obijciat, & in 3. dist. 1. q. 1. ad 4. Tapia. Vbi Egid. p. 2. q. 1. art. 5. ad 4. Noster Egid. Aragon 2. 2. q. 83. art. 7. in explicatione artic. §. ad secundum. Franc. à Christo in 1. dist. 40. q. 4. fol. 117. & 119.

Affirmatiua. Antiqui.

D. Thom. Tapia. Aragon. Franc. à Christo.

239 Ex Modernis omnium Scholarum Doctores. Illã docet ex nostris (præter Egidium, Tapiam, & Aragon nuper relatos) Mend. qui primus hanc sententiã ex professo discussam typis madauit. Vt docet Ram. lect. 3. (quæ est de infallibilitate scientiæ Diuinæ) Puteanus & dicemus n. 503. Puteanus 1. p. 9. 14. Aluiz. art. 13. dub. 3. Aluiz. disp. 7. sect. 1. Cœlestinus quodlib. 13. disp. 5. & alij. Imò, vt refert Mendoza supra in fine illius questionis. Magister noster Ioannes de Gueuara (qui per triginta sex annos in Vniuersitate Salmaticensi Vicerariam Cathedram obtinuit) ipsiusque Mendoza Pater, & Magister, cum audiret esse quorundam Theologorum illius temporis sententiã, quod Deus illa conditionata non certo cog

Et omnes RR. Mend.

Puteanus. Aluiz. Cœlestinus.

M. Ioan. de Gueuara.

noscere, vix à se impetrare potuit, quin statim resiliens, & exandescens eam sententiam vehementer aſſeratus, & execratus sit.

Esfaten- tur rufi- ci. Lais, Le- gion. Alarcò.

240 Quinimo Lais Legionē- sis, qui non solum Augustinianam fa- miliam, verum & Vniuersitatem Sal- manticensem sua doctrina illustrauit (referente Alarcon r. p. tract. 2. disp. 4. cap. 4. n. 7.) solitus dicere fertur si au- thores huius conclusionis petas, dabo tibi quotquot hominum capita sunt. Nullus hominum (dicebat) ita rusticus est, qui interrogatus, quid esset fu- turum, si Pater eius ipsum non genuif- ceret? Vel si ipse in alio loco esset? &c. nō respondeat, hoc Deus scit, & non con- iecturaliter, & humana scientia falli- bili, sed certo, determinate, & infalli- biliter: vt pote cui omnia nuda sunt, & aperta. Quia scilicet veritas hæc scripta est non in tabulis lapideis, sed in hominum cordibus sculpta. Et satis gauderem videre tractatum, vbi Alar- con hæc verba Legionensis reperijt.

Et opposi- tam in- uritur censura.

241 Et ita adhæserunt Nostri huic sententiæ, vt Tapia supra dicat, de hac sententiâ non posse dubitare, qui sacras litteras legerit. Mendoza ait. *Oppositum asserentes plurimum dero- gare thesauris sapientiæ, & scientiæ Dei. Aluit salua fide non posse nos- tram sententiam negari. Et Coclesti- nus hoc negare paruam sibi videri tutum.*

Et proba- tur ex pœnit. Tyrion. S. Th. Egid. Matth.

242 Et omiſſis pluribus Sa- cræ Scripturæ testimonijs, & Patrum, quæ congerunt Mendoza, & commu- niter Recentiores. Probo hæc senten- tiam testimonio, quo mouentur S. Tho- mas, & Egidius, desumpto ex Matth. 11. vbi Christus Dominus ex probra- uit duritiam cordis Chorozainorum, & Bethsaiditarum dicens. *Va tibi Cho- rozain, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone facta fuissent virtu- tes, quæ in te factæ sunt, in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. Vbi Sal-*

uator cognouit, & prædixit poeniten- tiam, quæ foret in illis Ciuitatibus, si in illis facta fuissent signa illa, quæ in Chorozain, & Bethsaida facta sunt.

243 Prima solutio huius testi- monij est, Christum Dominum cog- nouisse poenitentiam futuram ex dis- positione, & inclinatione Tyrionū, & Sydoniorum dumtaxat, ac proinde tantum vt cognitam futuram conie- cturaliter. Hanc solutionem ex alijs refert Iansenius in concord. cap. 47. & Isaacus. *illum tenuit Calvinus in cap. 11. Mi- thæi, cuius verba refert Arrubal disp. 44. cap. 5.*

244 Hanc solutionem impug- nant Suarez supra cap. 1. num. 5. & alijs recentiores ex nostris. Quia Christus non potuit cognoscere poenitentiam in dispositione Tyrionum, & Sydonio- rum, cum in illis nulla esset dispositio actualis, aut inclinatio ad poeniten- tiam, præsertim cum illi essent Gen- tiles, & aut veram cognitionem Dei non habuissent, aut certe non super- naturalem.

245 Hæc tamen impugnatio non est efficax. Quia licet in Tyrijs, & Sydonijs non esset aliqua dispositio positua, & supernaturalis ad poeniten- tiam, erat tamen dispositio negatiua: quatenus non erant ita obſcæcati, ac Iudæi. Vt ex P. Aug. dicemus n. 256.

246 Melius impugnatur illa solutio ab Arrubal supra n. 22. Quia per illam solutionem omnes prophæ- tica prædictiones possent eludi, dicen- do illis non prænuntiari euentum cer- to futurum, sed solum secundâ incli- nationem causarum secundarum. Quæ ob causam Stapler. ad cap. 11. Matib. ait interpretationem illam Diuinarum prædictionum, potius esse Sacrarum Scripturarum corruptelam.

247 Hæc impugnatio eo effica- cior est, quia ea vtitur in simili P. Augu- stinus de vnitæ Ecclesiæ cap. 9. Nam cum Donatistæ dixissent prædictiones

Isaſeu.

Quam non solū vidit Deus in disposit. Arrub. Staplero- nius.

Aliter eluderentur Pro- phetia. P. Aug.

Sa.

Sacræ Scripturæ de vniuersalitate Ecclesiæ, non esse certo, & infallibili- ter futuras, sed tantum ex dispositio- ne, & arbitrio hominum: ex hoc con- tra illos infert Augustinus. *Hoc enim modo, quo isti putant esse prædicta, quis quis voluerit potest esse Prophe- ta: vt cū ea quæ prædixerint, completa non fue- rint, respondeat, homines noluerunt, li- bers enim arbitrio creati sunt, quod late ibi prosequitur.*

Nec lo- quitur Christ. ex aggera- tione.

248 Secunda solutio illius testi- monij est Christum loquutum fuisse per exaggerationem, communi loquē- di phrasi, iuxta quam ad ex probran- dam malitiam alicuius, solemus dice- re. Si hæretico hoc persuaderem, non mihi restitisset: aut si hæc beneficia cō- tulissem inimico, maiorem in eo gra- titudinem fuisset expertus. Ita Ianse- nius cap. 47. citato, & Curiel supra, n. 62. Brizenius controuers. 11. dist. 3. art. 3. num. 35. & Anonymus (qui vide- tur esse Claudius Typhanus) apud Aldrete supra, eamque fundat in textu Curiel.

Iansenius. Curiel. Brizenius. Anonymus.

249 Hanc solutionem impugnat Suarez, & Herice supra, eo quod ea vſus fuit Calvinus: qua de causa He- rice num. 18. contendit interpretatio- nem hæc apud Catholicos male au- dire. Hæc tamen sunt puerorum terri- culamenta (vt bene ait Brizenius su- pra) quia, si aliud fundamentum non esset ad illam solutionem deserendâ, nō ideo quia hæretico placuit, debet præcisse Catholicis displicere. Alias scientia ipsa conditionalis deserenda esset Suario, & Heritio: quia placuit Semipelagianis.

Quia lo- quitur serio. P. Aug. D. Prof. per. D. An- selmus.

250 Aliunde ergo impugnanda est solutio, primo. Quia P. Augustinus illa verba explicat de locutione seria; vt patet de dono perseuer. cap. 9. & in D. Prof. Enchirid. cap. 95. quem sequuntur D. Thom. Egidius, & alij reſ. u. 338. at- que id etiam docent D. Prosper ad ex- selmus. cerpta Gennæ. resp. & D. Anselmus ad

citatum locum Math. 11. & plures alij ibi.

251 Secundo ex illis verbis, quæ Saluator immediate subiecit. *Verum tamen dico vobis Tyro, & Sidoni remis- sus erit in die iudicij, quam vobis, vbi docet reuera illis ciuitatibus remis- sus fore, quam Iudæis: hoc autem non esset verum, nisi reuera acturi es- sent poenitentiam, si Christi virtutes vidissent.*

252 Tertia solutio est Christum prædixisse, quod foret tantum morali- ter, non tamen certitudine metaphy- sica. Ita Curiel num. 66. & Brizenius controuers. 11. citato n. 34. §. ad septi- mum. Neque ab hac solutione distat Valentia r. p. q. 14. art. 13. punct. 5. §. ad secundum, & de incept.

253 Hæc etiam solutio impugna- ri potest eisdem impugnationibus, ac præcedentes, & late impugnabitur a num. 258. Vbi probatur in eo testi- monio sermonem esse de futuritione certa metaphysice.

254 Solet probari hæc sententia ex 1. Regum 23. vbi Dauid consuluit Dominum. Vtrum Saul descensus es- set in Ceillam, si ipse maneret ibi? Cui respondit Dominus *descendet. Quem locum late versant Zumel lib. 3. opus- calor. dub. 5. conclusione 1. in 1. probatio- ne.* Posset etiam probari alijs plurimis locis, quæ, quia apud plures recentio- res reperiuntur, non adduco. Videan- tur Zumel, Carmelitani, & Aldrete.

Nec lo- quitur morali- ter.

Sed meta- physice.

CAP. II.

Sententia affirmatiua probatur ex Pa- tribus.

255 **S**ECUNDO probatur sen- tentia affirmatiua ex Pa- tribus 1. ex P. Augustino de dono perseuerantia cap. 9. vbi ait. *Namquid possumus dicere Tyros, & Sydonios talibus apud se virtutibus fac-*

Probatio ex TP. Aug. P.

fac-

factis credere nulliſſe & cum eis Do. r. i nus atteſtetur, quod acturi eſſent magna humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent Diuinarum illa ſigna uirtutum. Idem docet cap. 8. & de gratia & libero arbitrio cap. 23. & 1. de peccatorū meritis, & remiſſ. cap. 21. & 22.

256 Deinde probatur noſtra ſententia ex Patribus, qui ut reſpondeāt huic quæſtioni. Cur Deus, quamuis ſciret primos homines, & Angelos, ſi crearentur, eſſe peccaturos, creauit eos? ſupponunt Deum cognouiſſe futura contingentia ſub conditione. Sic

D. Cyril. D. Cyrillus lib. 9. in Ioannem cap. 9. D. Hieron. 3. cōtra Pelag. cap. 2. Tertull. 2. aduerſus Marcionem cap. 5. 6. & 7. D. Damascenus aduerſus Manichæos, prope medium. P. Aug. 2. de Genes. contra Manichæos cap. 28. & 11. ſc. Ciuitate cap. 18. & 2. de peccatorum meritis cen. vii, cap. 16.

P. Aug. 257 Curiel ſupra num. 5. dupliciter reſpondet hiſ testimonijs. Primo in eis non eſſe ſermonem de ſcientia omnino certa, ſed ſolum de ſcientia certa certitudine morali. Secundo Patres loqui nō de præſcientia lapſus Adami, & Angelorum, & aliorum, que præcedat ordine rationis voluntatem creandi eos, ſed de præſcientia lapſus ante executionem creationis eorum; ac proinde non loqui de præſcientia conditionali, ſed de absoluta: & eodē modo reſpondet Anonymus quidam apud Aldrete ſect. 4.

258 Sed prima ſolutio impugnat euidenter ex P. Auguſtino. Nam ibi loquitur de præſcientia, qua poſſent homines iudicari in die iudicij, vel ſimpliciter (ut male putabant Semipelagiani) vel remiſſius, ut cum Saluatore putat Auguſtinus: & probat in illo cap. ex verbis illis Matth. 11. Verum tamen dico uobis Tyro, & Sydoni remiſſius erit in die iudicij, quam uobis: ex ſcientia autem boni operis futuri ſub conditione, nō cer-

Quia loquuntur de notitia infallibili.

to metaphyſicè, ſed ſolum moraliter ex diſpoſitione cauſarum, nō poſſent homines ullo modo iudicari. Nam cum ſumma inclinatione morali poſſent absolute facere oppoſitum conſequenter.

259 Secundo. Nam ſi ille eſſet ſenſus P. Auguſtini, poſſemus dicere Tyros, & Sydoniſtalibus, apud ſe uirtutibus factis, credere noluiſſe, etiam ſi Saluator atteſtetur, quod acturi eſſent magna humilitatis pœnitentiā; quin cōtradiceremus Saluatori. Nam iſti propoſitioni Tyri, & Sydonij acturi eſſent pœnitentiam ante diſpoſitione cauſarum, ſi apud ipſos eſſent uirtutes, que facta ſunt in Chorozain, & Bethſaida, non contradicit hæc. In eo caſu ſimpliciter, & absolute non eſſent acturi pœnitentiam. Sicut iſti propoſitioni Ezechias ex vi cauſarū ſecundarum, & moraliter loquendo eſſet moriturus, non contradicit iſta, ſimpliciter, & absolute nō eſſet moriturus: optime enim ſtat morali certitudine eſſe certum vnum extremum, & alterum eſſe ſimpliciter certum.

260 Tertio. Quia ſi ille eſſet ſenſus illius testimoniij, nulla aut parua eſſet ratio dubitandi. Quare Deus creauit homines, & Angelos, quos præſciebat eſſe peccaturos? Nam ſi Deus nō ſciebat ipſos peccaturos ſcientia omnino certa, ſed ſolum moraliter, non erat cur eos non deberet creare; quia ex eo quod quis ſciat moraliter aliquem defecturum in aliquo, non eſt cur debeat impedire ipſum eſſe in ea occaſione, maxime ſi non tenetur, & alias debet operari ut gubernator vniuerſalis, ut operatur Deus, & poteſt de malo educere donum, quia omnipotens.

261 Secunda etiam ſolutio iam dat, quod in hoc dubio intendimus ſtabilire, ſcilicet Deum cognoscere certo, & infallibiliter futura conditionata, vtrum autē cognoscat omnia & dice-

Et de præſcientia antecedenti voluntatem omnium.

D. Cyril. las.

mus dubio ſequenti. Deinde licet illa ſolutio poſſet adaptari aliquibus Patribus, non omnibus. Nā D. Cyrillus ſupra inquit. Cur primum hominem de terra formasti? quem ſciebas mandatum non obſeruari? Cur Angelorum naturam creasti; cum ut Deus præuideris futuram non nullorum rebellionem? Scilicet, ſi eos crearet: ibi enim ſermo eſt de præſcientia conditionali præcedenti voluntatem eos creandi: quia eſt præſcientia lapſus ſub conditione primæ creationis. Similiter P. Auguſtinus 2. de genes. inquit. Quare fecit Deus hominem, quem peccaturum ſciebat? Reſpondit. Quia de peccante multa bona facere poterat. Idem docet alijs in locis, & etiam id docent alij Patres.

P. Aug.

CAP. III.

Sententia affirmatiua probatur a ratione: examinatis prius aliquorum probationis.

Probatio 262. Inefſicaces.

Aldrete.

Carmelitani.

Probatio

ex conſultatione.

Ribadeneyra.

264.

263.

264.

RATIONE probant Iſuitæ hanc ſententiam, & præcipue Aldrete ex veritate determinata, quam habent contingentia in ſe, & in ſua futuritione. Sed aſſumere falſum conſtat ex dubio præcedenti cap. 2. & docent omnes Thomiſtæ.

263 Thomiſtæ vero, & præcipue Carmelitani diſp. 9. dub. 4. ſ. 2. probant ex decreto absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, quod Deus habet circa quodcumque contingens. Sed hoc medio non probari noſtram ſententiam conſtat ex n. 188. & docent Iſuitæ unanimiter.

264 Tertio probat Ribadeneyra ex conſultatione. Homo cogitans de ſtatu religioſo poteſt Deum conſultare: vtrum bonum exitum habiturus ſit ſua electio, ſi talem ſtatum eligat.

Cui Deus ſolum poteſt reſpondere: habebit, vel non: & ſic cognoscat futura ſub conditione, vel neſcio: quod eſt indignum Deo.

265 Sed hæc probatio non aſſumit principium certius conſolutione. Qui enim negaret Deum cognoscere futura contingentia conditionata certo, & infallibiliter, etiam diceret, Deum reſponſurum illi interrogationi, habebit bonum exitum illa electio certitudine morali, vel non. Nam iuxta aduerſarios Deus reſponſurus eſſet, ſicut de facto dicunt dediſſe reſponſum Dauid, cum conſultauit Dominum, vtrum deſcendurus eſſet Saul, iuſſe maneret in Ceilla: ad quam conſultationem ita Deum reſponſiſſe putant: ut videret apud Curtelem n. 48. & videri poteſt a num. 75.

Aſſumit probat.

266 Quarto probat Ribadeneyra n. 25. Deus ſemper, & ab æterno ſcit veritatem, quam ſemel cognoscat: ſed cognoscat aliquando veritatem cuius liber binarij contradictoriarum conditionalium. Ergo ſemper cognoscat eam veritatē. Minorem probat ſumptis hiſ contradictorijs. Conuertetur Petrus in hoc instanti, ſi docetur in illo uocatione A. Non conuertetur in hoc instanti, ſi docetur in illo uocatione A. Nam, vel aliquid in rebus impedit veritatē affirmatiuæ, vel nihil? Si nihil, Deus cognoscat eam veritatē ſaltem aliquando: ſi aliquid ſic arguit. Tale impedimentum non eſt non conuertē Petrum in hoc instanti A, neque in illo non vocari: quia totum hoc ſtat cū eo quod in eo instanti conuertetur, ſi vocaretur in illo. Ergo tale impedimentum ſolum eſt, quod non conuertetur Petrus in eo instanti, & ſi vocaretur uocatione A, quia donec ita ſit, nihil reperietur pugnant cum illa veritate conditionali affirmatiua. At quod Petrus non conuertetur in eo instanti, eſt eſſe verā conditionale negatiuā. Ergo Deus illā cognoscat, ſaltem aliquando.

Probatio ex eo ſciunt, quod ſcit.

Non ha. b. species lem dif. ficutate.

267 Hæc probatio non habet specialem vim, ac illa communis de sumpta ex veritate determinata contingentium n. 262. attracta, & cum aduerfarij defendant futura contingentia non habere veritatem determinatam, & maxime conditionatam, vt patet apud Curiel citato loco n. 50. sicut illa illum non conuincit, neque hæc illum conuincet. Vnde negabit maiorem, sicut illam ibi expresse negat ad cuius probationem dicit, id quod impedit veritatem affirmatiuam, & etiam negatiuam, esse indifferentiam, intrinsecam ipsius contingentis in se, & in sua causa, quæ indifferentia prohibet determinationem determinatam alterutrum. Quod late ibi explicat Curiel, & nos etiam cum multis dubio precedenti.

Et maior est falsa.

268 Secundo illa maior, Deus semper, & ab æterno scit veritatem, quam semel cognoscit, licet vera sit ex parte modi cognoscendi Dei, non tamen ex parte rei cognita, & sumptis contingentibus futuris per modum rei enuntiabilis secundum D. Th. & plures Theologos. Nam Deum semel cognoscit me existere in hoc die, & tamen non scit semper, & ab æterno hanc veritatem per modum enuntiabilis cum ab æterno non sit verum me existere. Videantur dicta disp. præcedenti n. 384. & quæ docet iste Doctor disp. 15. cap. 2. vbi late probat contra Thomistas futura contingentia non eo existere physice Deo ab æterno. Vide etiam disp. 3. n. 246. vbi de hoc late.

269 Respondere posset hic Doctor suam maiorem procedere ex parte modi cognoscendi Dei, non ex parte rei cognita, & comparatione contingentium per modo enuntiabilium.

Vel non Syllogi. 7at.

270 Sed contra. Quia licet in eo sensu vera sit maior, tamen minor est falsa, vt diximus n. 267. & etiam si sit vera, claudicat discursus. Quia in ma-

iori ly sci accipitur pro scire simpliciter aliquid in esse entis, & minor, & eius probatio accipit scire per modum enuntiabilis, & sic non bene arguit ex eo quod Deus sciat aliquid per modum enuntiabilis aliquando, quod illud scierit ab æterno simpliciter. Nā Deus scit modo Christum esse natum ex parte rei cognita, & per modum enuntiabilis, & tamen hoc non semper sciat ab æterno enim non cognouit Deus ex parte rei cognita, & per modum enuntiabilis Christum esse natum, alias cognitio eius esset falsa. Quia Christus ab æterno non erat natus secundum temporalem natiuitatē. Vide Egidium in 1. dist. 41. q. 2. art. vltimis.

271 Impugnatio probationis huius Doctoris ex eo efficacior est, quia ipse putat futura contingentia, vt talia non habere veritatem determinatam, sed determinandam, quando scilicet ipsa contingentia delinant esse contingentia, & sint presentia: & cum solum sint determinata, & presentia, dum actu sunt in tempore, sit, vt iuxta ipsum solum sint cognoscibilia in tempore futura absoluta, & sic non semper, & ab æterno: & quod contingentia futura sub conditione nunquam sint cognoscibilia, quia nunquam eorum contingentia determinanda est.

Et auctor eius non sibi confans.

272 Respondebit adhuc Doctor iste, quod licet contingentia solum habeant veritatem determinatam, & existentiam in tempore, tamen ab æterno est aliquod medium essentialiter conexum cum ipsa veritate, & existentia, in quo Deus potest contingentia cognoscere, vel absolute, vel sub conditione futura, sic ipse disp. 10. cap. 2. n. 16. Distinxit enim ea in duplicem futuritionem rei, vnam in esse entis, & hanc (inquit) partim esse nunc, & partim postea; nunc est non esse contingentium, postea erit existentia contingentium alteram in esse veri, & hanc (in-

Asignat medium conexum ab æterno.

quit) esse veritatem actus asserentis priorem illam futuritionem, vel fundamentum certum ad iudicandum iudicio vero primam illam futuritionem.

Et Perez assignat nexum.

273 Eadem via procedere videtur Antonius Perez disp. 3. cap. 4. §. 2. n. 89. Putat enim Deum cognoscere futura contingentia, vt presentia sibi in æternitate, ratione cuiusdam nexus, quem scientia Dei habet cum contingentibus: saltem quando sunt presentia in se ipsis. Nam nemo dubitat (inquit) Deum cognoscere me nunc. Ergo scientia Dei habet nunc aliquem nexum cum mea existentia. Sed hic nexus est idem cum Deo, & cum Diuina æternitate. Ergo cum Deus habeat ab æterno quid quid est idem cum ipso, & cum æternitate, ab æterno habuit illum nexum: & sic ab æterno in eo nexu posuit me, vt existentem cognoscere, & sic contingentia, & reliqua alia: ac proinde quid quid Deus etiam ex parte rei cognita in tempore cognoscit, semper, & ab æterno cognouit.

Sed vel a medio tollitur libertas.

274 Sed Doctrinam Ribadeneyræ late impugnatur Viues disp. 18. v. 1. dist. 1. Nobisque etiam displicet. Et in primis, id quod ait ab æterno esse aliquod medium essentialiter conexum cum existentia contingentium, in principijs huius auctoris valde difficile est. Nam vel hoc medium ordine causalitatis est prius existentia ipsa contingentium (sicut est prius ordine durationis) vel ordine causalitatis est posterius? Si prius, tollit libertatem humanam. Quia omne principium essentialiter conexum cum consensu, & illius existentia, prius ordine causalitatis tollit libertatem iuxta hunc, & alios suæ familiæ auctores: infert enim necessitatem antecedentem.

Vel non est ponibile.

275 Si est posterius, supponit veritatem determinatam, & existentiam contingentium: sicut omnis effectus supponit suam causam: & cum ab æter-

no non sit existentia consensus, sit, vt neque ab æterno possit esse illud medium.

276 Secundo impugnatur illa Doctrina. Quia licet possit admitti duplex futuritio rei, vna in esse entis, & veri obiectiue, & transcendentaliter, & alia in esse veri formaliter: tamen futuritio in esse veri formalis proueniens a cognitione cognoscente futuritionem rei veram obiectiue, & transcendentaliter, supponit ordinem causalitatis futuritionem rei in esse entis veri obiectiue: cum cognitio speculatiua (sicut est illa, qua cognoscit Deus futura sub conditione in sententia Societatis) supponat, non causet suum obiectum. Nam ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera, vel falsa, vt cum Arist. & communi diximus n. 166. Quia propter talis cognitio regulatur per obiectum. Ergo cum iuxta hunc Doctorem contingentia non habeant veritatem determinatam, sed determinandam in tempore, neque habebunt existentiam, nec Deus habebit cognitionem determinatam ab æterno, sed determinandam in tempore. Vide Izquierdum in Pharo disp. 10. q. 1. prop. 1. & 2.

Nam medium non est cognitio ipsa.

Izquierdus.

277 Ex quo patet Doctrinam Perezij non esse veram. Nam (præterquam quod si Deus cognoscere futura ab æterno in illo nexu, non cognosceret ea in se ipsis, & intuitiue, quod vult S. Thomas, sed in medio, & abstractiue) cum Deus modo cognoscit me nunc, scientia Dei nullum nexum, nullamque essentialiter conexum habet cum mea existentia: quia Deum meam existentiam cognoscere, non ponit aliquam perfectionem in cognitione Diuina, sed solum per perfectionem, quam ego accipio, qua posita fio similis Deo, cognoscit Deus me existere: vt dixi disp. 1. n. 46. cum S. Th. & Egidio: & videri possunt dicta dub. 1. q. 5. in secundo consuetario.

In nexu vero res non cognoscere tur intuitiue.

278 Deinde admissio illo nexu, talis nexus esset ordine causalitatis posterior mea existentia, & sic non posset esse ab aeterno. Et licet ille nexus quoad entitatem esset idem cum Deo, quoad id quod diceret in recto, notamen quoad id quod diceret de cōnotato: quia hoc esset existentia mea, quæ contingens est, & non ab aeterno.

Quia pro ueniret a determinatione creatæ.

279 Præterea Doctor iste ibi in 94. & 95. docet hunc nexum esse concomitantem existentiam futurorum ratione sui, licet sit prior existentia duratione aternitatis. Quare docet hunc nexum concurrere ad præscientiam Dei constitutivè: quia scientia Diuina futuri contingentis constitutivè in nostra potestate completur per hunc nexum, tanquam per vltimū complementum, determinans indifferentiam intellectus Diuini, quæ est in differens ad præsciendum hoc futurū aut oppositum. Ex quo sic arguo contra ipsum. Ergo determinatio Diuinæ Præscientiæ provenit a nexu, & determinatio nexus a determinatione de presenti voluntatis creatæ. Ergo cū talis determinatio futuri absoluti nō sit ab aeterno, nec conditionata futura sit in aeternum, non est causa huius nexus ab aeterno. Comparatione futurorum absolutorum, neque erit comparatione conditionatorum in aeternum. Unde hæc Doctrina non habet specialem vim ad probandum Deum cognoscere futura contingentia conditionata, ac habet illa communis probatione, desumpta ex veritate determinata futurorum contingentium; quæ non solum negatur ab aduersarijs, sed etiam a plurimū nostræ sententiæ Doctoribus: ut vidimus *dub. præcedenti.*

Præscientia futuri est ab aeterno.

280 Sed & hos duos auctores sic impugno ad hominē. Ab aeterno ante scientiam mediam debet esse præsens Deo futuritio conditionata, vel in se, vel in causa, ut per scientiam mediam possit cognosci. Ergo prius quam in-

telligatur scientia media, intelligitur præsens Deo veritas futuritionis conditionata.

281 Antecedens docuimus cum Egidio *disp. 1. numer. 255.* docet enim Egid. quod quidquid cognoscitur debet esse præsens cognoscēti. Idque desump. sit ex P. Augustino 11. *Confessionum cap. 17.* Vbi docet omne quod videtur, ut præsens videri. Et probat dicens. *Neque enim pot. st. videri. i. l. quod non est.* Quod etiam prosequitur capit. *bis sequentibus.* Secundo quia futuritio conditionata est aliquid ab aeterno in se, & sic debet habere formam intrinsecam existentem in se. Nam impossibile est dari effectum formalem de presenti, & nō dari etiam formam existentem de presenti, ut probat Perez de *provid. disp. 3. cap. 2.* & Ribadeneira *disp. 12. numer. 11.* Ergo veritas formalis cognitionis Diuinæ, quæ cognoscit futura contingentia sub conditione, supponit ipsa futura contingentia, ut presentia Deo, vel in se, vel in causa, & formaliter futura: & sic ipsa futuritio nō prouenit formaliter a scientia media, seu ab ipsa cognitione: sed supponitur ad ipsam. Ergo oportet assignare veritatem determinatam in contingentibus, etiam conditionatis, ut sint intrinsece cognoscibilia: ex quo euidenter infertur cognosci a Deo. Nam recurrere ad cognitionem est petere principium, & explicare ignotum per ignotius, & dicere Deum cognoscere futura conditionata: quia cognoscit futura conditionata.

Quia est præsens cognoscēti. P. Aug.

Et non datur effectus formalis sine forma.

282 Quinto probat Borrull. *disp. 4. sect. 5. numer. 274.* Quia Deus cognoscit futura conditionata. Ergo cognoscit certo. Probat consequentiā: quia Deus falli non potest adhuc metaphysice. Si autem eius cognitio esset solum moraliter infallibilis, Deus posset falli.

Probatio ex certitudine. Borrull.

283 Sed hæc probatio in efficaci-

Inefficacior præcedentibus.

tior est præcedentibus. Quia licet Deus falli non possit, non ideo eius cognitio esset certa obiectivè, sed subiectivè: quia cognosceret voluntatem creatam, quatenus est ex parte ipsius, esse propensiorē ad consensum, quā ad dissentium. Ut docet Curiel *n. 76.* & docere tenetur hic Doctor, loquendo de cognitione, quæ Deus cognoscit per scientiam naturalem efficaciam cuiusque auxiliij moralis collati cum voluntate.

Probatio ex affectibus falsis.

284 Sexto probat Borrull. *n. 275.* Deus certissime scit, qui nam actus nostri probabiles re ipsa veri sint, & quinam falsi: alioquin Deus non haberet autoritatē ad opinionū nostrarum lites componendas. Id autem nō sciret, si certō non sciret futurum conditionatum. Quia certitudo de veritate opinionis probabilis pēdet essentialiter ex certitudine obiecti, ita se habentis.

Adhuc non conuenit.

285 Adhuc neque hæc probatio conuenit. Quia si opiniones, & actus nostri probabiles, sint circa materiam speculatiuam, vel circa res agendas naturaliter, Deus habet scientiam naturalem de talibus rebus: quia sunt necessaria. Si autem circa materiam, quæ dependet à solo Deo, ut illa. An veniret Christus Adamo nō peccante? scit, quid ipse circa hanc materiam decreuerit. Si circa res contingentes nobis, videt quid sit sibi præsens in aeternitate: & si recurrat hic Auctor ad statum possibilis: respondent aduersarij, sicut ad præcedens.

Efficax probatio ex prouidentia. Celestin.

286 Probanda ergo est nostra sententia efficacius ratione communi, desumpta ex infallibilitate prouidentiae Diuinæ, quæ utuntur noster Celestin. *scribit n. 13.* & alij. Quia Diuina prouidentia debet esse omnino certa, non solum certitudine morali, sed etiam metaphysica. Sed si Deus non cognosceret futura contingentia conditionata certo, certitudine metaphysica, Diui-

na prouidentia non esset sic certa. Ergo Deus cognoscit futura contingentia conditionata certo, certitudine metaphysica. Maior est certa: quia alias Deus casualiter, & fortuito prouideret bene, & posset aliquando à bono declinare, & sic esset defectibilis. Minor etiam, quia si Deus vellet Petrum certo saluari, & nō cognosceret, quid Petrus esset factururus, si poneretur in talibus circumstantijs, nō repugnaret Diuinam scientiam falli, & Diuinam prouidentiam frustrari.

Efficax probatio ex perfectione Dei.

287 Secundo probanda est nostra sententia ex perfectione Dei. Quia si Deus non cognosceret certo, & infallibiliter futura contingentia conditionata, Deus cognosceret res à posteriori, & ex experimento, hoc autē est naturæ potentialis, & imperfectæ. Ergo Deus cognoscit futura contingentia conditionata certo, & infallibiliter. Maior est certa. Quia expectaret euentum rerum, ut ipsa nosset. Minorē docet Egidius in *2. dist. 3. q. 2. art. 4. §.* Rursus hoc. *Hoc enim (inquit) est natura ignorantis, ex posterioribus in priora procedere.* Et patet: quia non cognoscere res à priori, est defectus luminis, & virtutis intellectiuae. Et hæc ratio desumitur ex dictis *disp. 1. num. 244.*

Egid.

288 Tertio probatur nostra sententia ex determinatione quam habet contingentia in Deo, etiam sub conditione futura, in se ipsis, & in suis causis sint omnino indifferentia, tamē prout sunt in Deo habent esse omnino determinatum: quia habent esse admodum Dei. Ut latè probauimus, *disp. 1. n. 59.* Ergo cognoscuntur à Deo omnino certè, & determinatè. Videatur *disp. 1. num. 246.* & 663.

Probatio ex determinatione ideata.

289 Quarto probatur ex speciali possibilitate, quam habent contingentia sub certo ordine causarum. Nam quodcumque contingens habet in statu possibilitatis specialem modū

Vltima ex speciali possibilitate.

possibilitatis, quem non habet eius ca-
rentia, seu eius oppositum, vt tota
disputatione præcedēti probatum est.
Ergo Deus euidenter cognoscit, quod
si ponatur hic ordo causarum, erit cer-
to, & infallibiliter futurum tale possi-
bile contingens. Videantur dicta in
dubijs præcedentibus.

290 Ex his patet assignari veri-
tatem determinatam contingentibus
sub conditione futuris præsentē Deo
ab æterno, ante scientiam conditio-
nalem: quia licet non habeant esse de-
terminatum in se ipsis, vt futuris: ha-
bent tamen esse determinatum in esse
possibili: & haberent esse futurum, si
ponerentur causa, sub quibus esse de-
terminatum possibile de præsentē vi-
deretur: in quo item videtur esse futu-
rum, quod haberent de præsentē.

291 Patet etiam Deum cognos-
cere futura contingentia conditio-
nata in se ipso, sicut cognoscit alia possi-
bilia: & etiam cognoscere talia futu-
ra per scientiam merè naturalem, &
& non per scientiam mediā, aut vi-
sionis. De quo latè dubijs sequenti-
bus.

CAP. IV.

Soluuntur argumenta.

292 **C**ONTRA hanc commu-
nem sententiam obij-
citur primo. Deus lo-
quitur de futuris contingentibus con-
ditionatis tanquam de re dubia, & in-
certa. Ergo illa certo non cognoscit.
Antecedens probatur. Quia semper
vritur particula forte. Nam Genes. 3. di-
citur Ne forte mittat manum suam. Et
Deuter. 4. Custodite igitur solliciti ani-
mas vestras, ne forte decepti faciatis
sculptas similitudines. Et Exod. 4.
postquam Deus dedit Moyfi duo sig-
na, vt illis adhibitis, præstarent illi
fidem Ægyptij, subdit. Si non cradi-

derint tibi, neque audierint sermonem
signi prioris, credent signo verbi sequen-
tis: quod si nec duobus quidem his sig-
nis crediderint, sume aquam fluminis,
& effunde super ardam.

293 Respondeo primo, si hoc
argumentum probat aliquid, probare
etiam Deum neque cognoscere cer-
to, & infallibiliter futura contingen-
tia absoluta. Secundo respondeo Vul-
garem interpretem vti particula for-
te, non vt significet dubitationem,
sed vt denotet rem contingenter eue-
nire: quod docent D. Hieronymus.
Explicans v. rba illa Hieremie 26.
Noli subtrahere sermonem, si forte
audiant. P. Augustinus tract. 37. in
Ioannem, & communiter Patres. Vi-
deantur noster Casalius lib. 2. axio-
matum, art. 2. cap. 7. Et noster Men-
doza quæst. 7. Scholastica, p. 2. §. sed
mouet. Tertio dico cum Mendoza,
& alijs, quos refert, particulam for-
te idem valere, quod certe, seu vique:
nam ea vritur Vulgaris Interpres in
hoc sensu Ioan. 15. Si sciretis me, forsi-
tan, & Patrem meum sciretis. Et ali-
bi sæpè.

294 Secundo obijcitur diffi-
cile testimonium P. Augustini de præ-
dest. Sanctorum, cap. 14. Vbi explicans
illa verba sapient. 4. Raptus est ne ma-
litia mutaret intellectum eius, ait. Di-
ctum est secundum pericula vitæ hu-
ius, non secundum Præscientiam Dei,
qui hoc præsciuit, quod futurum erit,
non quod futurum non erat; id est, quod
ei mortem immaturam fuerat largitu-
rus, vt tentationum subtraheretur in-
certo, non quod peccatura esset, qui mæ-
surus intentione non esset. Vbi Au-
gust. expressè docet Deum nõ habere
lapsus eius, qui raptus est, præscientiā
certā, sub conditione quod permane-
ret diu in hac vita, sed solū moralē, de-
sumptā ex periculis vitæ huius: & red-
dit rationem: quia Deus solum præscit
quod futurum erat: ille autem lapsus futu-

Sed est vt
denotet
contingē-
tiam.

D. Hier.

P. Aug.

Casalius.

Mendoz.

Ioan.

Obijcit.

P. Aug.

Sapient.

futurus non erat, sed potius oppo-
situm.

295 Confirmatur ex epist. 105. an-
te penultimam columnam. Ibi. Neque
moritur ram etiam parvulorum potest
quisquam dicere, vt huic ad percipien-
dam baptismum non consulat, illi au-
tem consulat; Deum futura eorum ope-
ra prævidere. Quomodo enim futura di-
cuntur, quæ nulla erant?

296 Et lib. 1. de anime, & eius
orig. cap. 12. Idē cōfirmat. Quid quod ip-
sa exiā dicitur omnino præscientia, si
quod præscitur non erit? Quomodo
enim rectè dicitur præsciri futurum,
quod non est futurum?

297 Confirmatur secundo ex
Diuo Prosper. Epist. ad August. P.
qui contra Semipelagianos sic ait.
Sed in tantum commentitijs meritis
electionem Dei subiiciunt, vt quia præ-
terita non extant, futura, quæ non sunt
futura, consingant: nouoque apud illos
absurditatis genere, & non agenda
præscita sint, & præscita non acta sint.

298 Confirmatur tertio, ex D.
Damascono in Dialogo contra Mani-
chaos. Si Deus (inquit) aliquem non cō-
didisset, quia præscijisset peccaturum,
non esset hæc præscientia, sed imposu-
ra. Nam sicut cognitio est earum rerum,
quæ sunt, ita prænotio est earum rerum,
quæ certo futura sunt.

299 Testimonia hæc præcipuè
primū adeo difficilia visa sunt Theo-
logis, vt eos in varias solutiones distra-
xerint. Cōmuniter Thomistæ quos se-
quuntur Carmelit. disp. 9. n. 38. & disp.
10. n. 31. Affirmant Augustinum non
negare Deum cognoscere futura con-
tingentia conditionata, sed quod cog-
noscat illa certo ante decretū: in quo
signo solū poterat illa cognoscere cō-
iecturaliter, non certo, vt putabant
Semipelagiani: & sic respondent alijs
Patribus relatis.

300 Hanc tamen interpretatio-
nem post Annatum impugnat Riba-

denevra disp. 19. cap. 3. d. num. 18. Ribaden.
Vbi num. 20. Respondet Augustinum
Parentem, aliud affirmare, & aliud
negare. Affirmat enim iustum illum ra-
pi, vt à peccandi periculis liberetur,
quarum victoria dubia est, attentata hu-
mana fragilitate: negat vero dictum
illud raptus est intelligendum esse de
præscientia absoluta futuri in ætate
adultæ.

301 Alias plures solutiones re-
fert, & refellit Aldrete disp. 27. sect.
6. d. n. 4. Vbi ipse n. 19. aliam excogi-
tauit, quas impugnare longissimum
esset, nec modo necessarium: quia de
illo testimonio P. Augustini num. 627.
iterum agendum.

302 Igitur licet in alijs sen-
tentijs difficultatem ingerant verba
P. Augustini, & aliorum Patrum, in
nostra nullam habent. Nam probant
quod sæpe in hac, & præcedenti dif-
putatione diximus. Dicimus ergo P.
Augustinum non negare, sed potius
adstruere Deum cognoscere futura
contingentia conditionata certo cer-
titudine metaphysica. Nam ideo ait
Deum rapuisse iustum ex hac vita:
quia certo sciebat lapsurum in tenta-
tiones, si non esset ab ipso raptus. Ad-
dit tamen, hoc dictum esse secundum
pericula huius vitæ, in quibus si esset,
cognouit scientia naturali, quod tunc
foret futurum, quod malitia foret mu-
tatura intellectum eius: non autem
est dictum secundum præscientiam
Dei, quam Deus habeat de lapsu sub
conditione: quia cognitio talis lap-
sus, licet sit certa, non est præscien-
tia (ly prædicente præcedentiam scien-
tiæ æternitatis ad tempus) sed me-
ra cognitio simplicis intelligentiæ, cog-
noscens illam veritatem, vt possibile,
nõ sub ratione futuræ in se ipsa, etiam
sub cōditione: quare nõ est præscien-
tia: quia præscientia propriè est futurorū
in se ipsis, vt talia: & ideo præscientia,
quæ fuit in Deo, fuit de eo quod fu-

Aliter:
alij sol-
uunt:
Aldret.

Sed testi-
monia
PP. sum-
pta pro Au-
gustino.

turum erat in se ipso absolute: scilicet de eo quod ei moriemini in statuam fuerat largiturus, ut tentationum substraheret in certo, non de eo quod peccaturus esset in se ipso existens, etiam conditionaliter, qui mansurus in tentatione non esset.

Idque sentiunt plures. Zumel. Sylua. Cælestin.

303 Hanc solutionem, quæ ex nostra sententia statim se offert, inveni postea in Zumelio tom. 3. opusculorum, dub. 5. §. sed respondetur, fol. 114. column. 1. Et etiam in Sylua 1. p. 9. 14. art. 13. dub. 11. n. 57. post medium, Et in nostro Cælestino quodlibeto 13. disp. vltima, cap. 4. n. 4. post medium. Vbi docet quod, quod re ipsa nunquam est futurum, non potest præsciri futurum. Nam hoc nihil est aliud, quam non futurum esse futurum; quod implicat. Ut eodem loco idem Augustinus insinuat, cum ait, sed vnde hoc talibus viris in mentem venerit, nescio: ut futurum, quæ non sunt futura, puniantur, aut honorentur merita parvulorum. Itaque merito Sanctus Pater negat illa esse præscita, nempe absolute, & perscientiam visionis, sicut merita, & de merita esse debent. Licet fatendum sit esse certò nota per scientiam merè naturalem.

Futurū quod esset, si esset conditio, non est futurum.

304 Quare P. Augustinus non solum negat illum lapsu iusti intentiones non esse futurum absolutum, sed etiam dicendum non esse absolute futurum: quia, quod futurum esset, si poneretur conditio, non est futurum, sed esset. Ut diximus num. 32. est enim merè possibile, & in merè possibili nõ potest esse meritum. Quod cum P. Augustino late docet noster Francisc, à Christo supra.

Futura conditio nata non sunt futura.

305 Ex hoc patet ad testimonia P. Augustini, & aliorum Patrum: intendunt enim Patres futura conditio nata non esse futura, neque esse speciem futuritionis. Quia non participant speciem, nec rationem futuritionis: sed participarent, si poneretur conditio: quare consequenter di-

cunt Deum non cognoscere illa cognitione, quæ sit proprie præscientia: quia præscientia proprie est eorum, quæ aliquando erunt: ideoque exinanitur præscientia, si quod præscitur, non erit.

306 Hinc fit, ut dub. 5. disp. 1. dixerimus cognitionem, qua Deus cognoscit conditionata, quæ si essent conditiones, essent futura, esse scientiam simplicis intelligentiæ: quia hæc cognitio terminatur ad merè possibilia: at vero illa cognitio, prout terminatur ad temporalia, dicitur præscientia. Quia præscientia, & providentia: addunt ordinem aternitatis ad tempus.

Et illorum cognitio simplex notitia.

307 Verum est autem, quod aliquando illa cognitio conditionatorum, quæ nunquam erunt, solet dici præscientia specularia: quia concernit tempus saltem possibile; tamen rigorosè, & propriè loquendo, solum dicitur præscientia cognitio illorum post decretum positiuum, vel permissiuum, ut ibi explicuimus num. 394. cum communi Theologorum sententia: & sic Patres, & Scholastici solènt loqui. Sed tamen quia Semipelagianî hac locutione malè utebantur, volètes futura sub conditione esse vera futura, & posse habere rationem meriti, & terminare veram præscientiam: ideo Patres tunc loquuntur contra illos in rigore vocum.

Quæ dicitur solet præscientia.

308 Dices cum Aldrete supra n. 5. P. Augustinus utitur nomine præscientiæ ad significandam notitiam futurorum sub conditione. Nam cap. 9. de dono perseverantiæ, ait. Certè poterat Deus præsciens esse lapsuros, antequam id faceret, auferre de vita.

Aldrete

309 Respondeo Augustinum nõ dicere antequam id faceret, sed antequam id fieret: loquitur enim in sensu, quo loquebantur Semipelagianî, & ibi, & in verbis sequentibus impugnat eos ex alio capite, ex quo illos an-

Et aliter quando sic vocatur à P. Aug.

antea impugnarat: scilicet admissio, quod illa opera conditionata possent dici futura, & eorum cognitio possent dici præscientia, adhuc esset absurdū dicere homines iudicari de illis operibus. Adhuc (inquit) eo redditori sumus, ut adhuc disputemus quanta absurditate dicatur iudicari homines mortuos, etiam de his peccatis, quæ præscit eos Deus perpetraturos esse, si viverent? Testimonium autem aliud quod ex D. Prospero adducit Aldrete n. 8. intelligitur de præscientia absoluta peccatorum, ob quæ damnantur præsciti.

Obijciuntur conditionata non esse præscientia.

310 Tertio obijciuntur. Contingentia futura sub conditione non habent veritatem determinatam. Ergo non sunt cognoscibilia, etiam à Deo. Respondeo non habere veritatem determinatam, ut futura: habere tamen ut existentia in esse Divino, iuxta late dicta dubio precedenti.

311 Quarto. Quidquid cognoscitur requiritur, quod sit præsens cognoscens, & quod cõparetur ad cognoscens tanquam ad præsentem. Ut docet Egid. in 2. dist. 7. q. 2. art. 1. §. aduertendum est. Sed contingentia futura sub conditione non comparantur ad Deum tanquam præsentia. Ergo nõ sunt cognoscibilia à Deo.

Sic Deo præsentia ab aeterno.

312 Respondeo quidquid cognoscitur debere esse præsens Deo etiam, vel in se, vel in sua causa: nego autem futura contingentia conditionata non esse præsentia Deo in aternitate: sunt enim Deo præsentia sub ratione possibilium: quia præsens est Deo futuritio eorū, quæ esset, si Deus veller. Sicut enim est Deo præsens essentia, & existentia contingentium, sub ratione possibilium: similiter est ei præsens eorum futuritio, quæ defacto est, & quæ esset, si esset ordo causarum, à quibus videt ut possibile oriri.

313 Hæc est mens Egidij in 3. dist. 1. p. 2. q. 1. art. 5. ad 4. Vbi ait. Om-

nia ista dependent ex Divino beneplacito. Apparebit enim in die iudicij tanta Dei iustitia, & quilibet dare videbit, quod nullus saluabitur, nisi per Dei gratiam, & misericordiam, & quod non saluabuntur, nisi prædestinati, & non damnabuntur, nisi præsciti: & tamen multi præsciti, si agerent finalem penitentiam de peccatis suis, saluarentur, & multi prædestinati si morerentur cum finali impoenitentia damnarentur. Iste ergo conditionales sunt veræ, quod si facta essent virtutes in Tyrro, & Sydone, quæ facta fuerunt in Hierusalem, &c. Et tamen antecedens est impossibile: quia sic fuit necesse fieri, sicut Deus ordinavit: & impossibile fuit aliter fieri, quam Deus ordinaverit, vel præscierit. Nam in scientia Dei omnia sunt præsentia, & sic est necesse fieri, quod Deus præscit, sicut omne quod est, quando est, necesse est esse. Ecce vbi Doctor noster affirmat illas conditionales esse veras, & illarum veritates esse Deo præsentem, & hanc necessitatem esse consequentem. Quia scilicet oritur ex existentia determinationis ipsorum contingentium in Deo.

314 Alia argumenta obijci poterat: sed quia attingunt difficultates, vel attractas dub. precedentibus, vel attingendas in sequentibus omittuntur.

DVB. VI.

An Deus non solum cognoscat futura contingentia conditionata, creaturarū existentium, vel futurarum; sed etiam possibilium?

315 DIXIMVS dubio præcedenti Deū cognoscere futura contingentia conditionata, quæ nunquam erunt, nec sunt futura, sed essent si conditio poneretur: cum autem hæc conditionata possint oriri, vel a creaturis existē-

Explicatio ritualis

tibus, aut futuris: iam Deo in sua æternitate presentibus, vel ab alijs creaturis merè possibilibus liberis, quas Deus poterat creare: vt ab alijs Angelis, vel hominibus, quos Deus non decreuit creare, ideo inquirō. An Deus nō solum cognoscāt quid futurum sit sub quavis hypothēsi formāda in hac rerum prouidentia, & quid facerent creaturæ exituræ pro aliqua temporis differētia? sed etiam. An certo cognoscāt, quid facerent aliæ creaturæ possibiles, si crearentur, & hac, vel illa cogitatione, & gratia præuenirentur?

CAP. I.

Propositis sententijs affirmatijs, vt vt certa eligatur, & probatur.

Negant aliqui.

316 PRIMA sententia negat. Ita tenere debent afortiori, qui docent Deum, vniuersaliter loquendo, non cognoscere futura contingentia conditionata: quos retuli n. 237. Quam sententiā probabilē putant Carmelitani disp. 9. dub. 2. n. 14. & specialiter docet hanc sententiā Curiel contromers. 7. art. 1. n. 73. & art. 2. n. 44. Qui interpretando testimonia Sacra Scripturæ, & Patrum, ait, Patres non admittēte præscientiam lapsus Adami, & Angelorū, & aliorum, quæ præcedat ordine rationis volūtatem creandi eos. Vbi ex doctrina Patrū videtur asserere Deū non cognoscere futura contingentia elicienda a creaturis possibilibus.

Carmelitani. Curiel.

317 Eandem sententiā tenet Caramuel in Theologia Fundamentali, in editione Franco Fordienſi, pag. 17. & Henao. 19. Quem refert Henao in Hystor. euent. 25. Vbi putat, stando principijs naturalibus, & præscindendo a Sacra Scriptura, posse dici futura conditionata libera, quæ non oriuntur infallibiliter, aut necessario ab actu existen-

Caram. Henao.

te, aut futuro absoluto, esse in determinata, idest non habere veritatem determinatam, vel falsitatem, ac proinde non esse cognoscibilia, etiam a Deo. Existimat enim sola futura conditionata imperata, quæ ab alio futuro absoluto necessario infallibiliter oriuntur, habere veritatem determinatam in illo futuro absoluto: ita vt isto cognito non possit ignorari conditionatum: & huius generis putat esse omnia futura contingentia conditionata, quæ in Scriptura Sacra reuelantur; cætera autem, quæ ex absolutis futuris non oriuntur, nec veritatem determinatam habere, nec a Deo cognoscibilia esse. Et eandem sententiā refert, & impugnat Borrull. de scientia media disp. vltima, quam non aliter probat Caramuel, nisi solutione argumentorum.

Borrull.

318 Veratamen, & certa sententia affirmat: quam potius supponunt, quam probent Doctores. Sed ex professo illam docet Zumelius tom. 3. opuscul. dub. 5. conclus. 2. Vbi putat, id line notā non posse negari. Suarez, quem refert, & sequitur noster Aluiz disp. 7. sect. 1. num. 10. & latè sect. 3.

Sed est certa sct. affirmas Zumel. Suarius. Aluiz.

319 Communis huius sententiæ probatio desumitur ex medijs, quæ Deus habet in sua potestate ad saluandum liberè quemlibet: quam latè prosequuntur Zumel, & Henao. Nam si Deus non cognosceret huiusmodi futura conditionata, non haberet, neque habere posset prouidentiam, quæ posset saluare homines infallibiliter: quia non haberet in sua potestate media, quibus sciret certo hominem ad vitam æternam per ducendum. Nam hæc non possunt iuxta Caramuelem esse efficacia ab intrinseco. Quia hic Auctor putat, citato loco, non esse possibiles physicas prædeterminationes: neq; ab extrinseco ratione præsciētia: quia hic auctor putat non dari scientiam mediam: & sic Deus non habet

Alias Deus nō haberet prouidentiam.

cog.

cognitionem certam, qua possit regulare suam prouidentiam.

320 Nec potest dicere ante colationem auxiliorum Deum non posse intendere efficaciter gloriam, aut operationem liberam. Nam, vt Henao supra, ait, certum est apud omnes cum P. Augustino Deum posse præparare beneficia gratiæ, quibus homines certissime liberentur à massa perditionis, & obtineant gloriam, vt coronā. Quod latius prosequitur Zumel supra.

Nec potest vocare, homines efficaciter. P. Aug.

321 Et vrgetur hæc ratio. Quia iuxta P. Augustinum pluribus in locis Deus habet in sua potestate vocationem quandam altam, & secretam, qua possit vocare homines infallibiliter ad bene operandum: ita vt homo sic vocatus non respuat. Sic lib. 1. questionem ad simplicianum q. 2. circa medium ibi, si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quo modo illis aptum esset, vt mouerentur & intelligerent, & sequerentur. Et infra. Ergo non volentis, neque currentis, sed miserentis, qui hoc modo vocauit, quo modo aptum erat eis, qui sequuti sunt vocationem. Et postea, cuius autem miseretur sic eum vocat, quo modo scit, vt vocantem non respuat. Quod ibi, & alibi late prosequitur. Ergo Deus ante omne decretum suæ voluntatis habet in sua potestate media, quibus hominem certo, & infallibiliter possit perducere ad vitam æternam: quod non esset verum, si Deus non cognosceret futura contingentia conditionata ante omne decretū de producendo mundo.

Nec habet in sua potestate voluntates hominum.

322 His addimus iuxta P. Augustinum disp. 1. n. 98. relatum, Deum habere in potestate sua voluntates hominum potius quam ipsi suas. Et vt ibi probauimus ex Sacra Scriptura, Deus quia est omnipotens potest facere quādo, & quomodo voluerit homines bene operari, quod ibi sufficienter explicuimus: quod totum esset falsum, si non esset vera nostra sententia,

323 Tandem. Quia, si Deus non cognosceret futura contingentia conditionata ante voluntatem creandi mundum, in Deo prædestinante solum esset certitudo præsciētia absolute meritorum, & nullo modo esset certitudo ordinis, & causalitatis, & sic non diceretur prædestinatum differre a non prædestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte præsciētia euentus, & sic præsciētia esset causa prædestinationis, nec prædestinatio esset per electio nem prædestinantis, quod est contra Scripturam, & auctoritatem Sanctorum Patrum. Vt ait S. Thomas q. 6. de veritate art. 3. cuius verba retuli disp. 1. n. 219. Et hūc fuisse errorem aliquorum Semipelagianorum colligi videtur ex P. Augustino de prædestinatione Sanctorum cap. 1.

Nec potest dici certitudinem ordinis.

S. Thom.

Nec satis facit iniquitatem non prouenire a consensuram: ideo consentiet infallibiliter, sed potius e conuerso. Quia liberum arbitrium si hoc modo vocetur, est infallibiliter consensurū, ideo Deus præsciuit ipsum infallibiliter esse consensurum, si ita vocetur: vt videre est apud Molinam 1. p. q. 14. art. 13. disp. 17. §. idem perspicue. Ergo infallibilitas consensus non potest prouenire ex sub ordinatione liberi arbitrij cum tali vocatione ad directionem huius scientiæ. Quia alias dabitur circulus vitiosus, si infallibilitas futuritionis consensus sub conditione talis vocationis est ratio a priori, siue conditione ipsius consensus, sit infallibilis. Et rursum e conuerso eadem infallibilitas futuritionis huius consensus sub hac conditione prouenit ex sub ordinatione ad directionē eiusdē scientiæ.

Molinam

Sed & modo dicitur de vocationis.

325 Secundo respondet infallibilitatem consensus iuxta P. Augustinum posse provenire ex modo vocationis. Nam sicut infallibilitas effectus potest provenire ex collectione diversarum causarum, quarum quælibet secundum se sit inde terminata (ut ipse Curiel docet lib. 2. controverf. 4. num. 267.) ita etiam in hoc nostro casu poterit Deus pro sua sapientia, & potentia infinita ita temperare vocationem libero arbitrio, ut æquivalcat collectioni diversarum causarum, quantum ad vim inferendi infallibiliter effectum.

Aut dicitur sub ordinatione ad voluntatem Dei.

326 Aut potest dici (addit) hanc infallibilitatem provenire ex subordinatione liberi arbitrii creati ad vocationem, qua per modum intentionis prædefiniuit Deus consensum liberi arbitrii, quia liberum arbitrium habet naturalem obedientiam exeundi in actum a Divina voluntate intentum.

Nam nos præsent. non debent det. dicit. med.

327 Hæc tamen solutiones non satisfaciunt. Nam prima, si quid probat, solum probat Deum non cognoscere futura contingencia conditionata in sua futuritione, & quia ipsa futura sunt, ut contendunt Molina, & alij. Nō autem probat nō cognoscere illa in decreto, ut volunt Thomistæ, vel in speciali sua possibilitate, sub certo genere causarum, si poneretur: ut nos intendimus: imo nec contra Molinam, & alios probat. Quia ipsi contendunt vocationem illam altam, & secretam, qua Deus potest vocare homines infallibiliter, esse illam, qua per scientiam mediam prævidit liberum arbitrium consenturum. Quod probant illis vltimis verbis P. Augustini, cuius autem miseretur, sic eum vocat, quo modo scit, de vocantem non respiciat. Quod utrum verum sit? non est huius loci examinare. Videatur Aluiz citata scilicet 3. n. 3.

Aluiz.

328 Secunda solutio etiam non satisfaciunt. Nam, vel Deus scit ante omne decretum, quod si det vocationem

cum illo modo æquivalentiæ collectioni diversarum causarum, erit infallibiliter consensus, vel non? Si scit, in illa vocatione cum illo modo poterit cognoscere futuritionem consensus, quæ esset si daretur libero arbitrio illa vocatio sic modificata, & attemperata. Si non scit, ergo non habet Deus media in sua potestate, qua possit prædefinire consentum.

Neque à modo ponendi congruitate.

329 Posset probari hæc sententia omnibus rationibus, quibus probavimus nostram sententiam dubio præcedenti, & etiam ex Doctrina Patrum adducta n. 261. docentium Deum habuisse præscientiam primi hominis laendi, & lapsus Angelorū, si eos crearet: ubi supponunt hanc præscientiam conditionalem præcedere omne decretum de condendo mundo. Posset etiam hæc sententia probari alijs vijs, sed hæc sufficiant.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

330 CONTRA hanc nostram sententiam nullum obijciunt argumentum Curiel, & Caramuel. Qui dum taxat contenti sunt argumentis, quæ pro nostra fieri solent, responderi possunt tamen aliqua obijci.

Obijciunt.

331 Primum. Impossibile est intelligere, quod esset futura operatio creaturæ alicuius sub aliqua conditione, nisi ex parte conditionis ponantur omnia requisita ad operandum: sed primum requisitum essentiale ad operandum est existentia ipsius creaturæ. Ergo solius creaturæ existentis operatio potest cognosci sub conditione futura. Maior constat, quia si ex parte hypothese ponatur homo absque gratia, non potest cognosci eius operatio salutaris futura, etiam condi-

Requiri existentiam causæ ad futuritionem.

tionaliter: quia gratia est essentialiter necessaria ad operandum salubriter. Minorem docuimus nos cum aliquibus num. 221.

Non satisfaciunt ponere existentiam conditionalem.

332 Responderi potest hoc argumento probari ponendam esse ex parte conditionis existentiam creaturæ, & hanc poni in hypothese: quæ sic formatur, Si talis Angelus possibilis existeret, & vocaretur tali auxilio, consentiret. Nam effectus non requirit in causa alium modum existentiam, nisi quem ipse habet: & cum effectus solum habeat futuritionem conditionatam, sufficit quod causa intelligatur existere sub conditione. Sic respondet communiter Iesuitæ.

Iesuitæ.

Aliter actualior effectus causa.

333 Sed hæc solutio non satisfaciunt: quia licet effectus non requirat in sua causa alium modum existendi, ac ipse habet: tamen futura contingencia sub conditione, ex suppositione conditionis, absolute habent esse exercitum: quia, supposita hypothese, de contingentibus affirmatur, quod in exercitio sunt futura in se ipsis, & quod absolute erunt. Ergo maiorem actualitatem habet effectus, quā causa: nā causa si esset, effectus in exercitio esset.

Et regulatum prius regula.

334 Secundo, & urgentius. Quia iuxta hos auctores certitudo veritatis conditionalis, & eius veritas obiectiva (quæ fundatur in entitate futurorum conditionatorum) nititur veritati, & entitati absolute existentis ipso: in tantum enim hæc est vera iuxta ipsos. Si vocaero Petrum auxilio A, consentiet, in quantum hæc erit vera, Petrus vocatus auxilio A, consentiet. Illa enim conditionalis (ut ipsi docent) regulatur per istam de præsentibus. Ergo cum hæc de præsentibus sit impossibilis in nostro casu, in quo loquimur de creaturis possibilibus, & quæ nunquam exituræ sunt: etiam est impossibilis illa. Nam per locum ab intrinseco, eo modo quo repugnat regula, repugnat regulatum. Quod compa-

ratione cognitionis magis urget. Nam quando vnum cognoscitur per aliud, & ratione alterius, illud alterum debet esse magis notum. Nam propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Ergo cum illa Petrus vocatus auxilio consentit, ab æterno sit impossibilis, & maxime loquendo de creaturis mere possibilibus, est etiam impossibilis ista, Si vocaero Petrum auxilio. A, consentiet.

Et vltima actualitas in potentia.

335 Atque ex hoc principio impugnatur a nobis sententia illa adstruens scientiam mediam: quia Theologizat contra naturam rerum, & invenit actualitatem vltimam contingentium in pura potentialitate ipsorum, & illam actualitatem vltimam, existentiam, & determinationem, quæ impossibile est contingentia habere, nisi post decretum absolutum Dei, & post existentiam creaturæ rationalis, & exercitium ipsius, contendit inveniri in ipsis contingentibus ante exercitium illorum, & ante ipsorum existentiam, & ante decretum Divinae voluntatis, & certitudinem vult esse in regulato, dum regula non est, imo dum repugnat esse. De quo disp. 1. dub. 10. cap. 2. & 3. & 4.

Satis fit ponendo existentiam idealem.

336 Respondeo ergo aliter prædicto argumento, & concedo non posse intelligi quod esset futura operatio alicuius creaturæ futuritione exercitata in ipsa operatione, & admodum eius sub conditione, nisi ex parte conditionis ponantur omnia requisita ad sic operandum: ut probatum est contra præcedentem solutionem; sed nego non posse intelligi quod foret futura operatio alicuius creaturæ, futuritione contenta in sua causa, vel in suis causis, a quibus præmissa est operatio oriri, per naturalem notitiam sub conditione quod essent omnes causæ, ut per talem notitiam regulatæ. Ad probationem maioris dico, ad hoc, ut operatio sit futura in se ipsa sub condi-

ditione, necessarium esse, vt ex parte conditionis ponatur existentia causa, & causa in se existens: nō vero ad hoc vt intelligatur quod esset futuritio operationis futuritione signata, & in esse possibilis, prout contenta in suis causis, vt regulatis per præscentiam, seu scientiam naturalem. Videantur dicta d. 21. & disp. 1. n. 663.

Obijcit. conditio- natum nihil ha- bere pra- seus.

337 Secundum argumentum. Futurum contingens conditionatum nihil habet de præsenti, ratione cuius cognoscatur, vt determinate futurū. Ergo non est cognoscibile etiā à Deo. Consequentia est bona. Quia omne quod cognoscitur debet esse præsens cognoscenti, vt docet P. Augustinus 11. confess. cap. 17. Neque enim (inquit) potest videri id quod non est, & infra sunt ergo futura, & prætèrita. Et cap. 18. 19. & 20. late id prosequitur. Antecedens probatur. Quia tale futurum non habet esse de præsenti in se: quia nunquam existet in se: cum loquamur de conditionatis merè possibiliū causarum, neque in suis causis: cum sint merè contingentes.

P. Aug.

338 Respondent aliqui, negando consequentiam: putant enim non esse opus, vt futura habeāt aliquid de præsenti, vt cognoscātur. Sed hoc cum sit expresse contra P. Augustinum nulla indiget impugnatione.

Negatur assumptum.

339 Respondeo futurum contingens conditionatum habere de præsenti aliquid esse, vt dictū est n. 312.

Obijcit. omnem conditio- nalem esse falsā.

340 Tertium argumentum. Omnis propositio conditionalis in qua enūciatur aliquid futurum contingens, est falsa. Ergo ipsa res enunciata, quæ est contingens sub cōditione futurum, non habet veritatem obiectiuam, & sic non est scibilis. Prima consequentia est euidens. Quia ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa ex 1. Perier. n. cap. 8. & quod non est non scitur 1. posteriorum cap. 2. & secunda etiam, vt patet,

341 Antecedens vero probatur. Quia idem est propositionem conditionalem esse veram, ac esse bonam consequentiam. Nam veritas, vel falsitas cōditionalis præsindit à veritate, vel falsitate antecedentis, & consequentis: & consistit in sola illatione consequentis, siue antecedens, & consequens sint possibilia, siue impossibilia: & sic vulgariter dicitur, quod conditionalis nihil ponit in esse. Vt docet etiam D. Thom. 1. 2. q. 25. art. 3. ad 2. & q. 44. art. 1. ad 2. & q. 1. de potentia art. 6. ad 3. Ergo vbi non est bona consequentia, cōditionalis est falsa. Tunc sic: sed nulla propositio conditionalis de huiusmodi futuris est bona consequentia: quia nulla est necessaria. Ergo omnis conditionalis est falsa.

Nam idē conditio- nalis ve- ritatis, & cō- sequentis bona

342 Vazquez disp. 67. cap. 4. n. 24. in solutione ad 2. admittit omnem propositionem conditionalem, quæ non est bona consequentia esse falsam: ait tamen in omnibus propositionibus cōditionalibus de huiusmodi futuris, quæ Deus certo scit, esse bonam consequentiam, sed non necessariam. Et ei videtur adhærere Arrubal. 1. p. disp. 46. cap. 7.

Quid scia- tur. Vazq. & Arrubal

343 Hanc tamen Doctrinam impugnat late Cornejo hic dub. 3. d. n. 99. Quia in bona consequentia non potest dari antecedens verum, & consequens falsum: quia ex vero non nisi verum, vt supponūt summulistæ, quod ibi late prosequitur.

Quid Cornejo

344 Noster Mendoza citata q. 7. ad 1. ait conditionales quasdam esse illatiuas, vt si Petrus currit, mouetur, si disputat loquitur, & istæ sunt necessariæ propter necessariam habitudinem antecedentis ad consequens: quia in eis nō potest poni antecedens, quin ex vi ipsius sequatur consequens. Aliæ sunt veræ quidem, sed contingentes, quales sunt promissiuæ, vt si uiceris, dabo tibi librum, ad quas reducuntur in numeræ aliæ, vt si essem Romæ, obti-

Quid Mendoza

obtinere beneficium, si Rex pugnaret, vinceret, si Christus predicaret Tyriss, cōuerterentur, si David maneret in Bethleth traheretur Sauli. Et istæ non sunt necessariæ, quia ex antecedenti non inferitur consequens: possunt tamen esse veræ, si defacto ita esse debeat, vt polito antecedenti ponatur consequens. Quod tamen, an futurum sit ignoramus: Deus tamen id ignorare non potest. Et ad idem vadit solutio Curielis controuers. 7. art. 3. n. 17. dicētis has non esse veras conditionales: quia particula si non significat illationem consequentis ex antecedenti: sed concomitantiam, & coexistentiam vtriusque in eadem duratione, atque ita esse veras, licet non sint bonæ consequentiæ. Quia veritas illarum non fundatur in illatione, sed in conformitate cum re significata. Et hoc in re docet Aluarez, disp. 7. de auxilijs n. 7. Quare nescio cur rejiciat Mendozam, cum idem, ac ipse, dicat.

Quid Curiel.

Aluarez

345 Cornejo §. Verum hæc solutio impugnat Doctrinam istam, & §. sequenti, ait omnes has consequentias esse bonas, & necessarias, & sic esse bonas consequentias, & propositiones veras: non quidem absolute, & simpliciter, sed ex suppositione decreti Diuini: & hoc docet etiam Aluarez & docent communiter Thomistæ.

Sed non est dissidium de re.

346 Nobis videtur inter hos Doctores non esse dissidium de re: quare dicendum aliud esse. An illæ cōditionales sint bonæ consequentiæ? Et in hoc omnes conueniunt in parte negatiua: & est bene explicatum n. 344. Aliud vero esse. An Deus illas cognoscat ex vi alicuius antecedentis? Et hoc negant Mendoza, Curiel, & alij dicentes illas cognoscere in se ipsis. Affirmant vero Thomistæ, quibus subscribimus. Discrepamus tamē ab eis: quia dicemus Deum non cognoscere veritatem illarum conditionalium in decreto, quod in exercitio

habeat, sed in ideis in quibus repræsēntatur existentia consensus liberi, vt possibilis prout ab his causis, in hoc instanti, cum impossibilitate consequenti dissensus, prout ab eisdem causis, & in eisdem circumstantijs: vt sape explicatum est. Quia sicut consensus habet specialem possibilitatem prout ab his causis, est euidens illatio. Si ponatur iste ordo causarum, à quibus est possibilis consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus, erit consensus. In quo nobis adhæreret Antonius Perez disp. 3. quæ est de prouidentia cap. 2. illatione 3. Vbi ait, quod omnis propositio conditionata est vera propter bonitatem consequentiæ, à conditione ad conditionatum, modo quo ibi explicat, quem impugnandum relinquimus alijs.

Anton. Perez

DVB. VII.

An Deus cognoscat futura contingētia conditionata sub ratione futurorum, an sub ratione possibilium?

347 **C**ONSTAT ex dubijs præcedentibus Deum cognoscere futura cōtingentia conditionata, tam causarum existentium, quam exiturarum, atque etiam possibilium. Nunc autem ulterius inquirō, sub qua ratione Deus ista futura cognoscat? An sub ratione futurorum? An sub ratione possibilium? Quod est inquirere. An cum Deus cognoscat huiusmodi conditionata, cognoscat aliquid, quod sit aliquo modo extra statum meræ possibilitatis? An solum cognoscat merè possibilis significata a nobis instar futurorum?

CAP. I.

Proposita communi sententia, nostra aperitur, & probatur.

Communi- 348
nis sent.
affirmat
illa cog-
nosceri,
ut fut.

PRIMA, eaque communis sententia, aut saltem communior, affirmat Deū cognoscere huiusmodi conditionata sub ratione futurorum, quia reuera cognoscit contingentia non ut mere possibilia, sed cum aliqua futuritione, quam habent ex vi conditionis seu cause: ratione cuius conditionata futuritionis extrahuntur ab statu mere possibilitatis, & ponuntur in statu futuritionis sub conditione exercitæ, aut ex vi determinationis ipsius met create voluntatis, aut ex vi determinationis voluntatis Diuina.

Sic Tho-
mistæ.

349 In hac sententia sunt, & esse debent Thomistæ, & Iesuitæ. Nam Thomistæ ideo præcise ponunt decretum absolutum ex parte actus, & conditionatū ex parte obiecti, quia putant contingentia extrahi ab statu mere possibilitatis. Nam si remaneret in statu mere possibilitatis, neque esset necessarium, nec possibile decretum; & ideo impugnant Iesuitarum sententiam: quia assignant futuritionem conditionatam antecedenter ad decretū; ut videre est apud ipsos scilicet apud Cornejo hic dub. 4. à n. 102. apud Aluarez disp. 7. de auxilijs n. 18. apud Michaelium 1. p. q. 14. art. 13. dub. 3. n. 404. & hanc esse omnium mentem docet Viues disp. 1. dist. 3. Et in eodem sensu loquitur Bona spes hic disp. 2. dub. unico numer. 11.

Cornejo.
Aluarez.
Michael.
Viues.
Bona
spes.

Et Iesui-
ta.

350 Iesuitæ etiam in hac sententia esse debent. Quia incunctanter defendunt scientiam, quæ Deus cognoscit contingentia sub conditione futura, non esse mere naturalem, sed mediam inter naturalem, & liberam. Si

autem Deus cognosceret contingentia futura sub conditione, sub ratione mere possibilibus, & ipsa contingentia conditionata ab statu mere possibilibus non extraherentur, neque illa scientia esset media, & contingens Deo, nec Thomisticæ argumentationes contra illos vrgerent.

351 Secunda sententia affirmat Deum non cognoscere huiusmodi contingentia conditionata sub ratione futurorum, sed sub ratione possibilibus, & consequenter affirmat huiusmodi conditionata non esse vere, nec aliquo modo futura, sed dumtaxat mere possibilia; licet à nobis, ob nostrum modum imperfectum intelligendi, explicentur modo conditionali. Ita omnes Doctores, quos pro nostra sententia in hac, & præcedenti disputatione explicuimus. Et in terminis illam docet Zumel, Sylua, Coelestinus, & Bona spes, quos retuli num. 105. & sequentibus. Torrejon relatus n. 123. & hanc sententiam nos ibi sequuti sumus, & modo illam sequimur.

352 Et probatur primo ex testimonijs P. Augustini, & aliorum Patrum quos retulimus à n. 294. Qui expresse docent futura ista conditionata nullo modo esse futura, nec posse terminare præscientiam Dei, ut ibi explicuimus à n. 302. quod expressius alijs docuit D. Prosper. n. 297. relatus, ubi loquendo de Semipelagianis ait, *ut quia præterita non extant, futura, quæ non sunt futura, confingant.* Vbi futura, quæ essent sub conditione, ait esse conficta futura, quia scilicet reuera mere sunt possibilia. Idem docet P. Augustinus 26. contra Faustum cap. 4. & 5. & alijs in locis, quæ, ne prolixior sim, omitto.

353 Ratione probant hanc sententiam Zumel 1. p. q. 14. art. 13. disp. 8. conclus. 2. & tom. 3. opuscul. dub. 5. in extitans. 2. suppositione fol. 102. columna 2. ex carentia aliquando existendi, quam in-

Verius il-
la cognos-
cere sub
ratione
possibili-
um.

Zumel.
Sylua,
Coelesti-
nus.
Bona
spes.
Torrejon.

Nam con-
ditionata
non sunt
futura.

P. Aug.

D. Prof-
per.

Quia
numquā
extitans.

Zumel.

cludunt conditionata. Nam, absolute loquendo, illud dicitur verè futurum, quod licet non sit, tamen habiturum est esse in se ipso, in aliqua differentia temporis, aut durationis. Sed conditionata illa contingentia nunquam habitura sunt esse in se ipsis, in aliqua differentia temporis, aut durationis. Ergo non sunt futura absolute loquendo: maxime cum esse futurum sit differentia temporis. Maior constat ex terminis. Quia futurum est, quod aliquando erit: est enim futurum via ad aliquando præsens: & sic futuritio dicit ordinem ad existentiam. Quare sicut bene arguitur. Nunquam est extitura forma. Ergo non est danda generatio: sic bene arguitur. Nunquam debent esse futura conditionata de præsentia. Ergo non sunt futura: quia futuritio est via, & velut fieri existentia. Et sic P. Augustinus 26. contra Faustum cap. 4. si audiam (inquit) quod aliquid futurum erat, sed Deus fecit, ne fieret; fides sine respondebo: illud potius futurum erat, quod Deus fecit, non illud quod si futurum esset, hoc fecisset. Et infra. Quia propter omnia, quæ vere futura sunt, sine dubio fiunt: si autem facta non fuerint, futura non erant. Et idem docet D. Anselmus. Vide num. 30. & sequentibus. Si autem conditionata contingentia, absolute loquendo, futura non sunt, sed mere possibilia, quæ futura essent, si poneretur conditio: Deus non potest illa cognoscere, ut futura, sed præcise sub ratione possibilibus.

P. Aug.

D. Ans.

354 Responderi potest hac ratione non probari, quod conditionata illa non sint futura sub conditione, sed quod non sint absolute futura. Et hoc sufficere, ut Deus eam

quia cō-
ditio non
dicit futu-
ritionem. dicit S. rursus, fol. 161. colum. 1. Nam

conditio non dat contingentibus aliquomodo futuritionem. Nam non potest præstare aliquid maius, quam in se, & secundum se habeat. Conditio autem in se, & secundum se solum habet rationem possibilis, vel futuri possibilis, & sic si conditio est mere possibilis, & indifferens, ut sit futura, si Deus velit, & propter hoc nullo modo dicitur futura: sic etiam, & contingens conditionatum est mere possibile, & non futurum.

356 Secundo. Quia etiam si contingentia habitura fuissent existentiam, si poneretur conditio, nullus dixit illa contingentia esse existentia conditionata. Ergo idem dicendum de futuritione.

357 Hæc ratio pro nostra sententia bona est: & ea vitur etiam Sylua dub. 11. §. 4. num. 31. Qui addit respectu conditionatorum posse nos habere dupliciter. Primo comparando ea ad causam primam, secundo comparando illa ad nos. Respectu causæ primæ nullum futurum conditionatum potest dici veraciter tale, nisi illud, quod purificata conditione transit in absolutum: quia respectu Dei nihil potest dici futurū, nisi illud, quod erit. Si autem non purificatur conditio, non erit; & sic respectu Dei nullo modo est futurum: poterit vero dici futurum respectu nostri, quia cum ignoremus, an talis conditio purificanda sit, vel non ratione nostræ ignorantia, manet sub conditione futurum. In quo dissentio ab hoc Doctore. Quia si hæc Doctrina vera esset, Deus nec ratione possibilitatis cognosceret futura contingentia. Videantur dicta à n. 99. & dicenda num. 361.

358 Sed melius probant nostram sententiam Torrejon, adductus numer. 123. Et noster Coelestinus adductus numer. 303. ex carentia futuritionis, quam involuunt contingentia, quæ dicuntur futura sub conditione.

Sylua.

Sed futu-
ritiam
ribilita-
tem.

Torrejon
Coelestinus

T. Quia

Quia futurū denominatur intrinsece tale à futuritione, vt patet. Nam sicut album dicitur ab albedine, & præsens à præsentiā, sic futurum dicitur à futuritione. Sed futurum sub conditione est illud apud Theologos, quod non habet formaliter futuritionem, sed illam haberet si poneretur conditio. Ergo non est villo modo futurum, sed futuribile, vel possibile fieri futurum. Videantur dicta ab his Doctoribus numeris citatis.

Et Deus præsicit res, vt sunt. 359 Ex his probatur nostra sententia. Quia Deus præsicit, & scit res, vt sunt in se: Sed contingentia conditionata, quæ dicuntur futura sub conditione, nullo modo sunt futura, sed potius carent futuritione, & sunt merè possibilis, vt probatum est num. 358. Ergo Deus non cognoscit prædicta contingentia, vt futura, sed vt mere possibilis actu, licet in potentia, vt essent futura, si conditio poneretur: alioquin falleretur.

Et hæc est mens. P. Aug. 360 Hæc fuit mens Patrum præcipue Augustini. *de anima, & eius origine cap. 12.* Quid, quod ipsa emanatur præscientia (inquit) si quod præscitur non erit? Quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum?

Et cognoscit, quod si poneretur conditio, essent futura. 361 Sed inquires. Si hæc vera sunt, quomodo Deus cognoscit contingentia conditionata? Respondeo, quia cognoscit, quod si poneretur conditio, ea quæ erant merè possibilis, tunc haberent futuritionem, sicut cognoscit quod est verum, quod si homo haberet alas, volaret, & tamen futurum non est, nec possibile, quod homo volet: & sic futura conditionata, licet communi modo loquendi dicantur futura conditionata, re tamen vera dicenda sunt possibilis, quæ haberent futuritionem, si conditio poneretur. Aliud enim est futuritionem conditionatam esse ab æterno futuritionem, & aliud conditionata esse ab æter-

no in potentia futura. Primum est falsum, & secundum verum: & vtrumque cognoscitur a Deo. Cognoscit enim Deus contingentia possibilis non habere futuritionem, sed esse futura in potentia: quia indifferentia ad futuritionem, sicut etiam ad conditionem, & seriem causarum, quam Deus, si vellet, poneret: quo pacto omnia possibilis sunt conditionata, non tamen futura sub conditione. Sicut omnia possibilis sunt indifferentia ad existentiam in propria natura, si Deus vellet illam dare, nō tamen sunt existentia in propria natura, nec præterita, etiam sub conditione, sed essent præsentia, si poneretur conditio.

362 Aut bene Sylua supra. Illa dici futura conditionata, quorum conditio ponenda est, vt illud *Esaiæ 55.* si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longævum: imò etiam possunt dici futura conditionata, ea in quibus est promissio ex parte Dei, vt sunt omnes promissiones. Scripturæ Sacræ, vt iuxta communem sententiam voluntas dandi iustitiam originale posterois Adæ, si ipse præceptum obseruasset: quia in his existit causa futuritionis defacto, scilicet voluntas, & promissio Diuina de dando aliquo sub conditione (Sed de hoc alibi) Quamvis talis existentia conditionata non sit necessaria, vt tales veritates conditionales speculatiuè cognoscantur. Videatur Bona spes *disp. II. dubitat. I. à num. 19.*

CAP. II.

Soluntur argumenta.

363 **S**ED contra nostram sententiam obijcies. Si Deus non cognoscit contingentia conditionata sub ratione futurorum, neque ipsa dicenda essent futu-

Sicut sunt alibi qua. Sylua. Esaias. Bona spes.

futura, sequeretur non dari in Deo scientiam conditionatam, quod esse contra communem Patrum, & Scholasticorum sententiam constat *ex dub. 5.* Sequela probatur. Quia ablato obiecto auferitur scientia.

Negatur assumptum ex parte.

364 Respondeo concedendo sequelam, de scientia conditionata, vt distincta à scientia simplicis intelligentiæ: hanc enim non dari dicemus *du. b. 12. & 13.* Negando autem sequelam, loquendo de scientia in distincta à scientia simplicis intelligentiæ. Ad probationem sequelæ dico ablato obiecto auferri scientiam, eo modo quo auferitur obiectum: obiectum autem scientiæ conditionatæ auferitur a nobis, prout distinctum à merè possibilis, & sic etiam auferitur a nobis scientia distincta ab ea, quæ attingit merè possibilis.

Obijcit. conditio-nata esse extra pos-sibilitatem.

365 Secundo obijcies. Quod à voluntate cum auxilio A, possit exire consensus, & dissensus disiunctim, est merè possibile, quod autem exiturus sit sub eo auxilio à voluntate consensus, magis quam dissensus est extra spheram possibilitatis. Ergo pertinet ad futuritionem. Probatur antecedens: quia alias à voluntate sub eo auxilio exiturus esset etiam dissensus: cum tantum possibilitatis in se habeat, quantum consensus.

Negatur intentum.

366 Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem nego etiam antecedens: quia licet dissensus habeat tantum possibilitatis antecedenter, seu antecedentis, quam consensus, non tamen habet tantum possibilitatis consequentis, ac consensus: quia in aliquibus circumstantijs consensus habet specialem modum possibilitatis ab his, vel illis causis, quem non habet dissensus, sicut etiam dissensus habet specialem modum possibilitatis ab his, vel illis causis, quem non habet consensus. Sicut enim hic consensus numero A,

habet specialem entitatem specie, & numero, quam non habet dissensus, neque alius consensus: sic etiam habet specialem veritatem, & possibilitatem specie, & numero, quam non habet dissensus, neque alius numero consensus. De quo plura *disp. I. à num. 271.* 367 Dices. Illa specialis possibilitas contingenter conuenit consensui. Ergo prouenit illi, vel à voluntate creata, vel à Diuina, à qua extrahitur ab statu meræ possibilitatis. Probatur antecedens: quia alias positus illis causis, necessario oriretur consensus: & sic non libere, nec contingenter oriretur à voluntate, sed dimitteret à Deo, qui libere posuit voluntatem sub eo ordine causarum.

Replicat. tar possi-bilitatem conting. esse à voluntate.

Negatur assumptum.

368 Respondeo negando antecedens: quia possibilitas consensus liberi, ex se, & intrinsece, & prout est contingenter à voluntate, non est contingens, cum sit essentialiter contingentia voluntatis determinatione: & sic hac ratione fundat necessitatem consequentem. Vnde ad probationem antecedentis dico positus omnibus illis causis, à quibus oritur consensus, attenda indifferentia causarum, quæ est antecedens, posse oriri, & non oriri ab illis: tamen attenda entitate intrinseca consensus liberi, qua intrinsece est determinatio formalis illius indifferentiæ causarum non posse consequenter non oriri libere ab illis: alias posset homo falsificare scientiam Dei. Sicut in sententia Thomistica, attenda indifferentia causæ secundæ potest consensus oriri, & non oriri ab ea; attenda tamen determinatione Dei, se tenenti ex parte actus secundi, seu consequentis, consensus non potest non oriri à tali causa creata. Quare existentia consensus est à creatura libere se determinante, & est



specialiter à Deo illum prædiffiniente futurum medijs causis contingentibus, & liberis.

Replicat 369 Sed adhuc non quiescit intellectus. Dicit enim aliquis: voluntas secundum quod intelligitur in actu primo indifferens ad consensum, & dissensum, sicut se determinat ad consensum, potest se ad dissensum determinare. Ergo illa actualis consensus determinatio contingens est voluntati, & etiam scientiæ Dei, & sic futuritio illius consensus sub conditione illius auxiliij.

Sed repli 370 Respondeo hanc replicam oriri ex falsa imaginatione, quæ arguens imaginatur Deum cognoscere res sicut nos, incipiendo à potentiori, & procedendo ad actualitatem: cum tamen, contingat e contrario. Nam Deus simul re, & ratione cognoscit omnia possibilis cum omnibus suis dependentijs: & si aliquis ordo ibi reperiretur: & à nobis iuxta nostrum intelligendi modum concipitur, est contrario modo intelligendi nostro, & sic incipiendo ab actualioribus, & procedendo ad actualiora: ut latè disp. 1. à num. 246.

Quæ de 371 Vnde concessio antecedenti, nego consequentiam, quoad secundam partem. Licet enim voluntas existens, secundum se sumpta, & secundum quod intelligitur in actu primo indifferens ad consensum, & dissensum, sicut se determinat ad consensum, potuerit se determinare ad dissensum secundum se sumptum, & sic illa actualis determinatio sit voluntati contingens, & etiam cognitio, ni creatæ, quæ cognoscit modo potentiali: non tamen illa actualis determinatio est coherens scientiæ Dei. Nam cum totum illud complexum voluntatis actu determinata ad consensum, sit unum ens possibile: & Deus cognoscit creaturas in se ipso, & admodum sui, cognoscit scientia naturali illud

complexum sub ratione possibilis: & cum hæc veritas possibilis sit æquivalenter conditionalis. Quia hæc veritas. *Voluntas se determinat ad consensum in hac serie causarum æquivalenter huic, & illam continet, scilicet: si esset hic ordo causarum, esset voluntas consentiens.* Deus cognoscendo naturaliter illam cognoscit etiam naturaliter hanc, de materiali se habenti contingentia illa, quam habet consensus ad voluntatem, & cognitionem creatam.

372 Et explicatur exemplo. Si arbori florido existenti adueniat aer, impediens fructum, & fructificationem, & arbori est contingens aduentus aeris, & cognitioni creatæ: & tamē Deus scientia naturali cognoscit se posse producere vtrumque. Sic in proposito. Si voluntati detur hoc auxiliium, consentiet, & contingenter consentiet, & Deus hoc scit scientia naturali; sed cum sit hæc veritas conditionalis (*quæ nihil ponit in esse, ut dicitur communiter*) per hoc quod Deus sciat hanc veritatem, nihil ponit in voluntate, & auxiliio, quo extrahantur ab statu mere possibilis. De quo plura Bona spes à num. 19. citato.

DVB. VIII.

An Deus cognoscat contingentia disparata?

373 **C**ONSTAT ex dubijs præcedentibus. An, & sub qua ratione Deus cognoscat contingentia sub conditione conducenti? Nunc inquirimus. An, & quomodo cognoscat contingentia sub conditione disparata?

374 Pro cuius intelligentia suppono contingentia, quæ sub conditione fuissent futura, esse in duplici differentia. Nam alia fuissent futura sub con-

Et exem. plo expli. car.

Bona spes.

Titulic. plicatio.

conditione conducenti ad euentum, seu aliquomodo connexa cum euentu. *Ut si Petrus vocaretur hac vocatione, consentiret.* Alia autem fuissent sub conditione non conducenti ad euentum, quæ id circo dicitur conditio disparata. *Ut si Turca dormiret, Papa ibi deret. Si Petrus rideret, Paulus generet.* Inquirimus ergo. An Deus cognoscat contingentia sub conditione disparata?

Negant 375 Prima sententia affirmat, quod quando id, quod ponitur pro conditione in antecedenti, non habet connexionem causalitatis cum euentu, tunc propositio affirmans euentum sub illa conditione, est determinate falsa, & negans est determinate vera. Sic Vazquez 1. v. disp. 67. cap. 3. n. 17. Ex quo n. 23. videtur inferre Deum futura sub conditione disparata non cognoscere ante decretum suæ voluntatis. Et idem videntur sentire Lesius de auxilijs cap. 19. n. 3. Fasoli 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 13. punct. 5. n. 252. Vbi alios refert. Et videtur sententia Arrubalis 1. p. disp. 45. cap. 4. n. 10. Brizenius infra, & alij. Et ouiter noster Coelestinus quodlib. 13. disp. 5. cap. 1. num. 2.

Affir. 376 Secunda sententia affirmat Deum cognoscere contingentia futura sub conditione disparata, etiam ante decretum. Sic noster Mendoza citata q. 7. n. 13. Suarez de scientia conditionata, cap. 7. n. 4. Curiel controuers. 7. art. 3. n. 162. Aluiz disp. 7. sect. 7. n. 2. Granad. Granadus tract. 5. de scientia conditionata disp. 7. n. 21. Herice disp. 7. cap. 10. n. 62. Et hanc sententiam esse defendendam à Iesuitis, affirmat Brizenius controu. 11. art. 1. n. 29. Aldrete disp. 27. sect. 4. n. 4. qui alios refert.

Aliquo 377 Pro resolutione suppono supposito in conditionis disparatis, inter conditionem, & euentum posse fieri combinationem dupliciter. Nam primo potest fieri combinatio inter conditio-

nem existentem, & euentum: quæ combinatio solum potest fieri post decretum de existentia conditionis: ut in his. *Si Adā dormiret, essent tonitrua.* Secundo potest fieri combinatio inter conditionem nunquam extitutam, & euentum: *ut si essent alij mundi, Spiritus Sanctus uniretur naturæ humanæ.*

378 Hoc supposito certum est apud vtrosque Auctores, in conditionis disparatis Deum non cognoscere euentum ex vi conditionis; alias conditio non esset disparata, sed conducentis, & illatiua. De quo diximus n. 344. Quare solum potest esse difficultas. An Deus concomitanter ad conditionem cognoscat euentum?

379 In qua difficultate etiam certum est Deum cognoscere omnia contingentia futura sub omni conditione disparata existenti. Cognouit enim Deus, existente hoc vniuerso, quid in eo extitutum, & quid non? Et omnes combinationes posibles fieri in vniuerso, vel potius omnes simultates, ut scilicet: *si quando Adamus dormit, Leo rugiet, & similes.*

380 Et rursus certum est Deum has condiciones disparatas existentes & effectus, seu euentus sub illis futuros, vel non futuros cognoscere dependenter à sua voluntate. Nam cum condiciones sint existentes, necessario supponunt decretum Diuinæ voluntatis, & similiter euentus, ut sint extituri.

381 Quare tota difficultas de voluitur ad euentus sub conditione disparata mere possibili: & de his diximus habere vnionem subiectiuam, & sic suo modo veritatem determinatam, prout sub ratione possibilium sunt in Diuina natura, omnipotentia, & ideis, in quibus continentur, & representantur omnia simul. Et etiam diximus habere vnionem obiectiuam, vel si-

Quod est certum aperitatis

Et etiam difficultatis pura etiam

multatem temporaliter, & localiter à Deo producibilem: & sic cognosci à Deo ante decretum actuale suae voluntatis: dependenter tamen ab illo, vt possibili. Scit enim Deus possibilem simultatem aliorum mundorum, si ipse velit, & aliarum creaturarum possibilem: & sic scit, quod si esset alius mundus, esset hoc, vel illud, si ipse vellet.

Et scrupulus.

382 Sed restat scrupulus. An Deus cognoscat euentus liberos conditionaliter futuros sub conditione omnino disparata? vt quod, si essent alius mundus, & alij. Angeli ab his, qui defacti sunt, illi. Angeli consequenter beatitudinem?

Tollitur.

383 Respondeo, id etiam cognosci à Deo futurum, vel non futurum dependenter à sua voluntate, & praescientia speculatiua cōsensus possibilis, in tali, vel tali serie causarum. Nam cum Deus per scientiam naturalem cognoscat Angelum possibilem esse, & omnes consensus liberos posibles, sub certis seriebus auxiliorum & circumstantiarum: scit Deus certo quod possibilis est alius mundus, & posibles sunt alij Angeli bene operantes in talibus seriebus causarum, & operantes male in alijs: & sic scit possibilem esse simultatem, & concomitantiam alterius mundi cum Angelis bene operantibus, & consequentibus liberè beatitudinem per hanc media, si Deus vellet tales Angelos in ea serie causarum creare, seu in illis circumstantijs. Et etiam scit possibilem esse simultatem alterius mundi, & Angelorum, qui in talibus, vel talibus circumstantijs non bene operarentur, & sic de alijs.

DVB. IX.

An Deus cognoscat suos actus liberos sub conditione futuros?

384 **E**XPLICATA Scientia Diuina conditionalis, circa cōditionata creaturæ, explicanda venit scientia Diuina circa actus Dei sub cōditione futuros. Et inquirimus. An Deus cognoscat suos actus sub cōditione futuros? In quo dubio vñam supponitur, & aliud inquirunt. Supponitur enim actus Diuinæ voluntatis saltem conditionatos posse esse futuros Deo: quod valde dubiū est, & mihi falsum. Inquirunt autem. An sicut Deus cognoscit contingentia creaturarum futura fore, si poneretur talis, vel talis conditio: ita etiam sciat, quid ipse faceret, si esset alius mundus? & similia?

Tituli explicatio.

CAP. I.

Propositis sententijs negatiua eligitur, & probatur.

385 **P**RIMA sententia (attendendo ad vim contradictoriarum) affirmatur. Ita primus, noster Mendoza, quem postea sequutus est Zumel. Vt retulimus disputat. 1. numero 359. Licet Mendoza cum magna formidine, & sine ea id docuerunt postea Suarez, Aluiz, & Arrub. 8. Ruiz disp. 77. sect. 1. Noster Aluiz disp. 7. sect. 4. Arrubal 1. p. disp. 47. cap. 2. Quiros disp. 52. lect. 5. Peñañiel disp. 27. sect. 6. numero 3. Suarez alter. de anima tract. 5. disp. 3. sect. 3. u. 218. Vbi pro hac sententia refert Alarcon tract. 2. disp. 3. cap. 1. num. 6. & Fonseca 6. metaph. cap. 2. q. 4. sect. 10. Ribaden. de.

Affirmant plures.

Mendoza, Zumel, Suarez, Ruiz.

Aluiz, Arrub. Quiros.

Peñañiel.

Ribaden.

deneyra disp. 23. cap. 1. n. 4. Aldrete Aldrete disp. 31. sect. 1.

386 Secunda sententia (attendendo ad carentiam veritatis determinata, quam habent contingentia Diuina sub conditione) negat: ita Molina 1. p. disp. 17. §. quæret aliquis, & attendendo ad praesentialitatem, quam debent habere decreta Diuina in aeternitate, plures apud Aldretem n. 1. quos ego referam disp. 3. dub. 2. numer. 75. Et hæc sententia nobis placet.

387 Probat hanc sententiam Molina. Quia ad præ cognoscenda futura siue absoluta, siue conditionata, non satis est comprehensio, sed necessaria est super comprehensio voluntatis. Quia requiritur infinitus excessus in intelligente super voluntatem cognitam, qualis est inter Deum cognoscentem, & voluntatem creatam. Sed inter Deum, & suam met voluntatem non est hic excessus, quo Deus non solum se comprehendat, sed super comprehendat, sicut super comprehendit voluntatem creatam. Ergo licet Deus cognoscat contingentia sub conditione voluntatis creatæ, non cognoscit futura sub conditione voluntatis suæ.

388 Hæc probatio non solum non placuit auctoribus oppositæ sententiæ, verum neque placuit auctoribus nostræ: supponit enim Deum cognoscere futura contingentia creata in voluntate super comprehensa, quod communiter negant Theologi: & maxime loquendo de contingentibus sub cōditione futuris. De inde hoc admissio male negat necessariam esse super comprehensionem ad cognoscenda talia contingentia sub conditione futura. Nam satis esset comprehensio, vt probat Aluiz supra.

389 Secundo probat hanc sententiam Molina ex ablatione libertatis Diuinæ. Quia si Deus cognosceret suos actus liberos, antequam essent præfentes in exercitio, auferretur liber-

Efficaciter vero ex libertate Dei.

tas Diuina ad operandum. Quia coniunctum ex illa scientia media reflexa & positione conditionis præcederet decretum absolutum, tanquam quid essentialiter determinans ad vnā partem, scilicet ad existentiam decreti: ac proinde respectu omissionis decreti esset impossibilitas, & consequenter necessitas fatalis ad decretum.

390 Hoc argumentū proposuit Aluiz supra §. Pater Molina, & venit discipulus. Nullam ergo, & ait se nullam vim reperi in isto fundamento: sed licet illud breuiter proposuerit, non soluit. Et certè vim potuisset inuenire Aluiz in ratione hac: quia reuera in ea vis est, & non parua.

391 Quare Arrubal supra cap. 3. Satis factum inuenit difficultatem in hac ratione: & respondet (quod iam olim responderat Mendoza citata q. 7. ad eam con- 3. n. 16. in secunda editione) negando illa notitia auferri voluntatis Diuinæ libertatem: quia scilicet talis scientia sicut supponit suum obiectum futurum, ita etiam supponit actualem vsum libertatis, qui in tali obiecto futurus est. Et explicant exemplo (suo videri manifesto) de scientia animæ Christi, qui licet à primo instanti suæ conceptionis cognouerit inter alia futura operationes liberas suæ voluntatis, per eam tamen scientiam non impediatur vsum eius libertatis. Et eadem via vadunt Aldrete supra sect. 2. & alij, qui vniformiter negant sequentiam argumenti.

392 Ad cuius probationem, Arrubal responder necessitatem ortam ex illo coniuncto esse consequentem vsum libertatis, præuissum per illam scientiam: & ideo licet in sensu composto illius non possit omittere actum præuissum, potest tamen in sensu diuiso, & antecedenter, & sic absolute: quia potuit facere, vt illa scientia non fuerit. Et sic respondet etiam Ribadeneyra numer. 9.

Non inuenit discipulus.

Aluiz.

ciuit alij ex necessitate con-

Arrubal.

Mendoza.

Aluiz.

Aluiz.

Aldrete.

Aluiz.

Aluiz.

Aluiz.

Ribadeneyra.

*Sed reue-
ri est ne-
cessitas
antece-
dens.*

393 Hec tamen solutio non satis facit. Quia licet necessitas orta ex illo coniuncto scientiæ mediæ, & positionis conditionis sit cōsequens vsus libertatis Diuinæ in actu signato, est tamen præcedens vsus libertatis Diuinæ in actu exercito, & est essentialiter requisita ad ipsum, & præcedit ipsum, ut causa illius regulatiua, & ut cognita: ideoque necessitas orta ex illo coniuncto est antecedens: unde in sensu composito illius Deus non potest omittere actum præiustum. Sed neque potest illum omittere in sensu diuisso: quia ante illam scientiam non præcessit exercitium aliquod Diuinæ voluntatis, sed dumtaxat repræsentatio eius per modum obiecti: & id quod dumtaxat præcedit aliud per modum obiecti, & in esse repræsentatiuo, non præcedit, ut causa efficiens moralis potens operari, & non operari, & potens impedire suam ipsius met repræsentationem. De quo videantur dicta n. 172. & 207. & 232. vbi hanc Doctrinam latius sumus prosequuti: & satisfecimus exemplo ab aduersarijs adducto.

394 Aliter responderet probatio: ni illius sequelæ Aldrete *supra* num. 3. *scilicet* coniunctum illud non inferre necessitatem antecedentem: quia scientia illa mediæ non est causa vsus libertatis in actu exercito: quia non concurrat ad illum actum ab solutum Diuinæ voluntatis: quia pro signo illo indifferentiæ proximæ ad decernendum præscinditur à tali scientiæ mediæ: quia scientia ipsa mediæ per se pendet à tali decreto. Et eodem modo discurreret hic Doctor de scientia animæ Christi comparatione suorum actuum liberorum.

395 Et addit Aldrete, esse eandem difficultatem de scientia mediæ, quæ Deus habet nostrorum actuum, & si hæc stat cum nostra libertate, non est cur scientia mediæ actuum liberorum

non stet cum libertate Dei. Na quod talis scientia stet in hoc subiecto, vel in illo, impertinenter se habet ad hoc: quoniam ex suppositione talis scientiæ, siue existat in ipso subiecto operante, siue in alio; nequit operans eligere partem oppositam.

396 Sed neque hæc solutio euadit difficultatem. Nam licet scientiam illam mediæ non esse causam vsus libertatis in actu exercito, & pro signo indifferentiæ proximæ Deum præscindere ab illa scientia, non potest subsistere: maxime in principijs huius Doctoris. Quod sic ostendo.

397 Scientia illa est naturalis Deo saltem subiectiue, & ab eo, quod est Deo sic naturale, non potest Deus se abstrahere, & præscindere, ac si in eo non esset: & ita se habere circa id, quod naturaliter cognoscit, ac si illud minime cognosceret: alias ille qui habet euidentem notitiam suæ damnationis posset, stante præsentia hac notitia, præscindere ab illa, & sperare, quod falsum est: similiter Christus simul cum notitia expressa præcepti in dependenter a sua libertate ponitur (ut ponitur à Thomistis) posset præscindere ab hac notitia, & sic libere adimplere præceptum, quod hic Doctor non admittet. Quare eadem Doctrina qua ipse defendit libertatem Diuinam stare cum scientia mediæ de suis actibus, viam aperit defendendi libertatem cum alijs suppositionibus connexis cum euentu, etiam si sint principia proxima actus.

398 Et ratio à priori huius Doctrinæ nostræ ea est. Quia libere operanti debet proponi obiectum cum indifferentia practica, proponenti obiectum, hic, & nunc (debet enim actus liber iudicio practico regulari) supposita autem illa scientia mediæ non potest proponi Deo practice hic, & nunc omisso actus sub conditione futuri per scientiam mediæ præiusti, ut practice

*Quia
scientia
est causa
libertatis.*

*Nec potest
Deus
se ab illa
præscindere.*

*Quia li-
bertatem
præcedit
obiectum
practicum.*

rice eligibilis. Nam supposito illo iudicio scientiæ mediæ de futuritione actus sub illa conditione, impossibile est iudicium contradictorium de non futuritione eiusdem actus sub illa conditione: & similiter supposito iudicio de futuritione damnationis in eo cui facta est reuelatio suæ damnationis, impossibile est iudicium de non futuritione: quia opponuntur contradictorie. Et idem dicendum de Christo.

399 Deinde, si eadem difficultas est de scientia mediæ, quam Deus habet de suis actibus, ac de scientia mediæ, quam Deus habet actuum nostrorum, Ergo Deus, ut prædiffiniat actus nostros, præscindit à scientia mediæ, Ergo cum aliqua scientia debeat regulari illa prædiffinitio, fit, ut regulari debeat scientia naturali, ut nos dicimus: & sic Aldrete, ut defendat suam sententiam, incidit in nostram. Videatur Vines *disp. 9. dist. 7.* qui late hanc materiam prosequitur.

400 Deinde, & si admitramus scientiam mediæ de nostris actibus componi posse cum nostra libertate: id tamen minime potest concedi de scientia Diuinæ, cuius rationem dedimus n. 233. Quia scientia illa comparatione creaturæ esset consequens vsus libertatis dumtaxat, & illi in nota, comparatione tamen Dei esset antecedens vsus libertatis, & illi nota, & per se requisita ad operationem. Quare sine fundamento ait Aldrete, quod scientia stet in hoc subiecto, vel in illo impertinenter se habere: patet enim hoc esse falsum in reuelatione damnationis, quæ si sit in Christo respectu aliorum (ut fuit), non impedit spem, & tamen si reuelatio damnationis esset in aliquo, impediret ipsum sperare.

401 Nec refert si dicas cum alijs hanc scientiam mediæ de proprijs actibus non auferre à Deo libertatem: nam licet Deus sciat quid facturus esset posita conditione, positio

tamen conditionis in sua manet potestare.

402 Nec refert (inquam) Quia principia, quibus Doctores isti probant Deum habere scientiam certam de suis actibus sub conditione futuris probant etiam Deum habere scientiam certam de positione, vel non positione conditionis. Nam principia illa sunt vis contradictoriarum, & existentia actus liberi pro signo subsequenti: hæc autem sicut probant Deum scire futuros, vel non futuros suos actus, probant etiam se scire positurum, vel non positurum conditionem; & sic scientia de positione conditionis præcedit exercitium Diuinæ libertatis.

403 Ex quibus constat admissa hæc scientia mediæ de futuritione actuum Diuinorum penitus auferri libertatem Diuinam, & creatam, & sic scientiam illam non esse admittendam. Quod iam diu cum Boetio arguerat Agidius, ut retulimus *disp. 1. n. 206.* Agidius, De quo iterum *infra*.

404 Deinde probatur nostra sententia, à priori ex carentia veritatis determinatæ actuum liberorum Dei, pro signo antecedenti ad suum esse exercitum. Nam pro illo signo actus illi nequeunt intelligi habere esse in se, aut in suis causis: alias non essent futura, vel non essent contingentia. Quod late prosequuti sumus *dub. 4.* loquendo de futuris contingentibus creatis.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

405 **S**ED contra hanc nostram sententiam obijciunt aduersarij primum argumentum, de sumptum ex vi contradictoriarum. Sed hoc, si aliquid probat, probat etiam Deum habere scientiam absolutam de suis actibus futuris absolute, ut iniquauimus n. 402. & late dixi;

*Obijcit:
vis con-
tradictoria
soluuntur.*

diximus n. 201. Vbi alia argumenta, quæ hic fieri possent soluimus.

Albrete 406 Sed ait Aldrete n. 10. Si nō supponamus tanquam primum dialecticæ principium omnem propositionē (nulla excepta) esse in singulari determinate veram, aut determinate falsam, occluditur via ad probandam ratione naturali Deum scire euidenter nostros actus futuros sub conditione.

407 Respondeo negando assumptum. Quia Thomistæ aliam viam habent, & nos etiam alteram ostensam n. 288. Quin potius illa via desumpta ex eo quod appellat primum principium dialecticæ Aldrete, potius inferitur non esse in creaturis, neque in Deo contingentes operationes, vt dicebamus *num. 403.*

Obijcit. 408 Secundo obijcit Arrubal *num. 5.* Quotiescunque aliquid fit libere dependenter à conditionibus, quæ contingenter existunt, prius ratione verum est conditionaliter esse futurū, si tales conditiones ponantur; quam verum sit illud esse absolute futurum. Nam illa propositio conditionalis nihil aliud significat quam euentum illum, qui habet esse ex talibus conditionibus: quare conditionalis propositio prius est vera quam absoluta.

Verum est si conditionalis r. gale tur per de presenti. 409 Respondeo concedendo assumptum, si illud esse conditionaliter futurum regulatur per esse determinatum de presenti, existens naturaliter representatum in ideis Diuinis, vt determinate possibile per illas conditiones, vt est iuxta nostram sententiam; nego autem assumptum, si illud esse conditionaliter futurum regulatur per esse determinatum, quod habiturum est, vel habere potest in se ipso, & in propria natura, vt intendunt aduersarij. De quo egimus obiter *disp. 1. num. 663.* & alibi sæpe. Et licet illa propositio conditionalis nihil aliud significet, quam euentum illum, qui habet esse ex talibus conditionibus: cū illud

esse antequam in se ipso existat, non habeat esse determinatum, sed omnino contingens, & in determinatum, etiam illa conditionalis habet esse contingens, & indeterminatum sub conditionibus illis.

410 Tertio obijciunt. Deus cognoscit illa, quæ futura essent contingenter a voluntate creata sub quibusdam conditionibus. Ergo etiam cognoscit quid esset contingenter futurum à sua voluntate sub quibusdam conditionibus.

411 Respondeo concedendo antecedens de futuritione regulata per esse possibile determinatum sub illis conditionibus: nego autem antecedens de futuritione regulata per illud esse futurum conditionaliter, aut absolute, aut per esse existentiæ in proprio genere, & natura. Nam Deus nō cognoscit illa, quæ futura essent a voluntate creata sub conditione in sua futuritione. Quia contingencia, vt futura contingencia sunt, non habent veritatem determinatam, nisi tantum, vt existentiæ, vt *in hac disputatione* passim ostensum est.

412 Quarto obijciunt Mendoza, & Zumel. Deus comprehendendo suam essentiam, & rationes æternas, cognoscit quid melius sit facere, aut permittere. Ergo cognoscit quid volitura esset sua voluntas, si volitura esset hanc, vel illam conditionem. Probatur consequentia. Quia voluntas Diuina volitura esset quidquid melius sit in quavis occasione. Antecedens probant. Quia voluntas Diuina non potest aliquid velle, aut nolle, nisi secundum quod dirigitur a rationibus idealibus æternis. Ergo in illis, vt antecedere intelliguntur actum Diuinæ voluntatis, præ cognouit Deus, quid melius sit facere, vel permittere, in quavis occasione.

413 Hoc argumentum ingenuè factetur Mendoza *supra post. 4. conclusio.* *Mendoza*

Obijcit. Deus cognoscere nostras futur.

Sed hinc nō fit, cog noscere sua.

Obijcit. Deus vel se perfectius.

Mendoza. Zumel.

Sed hoc neque ad necessarijs placet.

Mendoza.

nem sibi non satis probari. Nam qui eo vtuntur voluntatem Diuinam esse determinatam ad id quod est melius adstringunt: quod (vt Mendoza ibi ait §. alterum quod) est ab ea libertatem eripere. Et rursus non potest explicari ista via, quomodo Deus cognoscat peccata conditionalia?

414 Nec refert si cum Zumel 1. *Nec refert p. q. 14. art. 13. disp. 8. §. ad hoc argumentum dicat cognitionem illam, qua intellectus Diuinus cognouit in Diuinis ideis ad quam partem se voluntas Diuina determinanda sit esse aliquo modo liberam: quia dependet à libera determinatione subsequenda. Nam si non debuisset Deus se determinare ad hæc, aut illa futura, nunquam intellectus id cognouisset.*

Quia est necessaria.

415 Non refert. Quia illa cognitio non est libera in se, cum non sit actus voluntatis, neque in causa, cum nullum exercitium Diuinæ voluntatis præsupponat: & illud exercitiū quod subsequitur, non potest actum, quem præsupponit ex se necessarium, redde re formaliter liberum: vnde potius adimit Deo libertatem illa cognitio, vt explicatum est.

416 Quare ad argumentum concessio antecedenti, negatur consequentia, & eius probatio. De quo tractatus de incarnatione, vbi hoc late Theologus, & Antonius Perez *de intelligentia Dei disp. 6. cap. 3. num. 18.* Non enim determinata est voluntas Diuina ad id quod magis perfectum est simplicitate, aut in quavis occasione, sed ipse volendo faciet illud magis congruum esse.

417 Quinto obijci potest. Deus per scientiam naturalem cognoscit quid faceret voluntas creata, si ponerentur tales, vel tales conditiones, vt nos fatemur. Ergo etiam cognoscit eadem scientia quid faceret voluntas Diuina: si ponerentur tales, vel tales conditiones.

418 Negatur consequentia: quia *Sed non* in casu antecedentis Deus non cogit pari nouit euentum ex vi hypothese, aut in sua futuritione conditionata, sed in ipso euentu, vt existenti in esse ideali, & representatiuo, Deo præfenti in æternitate prout ab illis causis. Quare intellectus Diuinus procedit via perfectionis ex actualitate, quam euentus habet in sua arte dependenter ab illis causis, ad actualitatem quam haberet in se ipso, si ipse vellent ponere illas causas: & sic procedit dando esse, & modum libertatis contingenti præuissum scientia naturali. At in casu consequentis Deus cognosceret euentum, vel in hypothese, vel in ipsa futuritione euentus, & sic euentus, vel non esset contingens: quia haberet determinationem in causa, scilicet in hypothese (in causa enim in determinata effectus cognosci non potest) vel non esset futurus: quia haberet determinationem in se: & ideo intellectus Diuinus procederet via imperfectionis, & potentialitatis, & auferehdo à se libertatem.

DVB. X.

An Deus cognoscat futura contingencia conditionata in suo decreto per scientiam visionis?

419 **O**MNIA in dubijs præcedentibus dicta sunt veluti præambula ad resolutionem huius, & sequentium dubiorum: in quibus examinandæ sunt duæ hæc tempestate sententiæ famosæ, & ex diametro oppositæ circa cognitionem futurorum contingentium sub conditione: altera Thomistarum dictum Deum illa cognoscere in suo decreto: altera Iesuitarum dicentium illa cognoscere in sua futuritione: & postea nostram aperiemus.

Omnia dicta a propter dicenda.

CAP. I.

Ponuntur sententia.

420 PRIMAM sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia conditionata in decreto suae voluntatis. Hanc sententiam de decreto Thomistae arripuisse (cū prius negarent Deum cognoscere certo futura contingencia conditionata) victos argumentis à suis adductis, affirmant Alarcon, Herice, & alij: quos redarguit à S. Thoma hic...

421 Sed, & adhuc multo antea Thomistae hanc sententiam tenebant: quia illam, ut communem illorum, atque ab eis mordicus defensam defendit noster Mendoza q. 7. Scholastica conclus. 5. in prima editione anno 1588. Quo anno ipse Mendoza, & Molina scientiam mediam typis mandarunt...

422 Teneat ergo hanc sententiam uniuersum Thomistae ab eo tempore: quos refert Viues disp. 1. dist. 3. Quibus addo Michaelium 1. p. 9. 14. art. 13. dub. 3. à n. 396. & Gonetum hic...

423 Eandem sententiam tenent communiter Scotistae, quos refert, & Scotista sequitur Foelix de scientia cap. 6. diff. 2. numer. 4. & referri solent pro hac...

sententia ex nostris Franciscus à Christo, Leonardus Coqueus, Legionensis, & alij, sed de eorum mente agemus n. 510. & 515.

424 Hæc sententia dupliciter potest defendi. Primo, asserendo hoc decretum, in quo Deus cognoscit futura contingencia conditionata, esse omnino conditionatum, tam ex parte obiecti, quam ex parte actus, ut si...

425 Secundo potest defendi illa sententia, affirmando tale decretum esse absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti, ut si...

426 Qua ratione vero Scotistae hoc decretum vocent concomitans? Faber in 1. dist. 39. disp. 5. cap. 4. & 5. ideo ait dici concomitans: quia non est absolutum, & efficax ex se, circa actus nostros liberos determinatos ad esse futurorum, alias adimeret libertatem...

427 At Muñoz in argumentis Complutens. disceptatione 2. de scientia Dei argumento 8. putat scientiam mediam, quæ simul cum decreto est ratio cognoscendi futura conditionata, esse subsequenter decretum. Nam Deus vult cōsensum absolute ex parte actus sub conditione, quod homo velit. Unde argumento 7. prope finem gloriatur se hanc scientiam mediam concomitantem decretum Dei absolutum ex parte actus inuenisse, eamque Tolerti, & Compluti publice defensasse...

428 Secunda sententia negat Deum cognoscere futura contingencia conditionata in decreto suae voluntatis, sed antecedenter ad illud. Hanc sententiam defendit, ut probabilem, Mendoza supra concl. 3. & 4. qui licet in prima editione modum dicendi Thomistarum appellarit planissimum, & solidissimum, & illum defendat, in secunda tamen editione ait,

ber voluntas creata ad exequendum, quod intendit Diuina. Rursus Thomistae illud decretum vocant antecedens: quia est à nobis in impedibile, & semel posito in euitabile. Scotistae vero illud vocant concomitans.

429 Tertia sententia media inter præcedentes affirmat, quod licet ad cognoscenda futura contingencia conditionata necessarium non sit decretum absolutum ex parte actus, absolute loquendo: tamen ad cognoscenda aliqua contingencia, illa scilicet in quibus conditio purificanda est à creatura, necessarium est decretum absolutum ex parte actus. Ita Mendoza supra...

430 Hanc sententiam ego sic intelligo, ut in conditionalibus, in quibus conditio purificanda est à creatura, & euentus ponendus est à Deo, vel se solo, vel ut à causa principali, specialiter causanti euentum, necessarium sit decretum actuale, & voluntas actualis, qua Deus velit, & se obliget, ponere euentum, si ponatur conditio. Ut in omnibus promissionibus in Scriptura repertis. Verbi gratia. Si Adamus non peccaret, Deus transfunderet iustitiam originalem in posterum. Si homo non posuerit obiecem gratia præuenienti, Deus dabit illi gratiam adiuantem.

431 Tertia sententia media inter præcedentes affirmat, quod licet ad cognoscenda futura contingencia conditionata necessarium non sit decretum absolutum ex parte actus, absolute loquendo: tamen ad cognoscenda aliqua contingencia, illa scilicet in quibus conditio purificanda est à creatura, necessarium est decretum absolutum ex parte actus. Ita Mendoza supra...

quod licet in aliquibus conditionatis (in illis scilicet in quibus inuenitur promissio Dei) locum habeat, absolute tamen, & generaliter loquendo modum illum non esse necessarium, imò neque possibilem. Idem sentiunt omnes Iesuitae, ut referre eos superfluum sit. Ex nostris tenent hanc sententiam præter Mendozam supra, Putcanus 1. p. 9. 14. art. 13. dubit. 3. ad 2. Aluiz disp. 7. sect. 2. Coelestinus quodlibet. 13. disp. 5. cap. 2. §. 8. atque illi fauent Stunica lib. 2. de vera, & falsa religione, cap. 4. Zerda q. 1. Scholastica art. 7. num. 2. qui docent non ideo contingencia esse futura, quia sciuntur à Deo, sed e contra, & alij, de quibus num. 504. & seq.

432 Teneat ergo hanc sententiam uniuersum Thomistae ab eo tempore: quos refert Viues disp. 1. dist. 3. Quibus addo Michaelium 1. p. 9. 14. art. 13. dub. 3. à n. 396. & Gonetum hic...

433 Eandem sententiam tenent communiter Scotistae, quos refert, & Scotista sequitur Foelix de scientia cap. 6. diff. 2. numer. 4. & referri solent pro hac...

Affirmant Thomistae.

Alarcon Herice, & S. Thoma.

Et ante controuer siam affirmabant.

Médox.

Zumel.

Bañez Henao.

Viues. Michaelius. Gonet.

Et tenent communiter Scotistae, quos refert, & Scotista sequitur Foelix de scientia cap. 6. diff. 2. numer. 4. & referri solent pro hac...

Franc. Christo.

Hæc sententia defenditur, vel decreto pure conditionato.

Zumel.

Cabrera. Rispolis.

Foelix.

Vel ponendo decretum absolutum ex parte actus.

Foelix.

Putcanus. Aluiz. Coelestinus. Stunica. Zerda.

Alij de quibusdam conditio affirmant.

Médox. Suarez. Arrub. Granad. Curiel.

Et quomodo intelligendum.

& similibus; at in conditionalibus in quibus conditio purificanda est à Deo, & euentus ponendus est à creatura, non est necessarium decretum; ut si Deus daret Petro auxilium, ipse consentiret. De quo à num. 460.

CAP. II.

Deus non cognoscit contingentia futura in suo decreto, sed non bene probatur ex exprobratione Bethsaidarum.

Non esse necessariam decretam ad cognoscendam contingentiam.

Probat ex exprobratione Christi.

Quia alia exprobratio esset iniusta.

Aristot.

431 **N**OBIS dicendum, ad cognoscendam omnia futura sub conditione non esse necessarium decretum absolutum ex parte actus, sed ante illud cognosci à Deo. Ita Auctores secundae sententiae.

432 Probat communiter Auctores nostrae sententiae hanc conclusionem ex exprobratione illa Saluatoris *Matth. 21. Vanitatis Bethsaidae, & tibi Corozain, quia scilicet Tyro, & Sidone, quia Saluator incredulitatem, qua Bethsaiditae, & Corozaim resistebant suae praedicationi, obiurgat exemplo Sidoniorum, & Tyriorum, qui eidem praedicationi crederent, si ea signa viderent.*

433 Ex quo sic arguunt. Si ex parte Dei esset necessarium decretum absolutum ex parte actus, ut consensus nostrae voluntatis esset futurus, inanis, & iniusta esset exprobratio ista: quia ut exprobratio sit iusta, est necessarium quod cum melioribus circumstantiis, aut saltem aequalibus vnus praestet id, quod aliter non praestat. Quod Aristot. 3. topicorum cap. 3. docet obseruandum in argumentis à comparatione, & merito. In hoc autem casu, si esset necessarium decretum absolutum ex parte actus ad poenitentiam, non erant aequales vires Iudaeorum,

ac vires Tyriorum, cum Tyrijs decreuit Deus dare poenitentiam, quam non decreuit dare Iudaeis: ideoque iuste possent respondere Iudaei, si nos Dei decreto praedeterminati essemus ad poenitentiam, sicut Tyrijs ageremus proculdubio poenitentiam: & si illi non essent praedeterminati ad poenitentiam, sicut nos, absque dubio essent increduli, & protervi.

434 Sed haec probatio non conuincit intentam: & aequalem difficultatem habet in opposita sententia. Nam siue ponatur efficacia auxiliij ab intrinseco, siue ab extrinseco, argumentum manet cum sua difficultate. Nam secundum doctrinam Catholicam dicendum est contra Pelagianos, & Semipelagianos, illum qui conuertitur ad fidem, habere gratiam, & speciale beneficium gratiae, quale non habet ille, qui non conuertitur: ut probat P. Augustinus de praedestinatione sanctorum capit. 1.

435 Vnde hoc argumentum obiicitur. Nam siue ponatur efficacia auxiliij ab intrinseco, siue ab extrinseco, argumentum manet cum sua difficultate. Nam secundum doctrinam Catholicam dicendum est contra Pelagianos, & Semipelagianos, illum qui conuertitur ad fidem, habere gratiam, & speciale beneficium gratiae, quale non habet ille, qui non conuertitur: ut probat P. Augustinus de praedestinatione sanctorum capit. 1. Alias daretur causa praedestinationis, & electionis Diuinae: & ille qui conuertitur posset gloriari, quod se ab illo discerneret. De quo vide S. Thomam allatum disput. 1. numero 219. ideoque necessarium est dicere in vtraque sententia Tyrios, & Sidonios ideo fore conuertendos: quia illis daretur auxilium efficax ad poenitentiam, quod defacto negatum fuit Corozainis: siue eius efficacia esset physica, siue moralis. Ergo etiam stando in sententia Iesuitarum, qui hoc argumentum obiiciunt Thomistis: respondere possent Corozaini, se iniuste exprobrari à Salvatore, quando quidem Tyrijs crederent: quia illis factum esset aliquod beneficium speciale, quod non fuit sibi factum; quod si factum esset, crederent, sicut, & illi, ideoque exprobrationem iniustam esse, quia circumstantiae non sunt aequales.

436 Vnde hoc argumentum obiicitur.

Sed haec probatio est contra scientiam mediam.

P. Aug.

S. Thom.

Et instatur contra ipsam à Thomistis. Viues.

Necessitas facit efficaciam auxiliij non esse intrinsecam. Francisc. Alphos.

Quia ad hac instatur arguet.

cit Iesuitis. Viues disp. 11. dist. 6. & disp. 19. dist. 10. §. 1. n. 116. instatque eadem forma. Nam adest inaequalitas, admissio decreto purificandi conditionem, aut dandi vocationem congruam, vel incongruam, quod admittit scientia media: cuius decreti existentia non est in potestate voluntatis creatae, & est simpliciter requisitum ad bene operandum, ut ipse probat locis à se citatis: ergo argumentum illud, & probatio aequaliter militat contra Iesuitas, ac contra Thomistas.

436 Respondet Franciscus Alphonus in manuscriptis de scientia Dei, argumentum non habere difficultatem in sententia admittente scientiam mediam. Quia iuxta illam efficaciam auxiliij non est ei intrinseca, sed extrinseca, proueniens a consensu sub conditione prauiiso: ideoque fieri posse, quod si duo homines auxilijs, quoad entitatem aequalibus, praueantur, vnus consentiat, & alter non. Ex quo (inquit) fieri posse, ut vnus laude, & alter vituperio sit dignus: quia cum eisdem viribus disparces omnino effectus exercuerunt. Vnde infert merito Iudaeos Tyriorum exemplo exprobrari iuxta suam sententiam: quia cum auxilia quoad entitatem intrinsecam aequalia acceperint illis, quae Tyrijs donarentur, istis credituris illi increduli extiterunt.

437 Sed adhuc, illis admisis, argumentum habere difficultatem contra ipsum (nisi negetur illum qui conuertitur habere speciale beneficium gratiae, quod non habet, qui non conuertitur) patet. Nam etiam si è duobus hominibus praueantur aequali auxilio quoad entitatem, vnus conuerti posset, altero dissentiente; semper fatendum est, illum qui conuertitur, habere aliquod speciale beneficium gratiae, quod non habet, qui non conuertitur: & ideo semper esse inaequales saltem in aliquo morali: & etiam fatendum est, Deum ratione illius specialis beneficii esse causam specialem, ut conuertatur defacto, ille qui conuertitur: quia non volentis, neque currentis, sed misericordis est Dei. Ergo etiam in hac sententia habet difficultatem argumentum. Nam medium, quod in eo assumitur est, Exprobratio, ut sit iniusta, est necessario quoad melioribus circumstantiis, aut saltem aequalibus, vnus non praestet, quod praestat alter. Si autem iuxta hanc sententiam ille, qui conuertitur habet aliquod speciale beneficium gratiae, quod non habet, qui non conuertitur; circumstantiae non sunt aequales: ideoque possent (etiam supposita Iesuitica sententia) dicere Iudaei, si Deus dedisset nobis illud speciale beneficium, illamque cogitationem congruam, quam haberent Tyrijs, & Sidonij, vtrique poenitentiam ageremus. Quinimo ex hoc probatur necessarium esse decretum actuale, ut enuntiet futuram poenitentiam Tyriorum. Quia iuxta Iesuitas sub conditione miraculorum videbat futuram poenitentiam, & impoententiam Tyriorum, & Iudaeorum: alias non posset in illa hypothese Tyrios non conuerti, & conuerti Iudaeos ad poenitentiam. Ergo necessarium erat decretum discretium actuale, quo vellet in illa Tyrios conuerti, & non Iudaeos. Quare haec obiectio contra omnes Catholicos est.

tendum est, Deum ratione illius specialis beneficii esse causam specialem, ut conuertatur defacto, ille qui conuertitur: quia non volentis, neque currentis, sed misericordis est Dei. Ergo etiam in hac sententia habet difficultatem argumentum. Nam medium, quod in eo assumitur est, Exprobratio, ut sit iniusta, est necessario quoad melioribus circumstantiis, aut saltem aequalibus, vnus non praestet, quod praestat alter. Si autem iuxta hanc sententiam ille, qui conuertitur habet aliquod speciale beneficium gratiae, quod non habet, qui non conuertitur; circumstantiae non sunt aequales: ideoque possent (etiam supposita Iesuitica sententia) dicere Iudaei, si Deus dedisset nobis illud speciale beneficium, illamque cogitationem congruam, quam haberent Tyrijs, & Sidonij, vtrique poenitentiam ageremus. Quinimo ex hoc probatur necessarium esse decretum actuale, ut enuntiet futuram poenitentiam Tyriorum. Quia iuxta Iesuitas sub conditione miraculorum videbat futuram poenitentiam, & impoententiam Tyriorum, & Iudaeorum: alias non posset in illa hypothese Tyrios non conuerti, & conuerti Iudaeos ad poenitentiam. Ergo necessarium erat decretum discretium actuale, quo vellet in illa Tyrios conuerti, & non Iudaeos. Quare haec obiectio contra omnes Catholicos est.

438 Et constat hoc: quia hanc obiectionem iecerunt Pelagiani, & Semipelagiani contra doctrinam Catholicam, cuius aciem P. Augustinus ducebat: quem criminabantur: hacque sua doctrina (dicebant) tolli correptionem, & meritum: ideoque neminem esse laudandum, si bene faceret, nec corrigendum si ta peret. Cui obiectioni alio ingenio satisfecit Augustinus vno libro integro de correptione, & gratia: & haec fuit etiam Semipelagianorum querela.

Obiectio que fuit. P. Aug.

querela : vt patet ex Epistolis Hilarij, & Prosperi: cui satisfecit Augustinus lib. de prædest. Sanctorum, & de dono perseuerantia, & D. Prosper ad articulos falso Augustino impositos.

Due difficultates in probatione.

439 Igitur, vt argumento satisfaciamus, aduerto in eo peti. Primo. Cur Deus isti conferat speciale beneficium gratiæ, vt conuertatur ad fidem, vel poenitentiam, & nõ illi? Secundo. Quo pacto locum habeat Saluatoris ex probatione, si Tyrii habituri erant speciale beneficium gratiæ, quod non habebant Corozaini? Vel qualiter poterat illa prædicatio esse speciale beneficium Tyrijs, si daretur? Cum tamen Corozainis data speciale non fuerit gratiæ beneficium?

Prima sit ab omnibus cum A. post. Ad Roman.

440 Primæ difficultati respondent omnes Catholici cum D. Prospero, P. Augustino, & Apostolo ad Rom. 9 cum A. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? nanquid dicit figmentum ei, qui se firmavit, quid mihi fecisti? An non habet potestatem figulus ex eadē massa facere aliud vas in honorē, aliud vero in contumeliā? Obiecerat sibi Apostolus. Dicis itaque mihi, quid adhuc queritur (scilicet Deus) voluntati enim eius quis resistit? Quasi diceret peccator. Vt quid Deus conqueritur, aut nos reprehendit, vt non agamus poenitentiam, cū hanc absque eius gratia præstare non possimus, & ipse non misereatur nostri, & gratiam non concesserit, nec voluerit, vt poenitentiam agamus? Possumus ne suæ voluntati resistere? Cui obiectioni Apostolus respondet. O homo tu quis es, &c. De quo

S. Thom. Egidius

plura S. Thomas sibi, & Egidius, ad illa verba, & plurima circa finem capituli, per vndecim dubia: in quibus ostendit per misericordiam Dei operari bene, & saluari, qui saluatur, & iuste non saluari, qui non saluatur. Vnde ex misericordia Dei darentur illa signa, si darentur, Tyrijs, quæ iusto Dei iudicio non sunt data: tamen si eis visis es-

sent credituri, sicut iusto Dei iudicio data sunt Bethsaiditis, & Corozainis, quamvis eis visis creduri non essent.

Secunda satisfaciunt Thom. ex aux. sup. Viues. Ribadeneyram Gonet.

441 Secundæ difficultati Thomistæ respondent habere locum saluatoris ex probationem: quia habentes auxilium verè sufficiens, & quid quid in actu primo ex parte potestatis desideratur, non habentes vero auxilium efficax, abvtuntur pro libertate auxilio sufficienti. Sic Viues disp. 19. dist. 10. §. 2. num. 123. atque hac solutione (inquit) vsus Ribadeneyram disp. 6. de prædest. Vide Gonet disp. 5. art. 6.

Secunda non sufficit ad ex probationem comparatiuam.

442 Sed licet habere auxilium verè sufficiens sufficiat, vt possit quis reprehendi de tepiditate, & negligentia, non tamen, vt ex probre. ur à comparatione: quia vt argumentum intendit, ex probatione, vt sit iusta à comparatione diligentia aliorum, debet esse aequalis causa in negligentibus, & in sollicitis. Et huic difficultati non fit satisfactio, nec facile potest fieri, in sententia Thomistica, in qua Tyrii speciale haberent decretū Diuinæ voluntatis, & physicam prædeterminationem, quam non haberent Bethsaiditæ: & in sententia Iesuitica haberent decretū discretiuum, & cogitationem congruam, quæ Bethsaiditæ non haberent: alioquin non haberent speciale beneficium gratiæ, qui conuerterentur, quod non haberent, qui non conuerterentur: & cū physica prædeterminatio sit absoluta, & indiuisibilis, & etiam cogitatio congrua; in vtraque sententia argumentum manet in sua vi: quia vtrouque sunt vires inæquales.

Melius satisficit existimant efficaciam gratiæ non esse absolutam, sed respectiuam, & consistere in aptatione, & contemporaneitate vocationis, & victricis delectationis cum voluntate, taliter, vel taliter dif-

443 Quare huic difficultati melius satisficit in sententia eorum, qui existimant efficaciam gratiæ non esse absolutam, sed respectiuam, & consistere in aptatione, & contemporaneitate vocationis, & victricis delectationis cum voluntate, taliter, vel taliter dif-

dispositæ, & aptatæ. Nam in hac sententia (quam tenent plures) stat prædicationem eandem esse efficacem respectu aliquorum, & non respectu aliorum; ratione indispositionis culpabilis illorum, scilicet cæcitatibus, & duritiei præcedentium peccatorum. Quod videtur explicari exemplo parabola feminis, explicatæ à Christo Domino Luca 8. Nam cum idem esset prædicationis verbum, propter diuersam dispositionem subiectorum: quia aliud cecidit in terram bonā, & aliud in malam; aliud fecit fructum, & aliud non. De quo Patres ad illum locum. Et S. Thom. à Villanoua in Dominica sexagesima.

Luce.

D. Th. à Villanoua.

444 In hac ergo sententia satisficit argumento, dicendo locum habere ex probationem saluatoris: quia illa met prædicatio, quæ fructum ferret in Tyro, & Sidone, nullum fructum tulit in Bethsaida, & Corozain, propter malam dispositionem culpabilem eorum: quia voluntariè cæcutierant, & erant obdurati. Et licet illi, qui conuertuntur, habeant speciale beneficium gratiæ, quod non habent, qui non conuertuntur; tamen illamet prædicatio, & illamet virtutes essent speciale beneficium gratiæ in Tyrijs, & Sidonijs, propter carentiam malæ indispositionis voluntariæ, quæ non fuit in Bethsaida, & Corozain, propter indispositionem eorum.

Videtur que facta ti fecisse P. Aug.

445 Tota hæc doctrina est expressa P. Augustini de dono perseuerantia cap. 14. Vbi postquam dixit Tyrios, & Sidonios credituros, si miracula Christi, & signa vidissent, ait. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter manens intelligentia, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamen si Dei altiori iudicio a perditionis massa non sunt, ut ita prædestinatione discreti: neque ipsa eis adhibentur, vel dicta

diuina, vel facta, per quæ possent credere. In eadem perditionis massa relictæ sunt etiam Iudæi, qui non potuerunt credere factis in conspectu suo, tam magnis, clarisque virtutibus. Curenim non potuerunt credere, non tacuit Euangelium, dicens. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, nõ crediderunt in eum: vt sermo Esaiæ Propheta impleteretur, quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Et ideo non poterant credere: quia iterum dixit Esaias, excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, nec intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum, & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis profuit, quod poterant credere: quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabiles sunt iudicia, & inuestigabiles viæ.

Ioan. 12.

446 Ecce vbi Augustinus docet quod licet Tyrii, & Sidonij credituri essent, tamen quia Diuina prædestinatione non sunt à massa perditionis discreti, ideo non data fuerunt eis illæ virtutes, & illa signa videri. Et etiam docet Iudæos eisdem signis non credidisse, nec potuisse credere consequenter: quia excæcati erant oculi eorum, & obduratum cor, ob peccata antecedentia: & etiam non sic induratum fuisse cor Tyriorum, & Sidoniorum, ac erat cor Bethsaiditarum, & Corozainorum: qua de causa illis credituris si signa vidissent, isti signis visis non crediderunt. Et hanc solutionem adhibet secundo loco Viues supra, ponendo physicam prædeterminationem respectiuam ad dispositionem voluntatis. Et videtur Aragonij 2. 2. q. 24. art. 3. fol. 539.

Viues. Aragonius.

447 Sed obijcit Quiros disp. 52. sect. 3. numer. 20. Hæc doctrina evertit contingentiam, & libertatem. Ergo

Obijcit. Quiros.

admittenda non est. Antecedens probat. Quia libertas non solum petit potentiam ad oppositum secundum se, & in aliquo euentu, sed hic, & nunc in instanti, in quo operatur voluntas: vt scilicet in illo naturaliter loquendo potentia possit oppositum. At iuxta hanc doctrinam hoc non datur: quia in eo instanti, in quo signa fiebant, Iudæi non poterant credere.

448 Deinde, quia Iudæi poterant respondere. Quare non dedisti nobis tale genium, & dispositionem, quam dedisti Tyrijs, & Sydonijs, quia si eam nobis dedisses, credidissimus, sicut & ipsi crediderunt.

Sed non tollitur, quia est necessitas consequens, in se. 449 Respondeo hoc argumentum fieri contra August. P. & ideo ab omnibus soluendum. Igitur nego antecedens. Ad cuius primam probationem posset dici. Primo. In eo instanti in quo signa fiebant Iudæos potuisse credere antecedenter, & in sensu diuiso Præscientiæ incredulitatis, non consequenter, & ex suppositione, & in sensu composito talis Præscientiæ. Sic *Ægidius ad cit. cap. 11. epist. ad Rom. lect. 34. præcipue dub. 1. lit.* quod latè ibi explicat.

Ægid. 450 Attamen quia D. Ioannes in *Euangelio cap. 12.* (vt norant P. Aug. & *Ægid. locis citatis*) dicit, quod ideo Iudæi non poterant credere: quia vt dicitur *Esai. 53. & 6. Deus excæcauit oculos eorum, & indurauit cor illorū.* Vbi impotentia credendi tribuitur cæcitati oculorum, & duritiei cordis, rāquam causis prohibentibus actus credendi: ex quibus oriebatur incredulitas, tanquam ex causa fundante in potentiam aliquam antecedentem, & non solum consequentem. Ideo posset secūdo responderi. Impotentiam in causa (dummodo voluntaria sit, vel quoad causam fuisse, vel quoad conservari) non tollere libertatem: vt patet in Christo, qui iuxta plures fuit liber in adimplendo præcepto: quia potuit liberè petere dispensationem præcep-

ti, qua non petita non poterat nõ mori. Similiter in nostra sententia attackta *num. 234.* Christus, semel liberè acceptato pacto de fidei iusione generis humani, ad quam acceptationem sequitur præceptum naturale moriendi, non poterat non mori. Et hoc modo Iudæi erant liberi; quia liberè se excæcauerunt, & indurauerunt, & posuerunt obicem Diuinæ prædicationi, & liberè illum obicem non auferebant: & ideo potuerunt credere in sensu diuiso, non in sensu composito oblationis. Et iuxta hanc solutionem neganda est maior argumenti. Et est hæc solutio ad mentem D. Th. q. 6. de malo à 1. in fine corp.

451 Poterat tertio responderi, Iudæos in eo instanti, in quo signa videbant, potuisse credere, licet nõ pro eo instanti pro quo vrgebat tentatio cæcitatatis, & obdurationis; sed profecti. Quia poterant remouere à se tentationem, petendo à Deo adiutorium, vt liberarentur à tentatione; sicut petebat Apostolus *ad Rom. 7.* cum dicebat: *Videam aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mei, & captiuantem me in lege peccati. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Et sicut petebat anima illa, quæ *Marci 9. 24.* dicebat *adiuuua Domine incredulitatē meam.* Nam, vt cum P. Augustino docet. N. Legionensis *de necessitate gratiæ p. 1. cap. 12.* præcipue n. 13. Semper quod adest tentatio grauis, adest cū illa notitia sollicitans petitionem adiutorij Dei: imò & ipsa obligatio monet hanc petitionem: qua posita (vt oportet) Deus paratus est illuminare intellectum, & emollire cor. Quare pulsato graui tentatione, & non sollicitanti remedium à Deo, imputatur peccatū, & infirmo non quærenti remediū, quod ipsa necessitas quæredū monet, imputatur mors: vt latè P. Aug. *de natura,*

Vel in negligentia petendi auxiliium.
Ad Roman.
Legion.

Et grat. à cap. 67. vsq; ad finē lib. & alibi. Quare ibi: & 3. de lib. arb. cap. 18. ait. Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere, quod ignoras: neque illud, quod volentem sanare contemnis. Quam doctrinam cum suo Parente docet *Ægid. in 2. dist. 28. q. 1. art. 1. in corpore.* Et ex illa colligunt necessitatem orationis Concilia, & Patres, vt constat ex P. Aug. *Epist. 70. 90. 91. & 107.* Vnde *Trid. sess. 6. cap. 11.* sumendo verba ex P. Aug. *de Nat. & Grat. cap. 43.* definit, quod *Deus impossibilia nõ iubet, sed iubēdo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat, vt possis.* Quæ autem solutio ex his sequenda, non est huius loci: ex illis tamen patet ad secundam probationem antecedentis, dicendum illam probationem fore imprudentem, quia plana esset satisfactio Dei, Ego genium ex se dispositum vobis dedi: sed vos malitia vestra, & culpa indispositionem prohibentem credere, causastis.

Ægid. Concilia, PP.

CAP. III.

Deduabus alijs rationibus probationibus Deum non cognoscere contingentia conditionata in decreto, iudicium fertur.

Non esse necessarium decretum probatur ex libertate.

452 **S**ECUNDO probant nostram sententiam Auctores Societatis communiter ex ablatione libertatis sic. Non est medium aptum ad cognoscendum formationem liberam Tyriorum, si viderent miracula Christi, decretū, quod sub ea conditione militat cum libertate. Sed tale est decretum Thomisticum. Ergo non est medium ad cognoscendum, &c. Minorem probat diuersis vijs, quarum virtus hæc est. Medium quod metaphysice, & ab in-

trinseco sic est connexum cum actu voluntatis, vt nequeat voluntas eius existentiam impedire, neque postquæ existit eius influxum impedire, non relinquit indifferentiam in voluntate ad omittendum talem actum in sensu diuiso illius medijs: quia non est in potestate voluntatis ne existat illud medium, neque in sensu composito: quia nõ est in potestate voluntatis, vt postquam existit, impediatur à voluntate eius influxus in actum. Sic autem esse decretum Thomisticum constat: quia nõ est in potestate voluntatis ne existat, neque postquam existit, vt non influat: cum sit essentialiter connexum cum actu.

453 Hanc probationem (quæ præcipua est nostræ sententiæ) eneruare conatur *Viues: &* quidem, in stat *in scientia media disp. 9. n. 146.* ratio quam format n. 148. Nam etiam scientia media est simpliciter necessaria, ad hoc vt creatura operetur: & tamen non est in potestate voluntatis, vt sit: quia præsupponitur ad libertatem: neque, vt influat, quia non potest impedire eius influxum in actū: alias posset ipsam frustrare. Instat etiam in decreto dilectiuo, & in alijs.

454 Nobis autem (quid quid sit de instantia scientiæ mediæ, quæ parum vrget, vt nos loquendo de præscientia nostra diximus *disp. 1. à numero 334.*) videtur hanc probationem esse efficacem contra Thomistas, qui dicunt decretum illud executioni mandari media physica prædeterminatione, essentialiter connexa cum actu, & essentialiter requisita ad omnem operationem: hæc enim motio (& consequenter decretum) libertatem tollit. Nam est principium proximum, & causa per quam sic, & non solum principium extrinsecum, & remotum, & conditio sine qua non, sicut præscientia, aut scientia media.

455 Non est autem ita efficax illa

Sed insatur in scientia media. Viues.

Est vero efficax probatio si interueniat physica prædeterminatio.

Secus si motio moralis sit.

illa probatio, contra plures, quos re-
tuli *disp. 1. num. 473.* docentes decre-
tum illud executioni mandari media
motive infallibili: non quidem essen-
tialiter connexa cum actu, nec neces-
saria ad omnem actum, sed dumtaxat
ad actus bonos. Nam iuxta hos Doc-
tores morio illa est in potestate volun-
tatis in essendo saltem indirecte, quia
potest illam impedire: & etiam in ope-
rando: quia ea posita, potest elicere ac-
tū cōtrariū, quāvis nunquā illū eliciet
propter infallibilitatē illius motionis.

Sed tunc incurruntur in certitudine.

456 Sed si verum fatendum, &
si Doctores isti effugiant difficultatē
probationis illius, qua parte vrget cō-
tra libertatem humanam, & Angeli-
cam: tamen destruant sententiam ipsā
Thomistarum. Nam incurrunt in aliud
inconueniens, quod vitare intendunt
Thomistæ, & Iesuitæ, & omnes euitare
debemus. Quia non possunt dare cer-
titudinem metaphysicam Diuinæ pro-
videntiæ. Quia motio illa non potest
habere certitudinem plusquam mora-
lem: quia hæc certitudo non potest fun-
dari in connexionē ipsius motionis cū
consensu, cum hæc non sit essentialis,
vt ipsimet Doctores fateantur. Quare
ex Auctoribus huiusmodi motionem
infallibilem defendentibus, nostri Ma-
gistri Antolinez, & Puteanus ad cer-
titudinem Diuinæ providentiæ, recur-
runt ad scientiam mediam. Cœlesti-
nus autem, & Basilus Legionensis re-
currunt ad scientiam naturalem. Qui-
bus ad hærere videntur alij.

*Anto-
linez.
Putean.
Cœlesti-
nus.
Legionen-
sis.*

457 Quare putamus probatio-
nem illam efficacē esse. Nam, vt dice-
bamus *n. 17.* vbi decretum cum illa
motive infallibili relinquit volun-
tatem indifferentem, vel non? Si non
relinquit, non manet actus contingēs.
Si relinquit, non manet futuritio illius
certa, positis decreto, & motive illa.
Quare Doctores illi, vel recurrere de-
bent ad præscientiam nostram, vel ad
scientiam mediam.

*Est ergo
efficax
probatio.*

458 Scio Ripaldam *disp. 109. de
ente supra. sect. 2.* sequutum nostros
Ægidium, Argentinatem, & alios, af-
firmare causalitatem auxiliorum gra-
tiæ posse reddere moraliter impossi-
bilem dissentium; & hæc esse communē
Theologorum sententiam: quin nouerit
vnum, qui hoc neget, vt ait *num. 8.*
quod *n. 9.* probat ex infinita virtute
omnipotentiae, adductis pluribus tes-
timonijs Sacrae Scripturae, & Patrum,
quod vt ait *n. 16.* hoc cōtingit absque
scientia media. Sed hoc totum, & am-
plius concedimus, addimus tamen
hoc non posse esse sine regulatione
scientiae naturalis, quam diximus esse
præscientiam speculatiuam: de quo *n.*
17. Quinimo ad saluandas locutiones
istas Sacrae Scripturae, & Patrum, &
præcipue Augustini, ab ineunte ætate
in ea, quam in hac præcedenti dispu-
tatione adstruimus sententiam, studiū
consumpsimus: quia plura ea testimo-
nia notata in Legionensi, & alijs vidi-
mus, & licet in principio cum Legio-
nensi, vt probabile defēderimus prop-
ter illa testimonia Deum cognoscere
futura contingentia conditionata per
simplicem notitiam, in auxilio, & cir-
cūstantijs, scilicet in auxilio, vt con-
temperato voluntati, taliter, vel tali-
ter disposita; ratione cuius attempera-
tionis voluntas indeclinabiliter, & in-
superabiliter ageretur, tamen semper
manet certitudo Diuina intra metas
certitudinis moralis: ideoque hoc nos
compulit ad hanc præscientiam in da-
gandam, qua Deus per scientiam na-
turalem cognoscit cōsensum in se ipso
vt possibilem ab his causis, qua scien-
tia reperta apud Ægidium, & alios fa-
cilius saluamus hanc difficultatem,
quæ ab omnibus saluari debet.

*si præ-
luscat
scientia.
Ripaldam
Ægid.*

459 Tertio probant communi-
ter Doctores nostram sententiam ex
impossibilitate decreti conditionati.
Nam talia decreta conditionata sunt
impossibilia, & saltem in vtilia. Nam conditio-

*Probatio
ex impos-
sibilitate
decreti
conditio-*

non

non potest esse actus novus Diuinæ
voluntatis sine aliqua mutatione, vel
Dei, vel creaturæ. Sed non potest esse
mutatio Dei, & in creatura nulla da-
tur mutatio, quia possunt esse, & sunt
iuxta Thomam de obiecto numquā
exituro. Qua propter plures etiam
Thomistæ reijciunt huiusmodi de-
creta, vt impossibilia: quod nuper la-
tius alijs prosequitur Sylua *1. p. disp.
14. art. 13. sub. 12. §. 4.*

Sylua.

*Non est
efficax
vniuersa-
liter.*

460 Hæc ratio qua parte negat
in vniuersum necessaria esse, aut pos-
sibilia decreta conditionata, non pla-
cet. Quia saltē respectu aliquorū tuorū
sub promissione Dei, sub cōditio-
ne ponēda à creatura dantur de facto.
Nam promissio includit actualē obli-
gationem, qua obligatur actualiter
ille qui promittit, ad aliquid præstan-
dum sub conditione onerosa ab altero
ponēda: & sic Deus promissit Chris-
to redemptionem generis humani sub
conditione onerosa mortis, & alia plu-
ra. Et hoc probant plura testimonia,
quæ adducit Viues *disp. 19. dist. 4.* &
non aliud. Nam in omnibus Scripturæ
testimonijs reperiuntur promissiones
Dei, formaliter, aut virtualiter, vt vi-
denti constabit.

461 Vnde ad cognoscenda
huiusmodi futura contingentia con-
ditionata necessarium esse decretum,
præter Thomistas, putant Auctores
relati *numer. 429.* Quod ego verum
existimo, loquendo de cognitione fu-
turitytionis exercitæ, vel potius, quæ
exerceretur, si poneretur conditio, nō
de cognitione futuritytionis in esse idea-
li, vel repræsentatiuo, vt latius *capite
sequenti.*

462 Neque contra hanc senten-
tiam vrget argumentum illud, Quia
vt detur tale decretum, datur mutatio
in creatura: quia supponit prouiden-
tiam communem, & decretum de con-
dendis hominibus, & de dandis illis
principijs proximijs, quibus possiat

ponere conditionem sub qua est facta
à Deo promissio: quæ mutatio sufficit
vt voluntas Diuina sit formalis voli-
tio principiorum, & virtualis volitio
ad implendi promissum, si ponatur cō-
ditio à creatura.

463 Est tamen efficacis ratio illa,
qua parte probat non esse possibilialia
decreta conditionata, respectu
omnium contingentium conditiona-
torum. Quia respectu illorum futuro-
rum, quæ essent, si crearetur alter mun-
dus: non sunt illa decreta possibilialia: cū
nulla detur mutatio in creatura for-
maliter, aut præsuppositiue. Et saltem
ex impossibilitate materiæ illa esse
impossibilia, de monstrabimus *capite
sequenti.*

*Sed res-
pectu con-
ditio. nō sup-
ponentiæ,
creatio-
nem.*

CAP. IV.

Deum non cognoscere futura contin-
gentia in suo decreto, probatur
efficaciter ex impossibili-
tate decreti.

464 EFFICACIOR ergo pro-
batio nostræ sententiæ
defumitur ex impossi-
bilitate decreti circa hanc materiam,
sic. Deus scientia merè naturali cog-
noscit quid esset contingenter futurū
in voluntate creata sub quocumque
auxilio, si poneretur. Ergo non est ne-
cessarium, nec possibile decretum, vt
Deus sciat talia futura contingentia.

*Probatio
efficax ex
impossi-
bilitate
decreti.*

465 Antecedens (præter quam
quod probatum est tota *disp. 1. præci-
pue dub. 2.*) probatur contra Thomis-
tas. Quia Deus iuxta ipsos dirigitur
ad prædistingnendum consensum scien-
tia merè naturali. Nihil enim volitum,
quin præ cognitum, ex P. Augustino.
Hæc autem scientia non potest esse
scientia, qua cognoscat consensum in
causis, etiam præ motis: cum omnes cau-
sæ proximæ sint variabiles, & sic iux-
ta

*Circa
hanc ma-
teriam.*

ta

ta S. Thomam in causis proximis, con-
tingens non potest cognosci certo fu-
turum, nisi, vt existens in se ipso, aut
in Deo, vt sepe, & semper docet D.
Thomas. Ergo debet esse scientia na-
turalis, qua cognoscat consensum li-
berum in se ipso, vt possibilem deter-
minate prout ab his causis, & qui esset
futurus, si ponerentur istae conditio-
nes.

Quia
supposita
pra-
scientia.

466 Secundo. Quia iuxta Tho-
mistas necessitas, quam habet consen-
sus futurus ex decreto, est necessitas
consequens vsum libertatis, vt vbiq̄
docent, & omnes debemus affirmare.
Ergo decretum praesupponit vsum li-
bertatis exercitum, ex quo oritur illa
necessitas, & in quo fundatur. Sed nō
supponit vsum libertatis exercitum
in sua futuritione: alias esset futuritio
ante decretum, & non effectus decre-
ti. Ergo supponit vsum libertatis sig-
natum, & contentum in omnipotētia,
& representatum in ideis Diuinis, sub
ratione possibilis cognitum per scien-
tiam naturalem: & qui esset futurus, si
Deus veller illum praedefinire. Quod
est antecedens nostrae probationis.

Non ma-
ter
ria decre-
ti.

467 Iam vero probatur conse-
quentia nostrae probationis. Quia sup-
posita illa notitia naturali, futuritio
consensus non manet materia decreti
liberi Dei: quia comparatione Dei nul-
lo modo manet contingens: nam noti-
tia illa scit Deus. Quod si ponatur hic
ordo causarum, a quibus videt specia-
liter possibilem consensum, cum impossi-
bilitate consequenti dissensus, erit de-
termine consensus: circa id autem
quod Deus scit certo, & infallibiliter
futurum ex vi alicuius, non est possi-
bile decretum, quo decernat, vt illud
sit, vel non sit futurum, si ponatur il-
lud aliquid: quia eo posito impossibile
est illud non esse.

Nec elec-
tionis.

468 Explicatur hoc magis. Sciē-
tia naturali cognoscit Deus consen-
sum Petri, vbi gratia esse possibilem

ab hoc ordine causarum cum impossi-
bilitate consequenti dissentendi. Qua-
notitia posita vi consequentiae (nō
virtualiter, & formaliter per eandem
notitiam, licet a nobis modo illatio
explicetur) cognoscit Deus, quod si
esset ordo ille causarum, esset consen-
sus, cum impossibilitate consequenti
dissensus, vt n. precedenti dicebamus.
Id enim, & nobis euidens est abstracti-
ue, & deductiue. Ergo si poneretur
ordo ille causarum, non esset materia
electionis consensus: sed electio erit
dumtaxat in ponendo ordine causa-
rum. Patet consequentia. Quia circa
ea, quae vi consequentiae consequuntur
ex alijs, electio non est possibilis.

469 Est haec Doctrina confor-
mis S. Thomae in 1. dist. 41. q. 1. art. 1. Quia cir-
ca deter-
minatum
discretum,
non potest
esse electio.
Si ergo
consensus
liber esset
in se determi-
nate, si esset
talis ordo
causarum,
non potest
de illo esse
electio Diuina,
nec decretum.
Sed est haec
Doctrina valde
conformis
Ægidio, ibidem,
vbi ait. Ægid.
Sunt autem
in consilio
duo considera-
nda, primo
inquisitio,
& ratiocinatio:
secundo post
ratiocinationem,
& in-
quisitionem
quodam modo
firma cognitio.
Si ergo con-
sideramus
consilium
ratione
inquisitionis,
& ratiocinationis,
sic in
Deo non cadit
consilium: quia
sic accep-
to consilium
est solum
natura igno-
rans. Et sicut
non est in
Deo consilium
sic acceptum,
sic non est
in eo electio,
quae
tale consilium
praesupponit.
Et quia Da-
masceus sic
diffiniuit
consilium 2. lib.
cap. 22. Quod
est appetitus
inquisiti-
uus, ideo a
Deo, & con-
siliium, & elec-
tionem sequentem
tale consilium
negat
D. Dam.
dicens, talia
attribuenda
esse igno-
ranti naturae.
Ecce vbi
Ægidius Deo
negat scientiam
inquisitiuam
euentus,
qualis videtur
esse scientia
media: quia
haec est solius
naturae potentia-
lis, & ignorantis,
qualis est
creata: & elec-

ca deter-
minatum
discretum,
non potest
esse electio.
Si ergo
consensus
liber esset
in se determi-
nate, si esset
talis ordo
causarum,
non potest
de illo esse
electio Diuina,
nec decretum.
Sed est haec
Doctrina valde
conformis
Ægidio, ibidem,
vbi ait. Ægid.
Sunt autem
in consilio
duo considera-
nda, primo
inquisitio,
& ratiocinatio:
secundo post
ratiocinationem,
& in-
quisitionem
quodam modo
firma cognitio.
Si ergo con-
sideramus
consilium
ratione
inquisitionis,
& ratiocinationis,
sic in
Deo non cadit
consilium: quia
sic accep-
to consilium
est solum
natura igno-
rans. Et sicut
non est in
Deo consilium
sic acceptum,
sic non est
in eo electio,
quae
tale consilium
praesupponit.
Et quia Da-
masceus sic
diffiniuit
consilium 2. lib.
cap. 22. Quod
est appetitus
inquisiti-
uus, ideo a
Deo, & con-
siliium, & elec-
tionem sequentem
tale consilium
negat
D. Dam.
dicens, talia
attribuenda
esse igno-
ranti naturae.
Ecce vbi
Ægidius Deo
negat scientiam
inquisitiuam
euentus,
qualis videtur
esse scientia
media: quia
haec est solius
naturae potentia-
lis, & ignorantis,
qualis est
creata: & elec-

electionem regulatam per talem sciē-
tiam sequutus D. Damascenum.

Et in Deo
consilium
firmum.

470 Et subdit postea. Si vero
consideremus consilium non ratione in-
quisitionis, sed ratione firmae cognitio-
nis: sic dicimus Deum operari omnia
secundum consilium voluntatis suae:
quia omnium firmam cognitionem ha-
beret, sicut in eo cadit tale consilium, sicut
& electio praesupponens firmam cog-
nitionem non discursum, & inquisitio-
nem, ei conuenire potest. Ecce vbi Ægi-
dius admittit scientiam firmam, & in-
amabilem omnium actuum nostro-
rum: quam appellamus praescientiam
speculatiuam, seu simplicis intelligen-
tiae, & electionem, seu decretum per
illam regulatum circa actus absolute
futuros.

Electio
quorum?

471 Postea loquendo de his de
quibus est, vel non est electio ait. Ter-
tio non est aeternorum, & eorum, quae
non possunt aliter se habere. Quia sicut
nullas consiliatur de aeternis, ita neque
aeterna sub electione cadunt: vel ea, quae
non possunt aliter se habere. Ecce vbi
negat electionem, circa ea, quae non
possunt aliter se habere: & sic circa ea,
quae cognoscit scientia naturali, &
quae sunt aeterna, qualis est consensus,
qui esset futurus, si poneretur ordo
causarum. Quia vt ibidem ait. Quod
non est consiliabile, non est eligibile. Et
etiam ibi docet. Quod electio non est
nisi solum bonorum, per quod exclu-
dit decretum ad malum, etiam pro ma-
teriali, & ad 4. ait. Quod si ab aeterno
non fuerunt multa secundum esse, quod
habent in natura propria, fuerunt ta-
men multa secundum esse, quod habent
in cognoscente. Quia Deus ab aeterno
vidit quid quid sciendum erat in tempo-
re secundum esse propriae naturae: ita
quod rebus accipientibus esse, nihil sciē-
tiae Diuinae accreuit. Vbi scientiam
quam in hoc opere defendimus, ex-
presse ponit, & idem docet Durandus
in 1. dist. 41. q. 1. art. 1.

Durand.

472 Potest discursus factus con-
firmari argumento communi: quia iux-
ta Thomistas Deus scit certo scientia
naturali, quod si ipse velit, erit consen-
sus liber. Sic omnes Thomistae, & ab
omnibus Theologis debere concedi
affirmat Aluarez de auxilijs disp. 4.
conclus. 1. num. 9. & etiam ex Scotistis
Foelix de scientia cap. 6. diff. 2. num. 2.
Ergo non est necessarium, nec possibi-
le decretum, quo velit, vt sit consen-
sus, si ponatur talis, vel talis conditio.
Patet consequentia. Quia posita illa
notitia naturali non manet obiectum
contingens huius decreti, vt explica-
tum est.

Confirma-
tur ad ho-
mines.

Aluar.
Foelix.

473 Respondent Thomistae pri-
mo, Deum scire certo scientia natura-
li, quid esset futurum, sub conditione,
quod ipse velit: sed non scire, quid ef-
fet sub quacumque alia conditione dis-
tincta a suo decreto: & sic necessarium
esse decretum, vt Deus sciat, quid ef-
fet futurum sub quacumque conditio-
ne. Sic colligitur ex Aluarez supra.

474 Sed contra. Quia (esto nes-
ciat Deus, quid esset futurum sub qua-
cumque conditione, quod esse falsum
constat ex dictis) si semel Deus scit
scientia naturali, quid esset futurum,
si ipse velit, frustraneum, & impossi-
bile est decretum, quo sub quacumque
conditione statuat, vt sit futurum hoc
vel illud, quod si velit, sub quacum-
que conditione futurum erit. Nam,
etiam si non statuat, futurum erit, si
velit: & non potest statuere, quod non
sit futurum, quod velit, si velit.

Si Deus
scit, quid
erit, si ve-
lit, frustra
est, vt si
velit, esse
set.

475 Explicatur hoc. Sicut vi con-
sequentiae scit Deus, quod si producat
hominem, erit rationalis, & risibilis:
ita vi consequentiae scit Deus, quod si
ipse velit, vt sit consensus, erit consen-
sus. Nam iuxta Thomistas decretum
Dei efficax essentialiter conuenit cū
suo effectu. Ergo sicut superfluum, &
impossibile est decretum, quo Deus
statuat, vt quod, si producat hominem,
sit

Nam si
velit, ne-
cessario
erit.

fit

fit rationalis, & risibilis (nam impossibile est quod si sit homo, non sit rationalis, & risibilis) ita superfluum, & impossibile est decretum, quo Deus statuat, vt si velit esse consensum, sit consensus. Cum ergo sciat Deus, quod circa quamcumque conditionem erit euentus, si ipse velit, & non erit, si non velit, impossibile erit, vt circa quamcumque conditionem statuat, vt sit, vel non sit euentus: cum non possit nō scire, quod erit, si velit.

Carmeli. e. 211.

476 Secundo respondent Carmelitani disp. 9. dub. 1. a num. 5. Deum scientia naturali solum cognoscere, quod erit consensus, si ipse velit, vt consequentia, & illationis, non autem cognoscendo aliquid de futuro. Aliud est enim (dicunt) cognoscere vnum ex alio, vt illationis, & necessitate consequentia, & aliud cognoscere vnum ex alio enunttando aliquid de futuro. Priorimodo cognitio est dumtaxat de re possibili, & pertinet ad scientiam mere naturalem. Posteriorimodo est de re futura, & pertinet ad scientiam visionis: referuntque pro se Alueldam disp. 44. sect. 1.

Aluelda

477 Sed in primis falso dicit hęc solutio illam cognitionem non enuntiare aliquid de futuro sub conditione. Nam non magis est de futuro hęc, si vocauero Petram consentiet, quæ affirmatur ab his, qui ponunt scientiam mediam, quam hęc, si vocauero Petrum efficaciter consentiet. Quare ergo volunt isti Doctores illam esse de futuro, & non hęc?

Et cognoscitur a Deo etiam enunttando.

478 Secundo, quod illa prima (& etiam secunda) propositio enunttiet aliquid solum de possibili non est inconueniens, sed potius hoc putamus peccellarium. Vt late probauimus dub. 7. & infra attingemus, probando futuritionem conditionatam reuera esse meram possibilitatem, & solum esse futuritionem in potentia, scilicet futuritionem, quæ esset, si poneretur co-

Nam futuritio condit. est possibilis.

ditio. Quare si Deus scientia naturali cognoscit, quod esset futurus consensus, si ipse velit: cognoscit etiam futura contingentia conditionata.

479 Dices Deum scientia naturali cognoscere futuritionem conditionatam solum in actu signato, & in esse representatiuo: quia cognoscit illam vt consequentia: & ad hoc, vt cognoscat futuritionem in actu exercito, necessarium esse decretum actuale.

480 Sed contra. Quia hoc est quod intendimus, futuritionem scilicet conditionatam solum esse representatiuam futuritionis, quæ esset, si poneretur conditio, non autem esse veram futuritionem, ita vt aliquo modo actu participet, rationem futuritionis, vt ibi diximus ex Doctrina Patrum. Deinde, vt Deus cognoscat futuritionem conditionatam in actu exercito, sufficit quod ex parte hypothesis ponatur ille terminus in actu exercito, sic, si ego vellem, vt esset in actu exercito consensus, esset in actu exercito consensus.

Et repræsentatio futuritionis.

481 Secundo probatur nostra sententia ex carētia futuritionis eius obiecti, quod dicitur futurum conditionatum. Quia obiectum, quod dicitur futurum sub conditione, reuera est mere possibile, & non extrahitur aliquomodo ab statu meræ possibilitatis. Ergo non est possibile decretum actuale circa illud: nec Deus illud cognoscit in tali decreto. Consequentia sunt bonæ.

Probatio efficax ex carētia futuritionis.

482 Antecedens probauimus ex Augustino, & alijs Patribus, atque etiam rationibus dub. 7. & modo probatur ex Doctrina Torrejon in manu scriptis tract. de scientia dub. ultimo. Quia cum dicimus futurum sub conditione, ly sub conditione, non est differentia determinans ly futurum, sed remotio illius, negans futuritionem: sicut cum dicimus homo mortuus, ly mortuus non est differentia contractiua ho-

Nam futuritio sub cond. est futuritionis negatio. Torrejon.

hominis, sed remotio humanitatis. Sicut enim ly mortuus negat esse hominem. Nam homo mortuus, homo nō est, sed per mortem remouetur humanitas ab eo, qui homo erat: sic ly sub conditione negat esse futurum id quod per vocem futurum futurum conceperamus. Quia futurum sub conditione, futurum non est, sed esset futurum, si causa illius ponerentur in rerum natura. Vnde cum nulla sit entitas possibilis, quæ suas non habeat causas, à quibus sit producibilis, nulla est possibilis entitas, quæ futura sub conditione non sit, & obiectum scientiæ conditionalis. Nam de quacumque entitate possibili dici potest, & à Deo cognoscitur, quod si esset sua causa, ipsa esset, imò nō solum futura, sed existens sub conditione dici posset.

Et conditionata habet actualitatem conditionis.

483 Secundo, quia conditionatum non est possibile habere maiorem actualitatem essendi, quam habet conditio. Nam esse, & actualitas conditionati deriuantur à conditione, tamquam à causa. Nam conditio est causa adæquata conditionati, & sic, si conditio est impossibilis, conditionatum est impossibile, vt in hac. Si equus haberet intellectum, discurreret, sed conditio in nostro casu manet in statu meræ possibilitatis. Ergo, & conditionatum. Sed de hoc iterum num. 490.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

Obijciuntur test. Sacra Script. Genes.

484 SED obijciunt Thomistæ plura loca Sacra Scriptura, in quibus reperiuntur decreta conditionalia. Vt Gen. 18. Dixit Dominus ad eum (scilicet ad Abraham de præcantem) si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter

eos. Et sic alijs in locis, quæ adducit Viues disp. 19. dist. 4.

Vides.

485 Respondeo in his, & similibus locis reperiri decretum actuale Diuinæ voluntatis, non, vt necessarium ad veritatem conditionati, sed ad obligationem, & pactum, quo Deus promittit aliquid effecturum, vel non effecturum, sub tali, vel tali conditione, vt dicebamus n. 460. Quare hæc testimonia non probant sententiam Thomistarum vniuersaliter, sed probant aliqua esse futura futuritione exercita ex vi pacti: quod non negamus, negamus tamen hanc futuritionem exercitam necessariam esse ad cognitionem conditionatorum.

Sed eis probatur necessitas decreti ad obligationem.

486 Secundo obijciunt plura Sacra Scriptura, ac Patrum testimonia, in quibus affirmatur nihil esse futurum nisi dependenter à voluntate Diuina. Quod clarius alijs docuit D. Hilarius 9. de Trinitate sub finem, dicens. Per Deum futurorum constitutio est. Sed contingentia futura sub conditione, futura sunt: non enim manent in statu meræ possibilitatis. Ergo non possunt cognosci à Deo nisi mediante decreto.

Obijciuntur conditio nata non esse pure possibilis.

D. Hilarius.

487 Confirmatur. Quia veritas futuri conditionati defacto est veritas quædam determinata, extracta ab statu meræ possibilitatis ab aliquo principio. Nō ab alio nisi à Diuino decreto: quia non extrahitur à ratione meræ possibilis ab omnipotentia, vt præbente possibilitatem, cum omnipotentia sit indifferens: neque a decreto, cum indifferens etiam sit: non à conditione, quæ etiam ponitur indifferens: non à veritate obiectiua, quæ etiam est indifferens. Ergo si non datur decretum absolutum ex parte actus, & quod actu sit, illa veritas nullomodo potest transire ab statu meræ possibilitatis, ad statum futuritionis conditionatæ. Sic vrgent à S. Thoma hic disput. 20. art. 4. §. ad destruendum.

Sed extra tracta à possibilitate per decretum.

AS. Th.

Viues. Brizenn.

Viues disp. 10. dist. 1. Brizennius, alij. 488 Ab hoc argumento non facile se expediunt Iesuitæ, qui putant futuritionem conditionatam esse veram futuritionem extractam ab statu meræ possibilitatis, & exercitam aliquomodo in ipsis contingentibus: nec nobis videtur se posse facile expedire. Et omisis aliquibus solutionibus de veritate obiectiua, & ex alijs principijs, quæ benè impugnat Viues supra, & à nobis reiectæ sunt dubijs præcedentibus.

Dari extractione à possibili- tate, sine decreto Ribaden.

489 Communior solutio est, quam melius ex alijs explicat Ribadeneira disp. 21. cap. 2. num. 13. dicendo, quamcumque entitatem creatam absolute futuram habere ab æterno principium, & causam absolute existentem, qua extrahitur absolute ab statu possibilitatis: at entitas solum conditionate futura, cum non habeat esse, seu actualitatem absolute extra statum meræ possibilitatis, sed solum sub conditione: ideo solum petit ab æterno principium, seu causam existentem sub conditione. Nam cum solum sit actualitas, quæ esset extra statum possibilitatis, si poneretur conditio, solum petit per se existentiam conditionatam talis causæ.

Nō quietat intellectum.

490 Sed hæc solutio non quietat intellectum. Nam est intellectu difficile effectum habere maiorem actualitatem, quam sua causa. Si enim effectus accipit actualitatem, & determinationem à causa: quomodo potest concipi effectum accipere determinationem à causa indeterminata? & causam dare quod in se non habet? Nos enim concipere nō possumus materiã manentem indifferentem ad formam ignis, præstare ligno determinatam formam ignis: daret enim effectui, quod in se non haberet. Ideoque tota hac disputatione negamus futuris contingentibus, vt talibus determi-

nationem obiectiuam: quia causæ non habent determinationem subiectiuam. Si ergo conditio solum manet in statu possibilitatis, in intelligibile est euentum transire ad statum futuritionis exercitæ, sub illa conditione.

491 Si vero dicatur esse determinationem actualem in voluntate sub illa conditione, stante decreto Dei merè conditionali, incurritur aliud inconueniens, quod scilicet detur determinatio increatura, antequam detur in Deo: sed de hoc dubio sequenti.

492 Quare alij dicunt contingens per futuritionem conditionatam non extrahi ab statu meræ possibilitatis, & sic ad talem futuritionem non esse necessarium decretum actuale Diuinæ voluntatis. Nam futuritio conditionalis non est futuritio, sed esset, si poneretur conditio. Sic Henao in Hystoria euentil. 21. num. 627. vbi ait. Dicimus nunc nullum esse transitũ realẽ de presenti, nisi transitũ ab statu possibilitatis ad statum existentie realis. Vnde cum futura conditionata non transeant, sed transirent ad statum existentie, si poneretur conditio, ideo non supponunt decretum Dei actu existens, sed supponerent, si poneretur conditio. Sane si futuritio conditionata esset aliquid positiuum præsens, præcedens scientiam, conuinceret argumentum. Atque hanc fuisse mentem Annati, & Ribadeneiræ refert Viues disp. 18. p. priori, dist. 2. num. 73. Ribaden. & hoc docent Aldrete disp. 31. sect. 3. Aldret. num. 11. & alij.

493 Hæc quidem doctrina plenè satisfacit argumento Thomistarum: sed penitus destruit scientiam mediam. Nam hi Doctores, vt fugiant scientiam visionis Thomistarum, incidunt in scientiam simplicis intelligentiæ, quam nos dicimus sufficere ad cognoscenda contingẽtia sub

Melius dicitur non dari extractionem.

Henao.

Annat.

Ribaden.

Aldret.

Sed sciam nostram sent.

sub conditione futura. Nam si futuritio contingentium non extrahit illa ab statu meræ possibilitatis, manent intra statum meræ possibilitatis. Et ad cognoscendum quod est merè possibile sufficit scientia simplicis intelligentiæ, & impossibile est quod detur alia.

Respon- detur ergo conditionata esse pure possibili- bus.

494 Respondeo ergo ad argumentum, concessa maiori de futuritio ne exercita rerum in se ipsis: sed nego futura contingentia sub conditione esse verè futura, futuritione exercita in se ipsis, est enim talis futuritio dumtaxat idealis, & in esse representatiuo, vt dicitur 7. explicatum est.

495 Vnde ad confirmationem nego maiorem. Nam licet futuri conditionati sit veritas quædam conditio nata, non tamen est veritas extracta ab statu meræ possibilitatis, vt dictum est.

Obijcit. non esse veritatem ante decretum.

496 Tertio obijciunt. Non est veritas obiectiua conditionati contingentis sub conditione ante decretum. Ergo non est cognoscibile ante decretum. Antecedens probant. Quia non est talis veritas in causis: cum sint omnino indifferentes (vt supponimus ad quæstionem decidendam) neque in ipsis contingentibus: quia à causis indifferentibus non oritur determinatio. Secundo, quia ad talem determinationem non sufficit decretum, quod non sit in Deo actu, sed esset si conditio poneretur. Quia cum decretum istud non sit absolute in Deo, nisi tantum obiectiue, & in actu signato (quatenus præscit Deus quod posita tali conditio voluntas creata se determinabit, & Deus habebit decretum de concurrente cum illa) fit, vt decretum sic positum non sufficiat ad immutandam voluntatem, vt velit alterutram partem contradictionis.

497 Hoc argumentum, si quid probat, probat contra defendentes

scientiam mediam. Deinde non probat in conditionatis dependentibus ab auxilio efficaci ab intrinseco, quale ponunt Thomistæ; est enim verum quod si Deus dederit auxilium intrinsecè efficacem, erit consensus ante omne decretum actuale.

498 Respondeo ergo distinguendo antecedens. Conditionati contingentis non est veritas, in sua futuritione concedo, in dispositione causarum posita ex parte conditionis regulata scientia naturali de possibilitate speciali conditionati, prout ab illo ordine causarum, nego antecedens: quod esse falsum constat ex num. 105.

Sed negatur assump- tum.

499 Ad primam probationem dico cõtingens conditionatũ neque habere veritatem in suis causis, neque in se ipso, vt futuro futuritione exercita; habere tamen veritatem determinatam in se ipso, vt existenti idealiter in esse Diuino, sub ratione possibili. & sub ratione futuri idealiter, ex hypothesi quod causæ prædictæ essent. Vt ibi late explicatum est.

De veritate ideata.

500 Ad secundam probationem dico ipsam petere. Quomodo Deus concurrat cum creaturis? quod nō est huius loci late explicare. Breuiter tamen dico in Deo esse duplex decretum, quo concurrat cum causis liberis ad actus bonos. Vnum, quo concurrat, vt causa physica vniuersalis, applicando ipsam ad materiã, seu subiectum, circa quod voluntas prius operatur, vt natura, eliciendo actum merè naturalem: & postea datur aliud decretum, quo concurrat cum illa, vt causa finalis, & moralis, mouendo illam, vt vtatur illo actu liberè in ordine ad finem bonum. Et postea voluntas vtitur suo actu, liberè se determinando, vt attigi in quæstione à num. 114. Et sic Deus est causa prima physica quæmuis nostrorum actuum, etiam

Modus quo Deus concurrat cum creaturis.

malorum, vt actus quidam sunt: & est causa vltima finalis omnium bonorum actuum: quia ab ipso incipiunt, vt a prima causa, & in ipsum terminatur, vt in vltimum finem: & sic Deus applicat voluntatem physicē ad obiectum, & determinat moraliter ad finem. Et hic ordo, qui reperitur in tempore, representatur naturaliter Deo in suo esse, & in sua aternitate sub ratione possibilis, & a causis, prout sub isto ordine videtur effectus esse possibilis specialiter: & in hac possibilitate sub tali ordine causarum, videtur etiam effectus contingens futurus sub conditione: scilicet sub hypothesi, & conditione quod esset ille ordo causarum. Quæ futuritio non extrahit contingens ab statu meræ possibilitatis. Vide *totum dub. 13.*

501 Quarto obijciunt plura alia argumenta, quæ directē impugnant scientiam mediam, quæ, quia a nobis impugnanda est *dubio sequenti*, omittuntur. Obijciunt etiam plura testimonia P. Augustini, de cuius mente specialiter agendum *dub. 14.*

DVB. XI.

An Deus cognoscat futura contingentia conditionata in sua futuritione per scientiam mediam?

Tituli explicatio.

502 **C**ONSTAT ex dubio precedenti Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in suo decreto absoluto ex parte actus per scientiam visionis. Nunc inquirimus, an illa cognoscat in sua futuritione, seu in se ipsis per scientiam mediam inter naturalem, & liberam?

CAP. I.

Proposita sententia affirmatiua, neque gatiua eligitur.

503 **P**RIMA sententia affirmat (quam colligi ex Doctrina D. Bonaventuræ, Egidij, Scoti, & Ariminensis dicentium Deum cognoscere futura absoluta in ideis putauit Mendoza, in prima editione q. 7. conclus. 3. Imò esse ipsissimam (licet postea, vt dicam, aliter fuerit opinatus in secunda editione) Hanc sententiam Mendozam primum ex professo typis mandasse docet Gaspar Ram. de infallibilitate scientiæ Diuinæ, post principium §. inter eos, qui sua scripta typis mandauit anno 1611. ibi. Intereos, qui amplexati sunt doctrinam eiusmodi, primus illam typis mandauit Mendoza Augustinianns in quodlibetis q. 7. Scholastica. Licet enim eandem sententiam eo anno (qui fuit 1588.) illam ediderit Molina, tamen summa priuilegij Molinæ data est eo anno mense Iunij: cum in Mendoza data sit Kalendis Iulij anno 1587. idque concedunt Sherlogus in responsonibus 1. p. sect. 14. & Henao in ventii libro, seu Hystoria, euentilat. 46. v. 1255. Dixi autem ex professo. Nam obuiter illam sententiam edidit noster Tapia, anno 1587. licet enim tomus vnus, quem in 3. parti. edidit, typis fuerit mandatus anno 1589. tamen licentia regia habebatur 26. Septembris, anno 1587. ibique q. 2. art. 3. hanc supponit sententiam, & §. si obijciat quis illam expresse docet, & probat, licet cognitionem illam dicat esse scientiā simplicis intelligentiæ. Et etiam N. Aragon 2. 2. q. 24. art. 3. dub. 1. §. sed dicit aliquis fol. 539. column.

Affirmant le. suta.

Mendoza.

Gaspar Ram.

column. 1. qui primum tomum edidit anno 1584. & similiter alij num. 510. referendi.

Neque illam accepit ab extraneis Henao Henriq.

504 Scio Henaum affirmare Mendozam gloriatum se accepisse a suis præcipuam doctrinam illius questionis: adducereque in testem Henriquez lib. vltimo summa cap. 4. §. 1. in glossa litt. C. Neque id affirmare auderet (ait Henao) ipso Mendoza viuente. Sed in primis Henriquez non ait Mendozam se gloriatum accepisse a suis præcipuam doctrinam illius questionis, sed sententiam de cognitione conditionatorum contingentium in decreto libero Diuinæ voluntatis, quam ipse Henriquez ibi defendit. Retulerat enim ibi Henriquez sententiam dicentium Deum cognoscere futura contingentia conditionata in ideis antecedenter ad omne decretum Diuinæ voluntatis, & sententiam eorum, qui dicebant Deum cognoscere talia futura in se ipsis independenter ab omni decreto, qui vltius procedendo, dicebant Deum cognoscere talia futura in causis creatis, communi auxilio naturæ, & gratiæ præuētis: & postea dicit hos existimasse se rem nouam inuenisse (Nam in hac antiqua controuersia non cōfugunt Vniuersaliter Patres, & vereres Theologi ad conditionatam Præscientiam, aut ad reflexiuam istam prouidentiam) & postquam in Glossa ait hanc sententiam non fuisse vniuersaliter, nec Egidij, nec Argentinatius, nec Durandi, nec aliorum, qui ponebant decretum. Postea relatis pluribus scripturæ testimonijs, in quibus dicitur Deum præscire futura conditionata, ait intelligenda esse. Quia in his, & similibus prædicantur causa omnino probens in talem effectum, & simul includitur conditionata quedam Dei Prouidentia cum causarum concursu: scilicet quedam libera conditionalis Dei prædeterminatio, quam ipse Henriquez defen-

Ad prædestinationem PP. non recurrunt ad cond. præsciēt.

dit in textu à libro. & latius cap. 5. & 6. Et postea ait aliquos recentiores voluisse hanc sententiam de decreto libero extendere ad omne futurum liberum conditionatum; qui dicebant id tenuisse ex Societate Salmeronem, Riberam, & Turrianum: & tandem subdit: & à nostris gloriatus est se accepisse Fr. Alphonsus Mendoza, qui id tenet in suis quodlibetis Scholastic. q. 7. §. 11. Vbi Mendoza in prima editione (Nam secūda edita est forsā ab alijs anno 1596. tribus transcriptis, postquam hæc scripsit Henriquez) sic habet: Præter modos superioris constitutos, & explicatos, aliter reliquus est plenissimus, & solidissimus, quo Deus certo cognoscere potest illos euentus, videlicet in libera prædeterminatione sua voluntatis. Quod ut intelligatur, reduc in memoriā eam doctrinam, quam Thomistæ nostri temporis tam mordicus tenent, &c. Ergo si Mendoza gloriatus est se accepisse à Salmerone, Ribera, & Turriano conclusionem illam, gloriatus fuit se accepisse sententiam de cognitione conditionatorum contingentium in decreto. Sed & adhuc videat Lector. An potuerit affirmare Henriquez Mendozam fuisse gloriatum se accepisse illam doctrinam à Iesuitis, quando ait esse doctrinam tam mordicus iam defensatam à Thomistis? De quo à numero 420. Et videat etiam quomodo possit Henao adducere in testem Henriquez, eo quod affirmet Mendozam gloriatum se accepisse a suis præcipuam doctrinam illius questionis, per quam intelligit scientiam mediam? Neque anno 1593. fortassis vivebat Mendoza. Nam (vt ait Herrera in Alphabeto fol. 64.) anno 1591. florebat, nec multo post euiuis sublatus. Vide à num. 420.

Suam doctrinam tenebant Thomistæ olim.

Qui Aug. sēt simul

505 Deinde Mendozam aliquam doctrinam accipere potuisse à Iesuitis crediti valde difficile est.

Salman-tica,

Primo. Nam tunc temporis in Cœnobio illo nostro per illustri. Vniuersitatis lumina stabant Mag. Ioannes de Gueuara, qui per 36. annos Vniuersitatis Salmanticensis Vesperariā Theologiæ Cathedrā obtinuit: obijct. que nonagenario maior. Anno 1600. relictis doctissimis in quatuor libros sententiarum Commentarijs: vt refert. Herrera in *Alphab. lit. I. titulo. Scrip. tores, & persona illustres*, quem Ioannem de Gueuara Mendoza, vt Magistrum, & praeceptorem venerabatur. De quo in fine quæstionis illius Mendoza ait. *Et hæc de ista quæstione. In qua susceptus à me labor, quando ceteris ingratus fuerit, hoc vno tota hæc olei, & operæ iactura pensabitur, quod vni (qui instar mille mihi est) gratis simum fecisse me scio. Is est Magister Fr. Ioannes de Gueuara, de Sacra Theologia, ac de Christiana pietate optimè meritis, praeceptor meus obseruantissimus, ac Pater indulgentissimus. Hic cum primum à me audiret esse quorundam nostri temporis Theologorum sententiam, quod Deus illa conditionata non certo cognosceret, vix à se impetrare posuit, quin resiliens statim, & excaudescens eam sententiam vehementer auersatus, & execratus sit. In eius ergo gratiam, cui quidquid sum, accepit, iam refero, hæc medixisse contentus, alio me confero. Vbi satis innuit se illam doctrinam à suo praeceptore accepisse.*

506 Vigebat etiam in eo Cœnobio Magister Luisius Legionensis, patria Bellomontanus, qui 64. annorum periodum attingens, toti orbi notissimus, vitæ finem imposuit. Cuius laudes, cum in ore sint omnium, superuacaneum reor remittere lectorem ad Herreram *supra. lit. L. fol. 23.* Sufficiat dixisse doctissimum Suarez suum fuisse Magistrum fateri 3. p. quæst. 73. art. 5. disput. 42. sect. 1. §. consistit.

507 Erat inter viuos etiam in

codem Cœnobio Magist. Petrus de Aragon, de quo *num. 503.* Atque etiā Mag. Didacus de Tapia. De quo ibidem. Erat etiam Mag. Petrus de Vzeda, qui (vt refert Herrera *fol. 286.*) anno 1576. erat sacrorum librorum apud Salmanticenses interpres: cuius opera S. Thomæ à Villanoua conuersiones dispositas publicæ vtilitati donatas habemus. Erat etiam Mag. Didacus Stunica, qui (Herrera teste) vivebat anno 1586. Ediditque volumen de vera religione anno 1577.

508 Et quis credat Men lozam cum domi hos Sacræ Theologiæ duces haberet strenuos, alio ad armam emendicanda secollaturum? Maxime cum omnes illi in ea starent sententia, & eam suis scriptis antea tradidissent? Vt constat ex Tapia (teste ipso Henriquez loco citato) & ex Aragon, vt diximus *num. 503.* & ex Gueuara vt refert, Mendoza *num. 504.* adductus, & ex Stunica, vt dicemus *num. 510.*

509 Auger incredulitatem istam tantam extitisse horum doctorum in orbe opinionem, vt Mag. Aragonius eam conspicatus, in lucem suo nomine (ipsis tamen consentientibus) aliqua ediderit ipsorum opera. Videbam (inquit in præludio clarissimo Theologorum Collegio Salmanticensi, quod in principio primi tomi habetur) *primam nostrorum Salmanticensium Magistrorum prælectiones in doctrinam sanctam mirabiles vniuerso orbi inenarrabili desiderio exoptatas, nemini non maioris esse gloria, quam suis, & (quod vniuersorum iudicio magis est miserabile) extranco, & honori, & nomini deseruientes, ipsos iam patriæ lares non agnoscere.* Quod in prologo ad Lectorem, prosequitur. *Non possum (ait) instituti mei pleniorum tibi, Lector optime, non reddere rationem, & quam in superiori oratione leniter attingi, non in presenti*

Aragon Tapia. Vzeda. Stunica.

Et omnes scientiam conditionalem docerant.

Et eorum doctrinam ab vniuerso exoptata.

amplius explicare sudores, operasque præstantissimorum Virorum Frat. Ioannis de Gueuara, & Frat. Luisij Legionensis. (quos ceu Hispaniarum Magistrorum venerantur omnes, & ego, tanquā discipulus, & amo, & veneror) in aliis rebus sibi cedere, atque alijs gloriam, potius, quam sibi parere, malestissimo animo ferebam olim. Quam ob rem, vbi ab alijs curis feriatum me reperi, &c. En Aragonium publice de sententijs à nostris furtiue sublatis conquerentē, & dicentem. Nos hos versiculos fecimus, & alij honores tulerunt: ad quos respicit Mendoza q. 3. scholastica n. 5. §. Franciscus de Maio. Quo modo ergo credendum Mendozam aliunde quæsiuisse Doctrinam? Maxime cum ipse in 2. edit. q. 2. Schol. st. n. 16. in fine, dicat post laudatum Suarium. *Eo lectior recurrat, nam ego, qui aliorum furca, & plagia in patientissime fero, non debui huius doctissimi Patris, aut aliorum scripta subripere: sicut alios fecisse de doctrina sua de cognitione futurorum ait Mendoza ipse in 2. edit. q. 7. in p. 3. n. 12. §. in horum dubiorum.*

510 Credibilis est Mendozam (si à quo quam) à suis Magistris accepisse sententiam illam præcipue cum Gueuara, Legionensis, Aragonius, Tapia, & alij illam insinuauerint, vt constat ex *num. 508.* Imo Stunica (qui anno 1577. scripsit) *lib. 2. de vera religione cap. 4.* illam equiualeter docet: distinguit enim duplicem scientiam in Deo, vnam speculatiuam, & alteram practicam; & primam, ait, non esse causam rerum. *Non enim (inquit) quia Deus præuidit me facturum quid viā, ego facio, sed e contrario, & infra in mea igitur potestate fuit, vt Deus præuideret, vel nō præuideret.* Non ne hæc est scientia media? Nec refert quod hanc scientiam non appellet mediam: quia neque Médoza, neque alij in principio illā scientiā, mediā appellarūt.

511 Neque id circo dicimus scientiam conditionalem (quid quid sit de media) fuisse ipsius Mendozæ inventum. Nam quæstio illa de cognitione futurorum sub conditione (vt ipse ait in principio quæstionis) nuperrime erat in scholis nata, & excitata à recentissimis illius tempestatis prælectoribus. Qui autem isti fuerint? Henao *euential. 46. n. 1249.* ait esse suos, qui anno 1581. publice hanc sententiam defendere cœperunt, & Henriquez *in summa lib. ultimo cap. 4. in Glossa lit. C. ait: hæc disputatio de præscientia futurorum conditionatorum à nobis ante viginti annos excitata est.* Idem dicit Molina, & Fonseca. Sed Zumel *tom. 3. variatum dub. 5. ait. Hæc controversia magna, & ingens est hisce nostris diebus, quam recentiores ad eo obscurare, & perplexe tractant, vix resolutio vlla eorum satisfaciatur intellectui.* Nos vero exemplis que in locis fere ante viginti annos, & ante recentiores huius ætatis Scholasticos, & insinuauimus, & tractauimus, vt constat ex nostris scriptis, ex quibus in Scholis non nulli occasionem sumpsere disputandi de hac re. Nos etiam audiuius à nostri ordinis senioribus scientiam mediam inventam à Luisio Legionensi: sed tamen ne noua contra ipsum excitaretur tragedia, eam non publicasse nomine proprio. Et quidem eam insinuasse docet Mag. Antolinez Compostelanus Archiepiscopus, vt refert Sherloq. *in responsione p. 1. sect. 10.* non docet tractatum in quo illam insinuauit, credo fuisse tract. de lib. arbitrio. Alij putant inventam fuisse à Molina, Alij à Fonseca. Alij malunt Theologos Societatis in Hispania, Indijs Occidentibus, Gallia, Germania, Flandria omnibus, nullo ducere; & alterutrorū ignaros in eundē sensū, & sententiā cōcurrere, vt ex alijs refert Hen. *in Hist. n. 1254.*

512 Nobis videtur hic duplicem posse esse quæstionem. Vnam, de prima.

Gueuara

Luis. Lc.

Henao.

Henriquez.

Zumel.

Scientia conditio- nalis antiquiss.

quod medium, sed ipsa futura conditionata cognosci in se ipsis, & in sua futuritione; & ideo hanc sententiam ortam fuisse ex sententia Nominalium, dicentium Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis, & in sua futuritione, post Suarium affirmat Villegas.

Villegas. gas controuers. 4. cap. 1.

Negatiua sententia.

519 Secunda ergo sententia, & à nobis tenenda, negat Deum cognoscere futura contingentia conditionata in se ipsis, & in sua futuritione per scientiam mediam. Ita omnes Thomistæ, & alij. Ex nostris videntur stare pro hac sententia omnes, qui dicunt. Non ideo Deum cognoscere futura, quia ipsa futura sunt, sed contra. Ita nostri Egidius, & Henricus de Vrimaria in notis ad Magistrum sententiarum dist. 38. quas in lucem edidit Henricus Gorrichen. Lusitanus lib. 4. de concept. q. 3. art. 2. §. 9. n. 45.

Egid. Vrimar. Gorrich. Lusitan.

CAP. II.

Deum non cognoscere contingentia conditionata in sua futuritione, non probatur ex discretionem vnius ab alio.

520 PROBANT nostram sententiam Thomistæ, præcipue Viues disp. 9. dist. 2. à n. 22. Cornej. dub. 4. n. 108. in quinta ratione, ex discretionem bene operantis, à non operanti. Nam si ante decretum Petrus, & Paulus cum eisdem omnino vocationibus gratiæ supernaturalis, & in eisdem omnino circumstantijs, Petrus posset defacto consentire, nõ consentiente Paulo, Petrus pro sua libera voluntate se discerneret à Paulo, consequens est contra Apost. 1. ad Corinth. 4. Ergo & antecedens. Sequela probatur. Quia non discernitur à Deo, cū supponantur omnia principia

Probatio ex discretionem. Viues. Cornejo.

ad Chap. dist.

naturæ, & gratiæ esse omnino æqualia, & communia, & per communia nõ possunt homines distingui: vt probat P. Aug. de prædest. Sanctorum cap. 5. & late ostendunt prædicti Doctores.

P. Aug.

521 Hæc probatio non conuincit plures Scotistas, & aliquos ex nostris defendentes scientiam mediam, quia simul docent eum, qui consentit, habere aliquod speciale beneficium gratiæ, quod non habet, qui non consentit, scilicet aptationem, & contemperationem vocationis cum voluntate taliter, vel taliter disposita: vt retuli disp. 1. n. 474. Vnde dicunt quod auxiliũ licet efficax sit antecederet moraliter, non tamen habet certitudinem metaphysicam futuritio conditionata consensus, nisi ratione scientiæ mediæ. Vnde negant casum, scilicet Petro, & Paulo in eisdem omnino circumstantijs constitutis, Petrum posse consentire, dissentiente Paulo: quod iam olim late docuerat Aragon 2. 2. q. 24. art. 3. in quodam dubio pag. 543. versiculo hoc tamen, vbi ait: hoc tenendum esse tamquam verum, & principijs fidei consentaneum, idque late probat ex scriptura: quia sequeretur dari ex parte nostra discretionem, & causam nostræ prædestinationis. Et licet loquatur de hominibus existentibus in tempore, idẽ tamen diceret de eisdem prout in statu conditionato: quia rationes quas adducit, idem probant, aut enim. Quod cum è duobus hominibus æqualiter vocati, vnus conuertitur, alter non conuertitur, illius vocationis, insequente eam, est aliquis modus, vel aliqua ablatio impedimẽti, vel quid simile, nobis occultum, & Diuina largitate proueniens. Et idem cum alijs docet Henricus sup. cap. 5. n. 5. & 6.

Non conuincit plures Scotistas, & Augustinianos.

Aragon

Henricus

522 Sed neque conuincit plures Iesuitas admittentes casum in statu conditionato, scilicet Petro, & Paulo cū eisdem omnino auxilijs, & in omnino eisdem circumstantijs, positus, posse Petrum

Sed nec plures Iesuitas.

trum se conuertere, nõ conuerso Paulo. Quia communiter ponunt ad conuersionem absolutam Petri necessarium esse decretum discretium, propositum, seu prædeterminationem Diuinæ voluntatis de conuersione Petri, ad quod sequatur præscientia absoluta de conuersione Petri. Nam tunc differentia oritur ex proposito principaliter, licet præsupponatur præscientia speculatiua de conuersione Petri tamquam conditio, siue materia sine qua non: nec datur causa prædestinationis, ex parte nostra. Quia consensus est prædestinationis effectus, quod contendit P. Aug. contra Semipelagianos lib. de Prædestinatione Sanctorum. Et Prædestinatio addit supra prouidentiam non solum certitudinem præscientiæ, sed etiam ordinem causalitatis. Erit tamen necessarium decretum actuale ad enuntiationem, vt diximus numer. 437.

P. Aug.

Solum negantes in Prædest. certitudinẽ causalit.

P. Aug. D. Hilar. D. Prosper.

523 Quare argumentum illud solum habet difficultatem contra eos qui dicunt prædestinationem solum habere certitudinem præscientiæ, nõ ordinem causalitatis, non quia ponunt scientiam mediam, sed quia non ponunt propositum, seu præparationem mediorum. Videatur P. Augustinus de prædestinatione Sanctorum cap. 1. & 6. vbi Semipelagianos admittentes præueniri voluntates hominum Dei gratia, atque, vt ad nullum opus bonũ, vel incipiendum, vel perficiendum sibi quemquam sufficere posse, vt retulerat Hylarius in principio Epiſtola, & P. Augustinus repetit, quæ quidem gratia erat indifferens, & omnibus communis, vt constat ex Epiſtola D. Prosperi. Hos (inquam) Pelagianos solum errare circa Prædestinationem innuit P. Augustinus, dicens, si quid de prædestinatione aliter sciunt, ipse illis hoc quoque reuelabit. Et cap. 5. postquam dixit solam fidem discernere hominem fidelem, ab infideli, subdit.

Ac per hoc vbi dicitur, quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Quis quis audeat dicere habeo ex me ipso fidem, non ergo accipio, profecto contradicit huic apertissime veritati. Et reddens rationem subdit. Non quia credere, vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas à Domino: ideo ad ipsam quoque fidem, quæ in voluntate est, pertinet, quis enim te discernit? Vbi Sanctus Doctor speciale beneficium gratiæ ponit in præparatione, quæ est propositum miserendi. Et idem ponit clarius cap. 6. Ergo quæ præter certitudinem præscientiæ ponunt ordinem causalitatis proueniens ab electione, seu proposito Diuino præparante voluntatem, non contra dicunt illi veritati, quis te discernit? Atque idem sentit D. Thomas disp. 1. n. 219. relatus. Scio quid contra hanc doctrinã obijci possit ex Viues supra, sed ne ingrediar punctum de efficacia gratiæ, ab eius impugnatione super sedeo: solum assero; in casu dicto eo ipso quod Deus velit actum fidei, inde incipere discretionem Petri à Paulo: licet postea Petrus libere consentiat, & Paulus libere dissentiat. Videat qui plurima desiderat Aldrete disp. 30. sect. 16. & 17.

Aldrete

524 Hac eadem doctrina solui possunt omnia argumenta, quæ congerit Viues ab in conuenientibus: sed propter eandem causam omitto eorum solutionem. Non possum tamen omittere Viues dist. 6. contendere ex scientia media inferri prædestinationem non esse ex Dei proposito peculiari eligentæ homines, sed Deum solum purificare conditionem, positio nis in tali ordine rerum per decretum pertinens ad prouidentiam generalẽ, quod nõ probat; neque ex positione scientiæ mediæ sequitur, neque ab eius sectatoribus admittitur communiter. De quo agere non est huius loci.

Qualiter soluitur argumenta ab in conuen.

CAP. III.

De duabus alijs rationibus, quibus probatur Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in sua futuritione, iudicium fertur.

525 SECUNDO probat nostram sententiam Basilius Legionensis ex auxilio efficaci, quod Deus habet in sua potestate (in quocumque eius efficacia consistat) Nam, ut dicebamus numer. 321. ex doctrina communi, iuxta P. Augustinum Deus habet in sua potestate vocationem quandam altam, & secretam, qua possit trahere homines infallibiliter ad bene operandum, ut ibi aliquo modo ostendimus. Ergo antecedenter ad omne decretum Diuinae voluntatis, & ante omnem futuritionem conditionatam contingentium in se ipsis, cognoscit, in tali vocatione congrua futuritionem conditionatam consensus in suis causis per scientiam naturalem. Ergo non datur scientia media, aut saltem non est necessaria.

526 Primam consequentiam probat. Primo, quia euidenter infertur, si Deus de derit vocationem congruam voluntati, cui est congrua, infallibiliter operabitur: alioquin congrua non esset vocatio, quae congrua supponitur. Ergo, si Deus scit scientia naturali habere in sua potestate vocationem congruam, scit etiam futuritionem conditionatam consensus, si illam dederit.

527 Secundo à posteriori. Quia quando voluntas in tempore actu consentit, mota illa vocatione, est verum dicere de praesenti. Voluntas actu infallibiliter libere consentit, mota illa vocatione. Ergo pro instanti, & duratione antecedenti fuit verum dicere, Vo-

luntas taliter disposita, vocata tali vocatione, infallibiliter consentiet. Ergo ab aeterno fuit etiam verum id dicere. Ergo ante omne decretum, & futuritionem conditionatam contingentium in se ipsis fuit verum conditionaliter. Si voluntas taliter disposita vocetur tali vocatione infallibiliter consentiet. Hic enim discursus legitimus est apud Iesuitas, dicentes veritatem conditionatam regulari per veritatem de praesenti. Qui discursus potest confirmari ex dictis disp. 1. num. 98. vbi ex Scriptura, & Augustino probauimus Deum habere in potestate sua voluntates hominum, magis quam ipsi suas.

528 Hanc probationem non esse efficacem iam dixi a num. 456. nisi recurratur ad nostram Praescientiam. Nam doctrinam illam P. Augustini dumtaxat in ea saluari iam insinuauimus disp. 1. num. 99. Et constat, quia licet efficientia consensus tribuenda sit vocationi illi; certitudo tamen euentus prouenire debet ab ipso euentu praenisso per scientiam naturalem, ut possibili in se ipso, sub voluntate, cum ea vocatione, vel in ipso fundari: videantur dicta à citato n. 456.

529 Nunc vero addimus probationem istam (si efficax est) probare ad contingentia conditionata cognoscenda, neque esse necessarium decretum Thomisticum, neque scientiam mediam, sed ad hoc sufficere scientiam simplicis intelligentiae, ut Legionensis putat, quod est nostra sententia: licet dicamus hanc cognitionem non esse dumtaxat terminatam ad voluntatem cum vocatione illa congrua, & prout in secundo signo, sed esse terminatam ad ipsam consensus, ut determinate possibilem, prout à voluntate cum illa vocatione. Quare si haec sententia Legionensis vera est, media est inter Iesuiticam, & Thomisticam, quia contra utramque militat. Nam hanc doctrinam obijcit Iesuitis Viues a n. 92.

Non est omnino efficax.

Vel probat nostram sententiam.

disp. 9.

disp. 9. & Thomistis obijcitur ab ipsis met Thomistis pro Iesuitis. Ut patet apud Aldrete disp. 29. sect. 2. Et vtrique illam admittunt, sed Iesuita dicunt vltterius necessariam esse scientiam mediam ad certitudinem metaphysicam futuritionis conditionatae: Thomistae vero dicunt vltterius esse necessarium decretum absolutum ex parte actus ad certitudinem, & ad hoc, ut futura conditionata extrahantur à ratione merè possibilem.

In praed. 530 Nos vero ex dictis disp. 1. cum S. Thoma num. 219. & cum Egidio num. 346. distinguimus in Diuina prouidentia duplicem certitudinem. Vnam cognitionis, seu praescientiae, & alteram ordinis omnium causarum, per quas executioni datur: & dicimus vocationem illam, quam assignat P. Augustinus, circumstantiam tam ex se habere certitudinem ordinis, seu causalitatis, non tamen cognitionis, & adhuc esse necessariam scientiam naturalem, seu praescientiam speculatiuam de possibilitate contingentis ab illis determinatis causis, & de futuritione conditionata, sub conditione quod causae ponantur: & primum probat argumentum, non secundum.

Probatio ex necessitate gratiae conditionatae Legionensis.

531 Tertio probant nostram sententiam Legionensis, & alij, ex necessitate auxilij efficaci, ut talis ex parte causae, seu conditionis, etiam in statu conditionato. Nam impossibile est intelligi consensus liberum futurum sub conditione, nisi ex parte conditionis intelligatur auxilium efficax, ut tale cognitum. Sed posito ex parte conditionis auxilio efficaci, cognito ut tali, futuritio consensus non est possibilis pertinere ad scientiam mediam, sed ad merè naturalem. Ergo impossibile est scientia media. Consequentia est legitima. Minor vero est plana: quia si sit in voluntate auxilium efficax cognitum ut tale, impossibile est non esse consensus: alias auxilium, quod sup-

ponitur esse efficax, non erit efficax: quia iuxta omnes auxilium efficax ut tale, vel est essentialiter connexum cum consensu libero, vel illud inuoluit.

532 Maior ergo, in qua est difficultas, sic à nobis probatur. Quia in statu absoluto certum est esse simpliciter necessarium ex parte causae ad consensus speciale beneficium gratiae, cognitum ut tale, saltem in hac prouidentia, & in natura lapsa. Nam certum est illum, qui consentit, habere speciale beneficium gratiae, cognitum ut tale ex parte causae, quod non habetille, qui non consentit (loquimur de operibus salutaribus) ratione cuius dicitur Deum operari in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate, & operari bene non esse volentis, neque currentis, sed misericordis Dei, & impossibile est intelligi aliquem bene operari sine hoc speciali beneficio gratiae: alioquin tale speciale beneficium gratiae non esset simpliciter necessarium ad operandum, sed ad melius; quod non esset sanum dicere. Ut constat ex P. August. de grat. Christi lib. 1. cap. 29. qui id probat contra Pelagium. Ergo impossibile est intelligi in statu conditionato consensus liberum, futurum sub conditione, nisi ex parte conditionis intelligatur speciale beneficium gratiae, cognitum ut tale. Patet haec consequentia: quia quidquid requiritur ex parte causae absolute ad consensus absolutum, requiritur ex parte causae conditionatae ad consensus conditionatum. Haec enim est vera. Oculi requiruntur essentialiter ex parte causae absolute ad videndum. Ergo requiruntur ex parte causae conditionatae, ut causa possit videre: & ideo quia ista est vera. Impossibile est hominem videre, nisi habeat oculos, haec etiam est vera. Si esset homo, & non haberet oculos, impossibile esset ipsum videre.

Ex parte causae absolute, & conditionate.

Y

533 Haec

533 *Qua-
sus est
P. Aug.* Habet maiorem difficultatem hęc probatio, quia vsus ea est P. Augustinus ad intentū ipsūmet probandum, qui 14. de dono perseverantiae ex eo quod Deus in tempore det speciale beneficium gratiæ illis, qui credunt, quod non dat illis, qui non credunt, infert ipsū præsciisse tale suū beneficium gratiæ, antequam daret: ita vt illud tale speciale beneficium gratiæ sit obiectum ipsius præscientiæ, non effectus: ita vt antecedit ipsam præscientiam (quam Iesuitæ putant esse scientiam mediam) non subsecquatur. *An quisquam (inquit) dicere audebit Deum non præsciisse, quibus esset datus, vt crederent, aut quos datus esset filios suos, vt ex eis non perderet quemquam? Quæ utique si præsciuit, beneficiis suis, quibus nos dignatur liberare, præsciuit.* Ex quibus immediate infert. *Hęc prædestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, scilicet, & preparatio beneficiorū Dei, &c.* De quo latè Legionensis q. 6. Scholastica cap. 10.

Urgetur. 534 Et potest hęc probatio adhuc urgeri. Nam quia in statu absoluto est simpliciter necessaria gratia ad operandum, chymarica est operatio futura sub conditione à voluntate sine gratia. Ergo quia speciale beneficium gratiæ est simpliciter necessarium ad operandum absolute; chymarica est operatio futura sub conditione à voluntate sine speciali beneficio gratiæ: si autem ex parte voluntatis, seu hypothesis, ante scientiam conditionatam necessario debet intelligi speciale beneficium gratiæ, in quo involuitur consensus: scientia de consensu sub illa conditione non potest esse contingens, sed merè naturalis.

*Negare
speciale
gratiam
in statu
condit.* 535 Huic probationi responderi posset negando in statu conditionato esse necessarium ex parte conditionis speciale beneficium gratiæ, quod est negare maiorem talis probatio-

nis. Et ad probationem maioris posset dici speciale illud beneficium simpliciter necessarium ad operandum salutariter in statu absoluto non esse necessarium ex parte causæ, sed ex parte Diuinæ providentiæ, & sic non requiri in statu conditionato. Et sic patet differentia inter auxilium speciale, & oculos, qui requiruntur intrinsecè ex parte causæ operantis: Et sic esse intelligendum P. Augustinum. Nam, & nos n. 522. diximus saluari speciale beneficium gratiæ, apud defendentes scientiam mediam per hoc quod actus bonus sit ex proposito Dei, per scientiam mediam regulatus.

536 Hęc tamen responsio impugnari potest, & (ostendendo pariter illius probationis vim) sic eam impugno. Nam speciale beneficium gratiæ in natura lapsa non requiritur dumtaxat extrinsecè ex Diuina providentiā, sed ex parte causæ, & ex difficultate operis. Natura enim humana ratione peccati originalis incurrit duo vitia, scilicet ignorantia in intellectu, & infirmitatem in voluntate. *Ignorantia autem, & infirmitas (ait Aug. P. cuius est hęc doctrina, de peccatorum meritis, & remissione cap. 17.) duo vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonū, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem innotescat, quod latebat, & suauē fiat, quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adiuuat voluntates.* Hęc autem infirmitas tanta fuit, vt relinqueret genus humanum semivium, vt colligunt Patres ex Parabola hominis descendens ab Hierico Luca 10. ratione rebellio-

nis sensualitatis contra rationem: quod colligitur ex Apostolo ad Roman. 7. dicente. *Condelector legi Dei secundū interiorem hominem: video autē aliā legem in mēbris meis, repugnantē legimentis meo, & captiuantē me in lege*

*Non sol-
uit.*

Luca.

*Ad Ro-
man.*

lege peccati, quæ est in mēbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Vbi Apostolus concedit se habere gratiam, cum ait, *condelector legi Dei secundū interiorem hominem: & tamē, quia videt aliā legem in mēbris suis captiuantē ipsum in lege peccati, expostulat speciale beneficium gratiæ, quæ cum effectu liberetur de corpore mortis illius: quod latè profertur P. Augustinus de correptione, & gratia, cap. 10. & duobus sequentibus.*

*Quia il-
la necesse
stas ori-
tur ex in-
firmitate
nata.* 537 Ex quibus sic arguo. Specialis illius beneficij gratiæ necessitas oritur ex imbecillitate naturæ, & debilitate virium, à rebellionē sensuū litatis contrarationem proueniens, vt Apostolus significat: hęc autem necessitas non est dumtaxat ex Diuina providentiā proueniens, sed intrinseca ipsi creaturæ: quæ cum imbecillitas sit, sicut in statu absoluto, etiam in conditionato (est enim eadem numero natura in utroque) sit, vt in utroque statu sit necessarium ex parte causæ speciale beneficium gratiæ. Quod corrui solutio, & restauratur probatio: & patet ad ea, quæ ex nobis adduximus: & videri potest Egidius in 2. dist. 28. q. 1. art. 2.

*Et pro-
bat neces-
sitas ora-
tionis.* 538 Hoc ipsum confirmant, quæ sibi obijcit Aldrete disp. 30. sect. 17. n. 8. desumpta ex oratione. Nam si quæcumque gratia sufficeret ab bene operandū salutariter cōsequenter, frustra nea esset, & in utilis oratio. *Quid enim stultius (ait Aug. P. passim) quam ab alio petere quod habes in tua potestate.* Iam vero necessitatem gratiæ probarunt Patres, & concilia ex necessitate orationis. Vt patet ex P. August. Epist. 90. & sequentibus, vsque ad 98.

*Ecce sol-
uit, non
petere* 539 Huic difficultati (quam non parum molestam appellat) respondet Aldrete, quod ex suppositione

quod habeamus gratiam, non petimus, vt ipsa fiat efficax a Deo, nec speciale beneficium; hęc enim esset stulta petitio. Quia ex nostra potestate est illud reddere efficax, sed petimus tamen, vt antequam intelligatur gratia a Deo concessa, se determinet Deus ipse ad dandam gratiam illam, quam videt habituram effectum, & futuram speciale beneficium gratiæ, & ita omnes impetramus, quod non erat in nostra potestate.

540 Sed hęc responsio ex dictis facilè rejicitur. Nam, vt notat P. August. Epist. 105. Apostolus gratiam habebat, cum dicebat, *Condelector legi Dei secundū interiorem hominem, & tamen, quia patrebatur tentationem grauem significatam illis verbis, sed video aliā legem, de prætabatur specialiore gratiam, & specialius gratiæ beneficium, vt posset cum effectu vincere grauem tentationem.* Ergo in sensu composito tentationis, & gratiæ petimus, & petere debemus speciale beneficium gratiæ. Videatur P. Augustinus Epist. 89. q. 2. & q. 3. column. 6. Constat ergo speciale beneficium gratiæ (quidquid illud sit) necessarium esse ex parte ipsius causæ, & sic in statu absoluto, & conditionato, & consequenter saltem in hac providentiā non esse possibilem scientiam mediam. Quæ probatio nobis valde grauis, & efficax videtur. Et deducitur ex doctrina P. Augustini, quem refert, & sequitur Egidius in 2. dist. 28. q. 1. art. 4. in resolut. art. Et ex his, quæ docent Theologi de impotentia vincendi grauem tentationem absque speciali gratia. Videatur Vazquez i. 2. disp. 189. & noster Coelestinus quodlib. 8. disp. 4. cap. 6.

*gratiam,
qui illam
habet.*

*Quia
Apost.
gratiam
habebat,
& pete-
bat.*

*Est ergo
probatio
efficax.*

*P. Aug.
Egidius
Vazquez
Coelestinus*

CAP. IV.

Deum non cognoscere futura conditionata in sua futuritione, probatur efficaciter ex Scriptura.

Probatio
efficax
ex Sacra
Script.
Viues.

541 **E**FFICACITER ergo probatur nostra sententia ex scriptura à pluribus Thomistis; præcipue a Viues *disp. 9. dist. 5.* Nam, si daretur scientia media, posset contingere metaphysicè esse aliquem hominem, quem Deus sua potentia absoluta non posset saluare, & ad operandum liberè indutere: & esse aliquem hominem, cui impossibile esset Deum conferre speciale beneficium gratiæ, vt saluaretur. Consequens est cõtra scripturã. Ergo, & antecedens.

Iuxta
quã nul-
las in sal-
uabilis.
Egidius
Argo.
Ripalda.
Ribaden.
Viues.

542 Mino:em probat Egidius *in 2. dist. 25. q. 1. art. 3. dub. 1. ad argu-
menta dubij, §. aduertendam tamen
ex Prouerb. 11. ibi. Cor Regis in manu
Domini, quocumque voluerit inclina-
bit illud.* Et cum Egidio, Argentina-
te, & alijs Scholasticis probat Ripal-
da, a nobis adductus, *disp. 1. à numer.
468.* Vbi oppositum censura inurit
remeritatis, propter testimonia Scrip-
turæ, & Patrum, quæ adducit: quorum
aliqua etiam adducunt Ribadeneyra
disp. 10. de prædeterminatione, & Viues
supra: quæ omnia hanc supremam po-
testatem Dei indicant oriri ex omni-
potentia Dei: vt attigimus *disp. 1. à
num. 98.* Ex quibus P. Augustinus in
Enchirid. Illa celebratissima verba
deduxit, *quis tam impiè desipiat, ut
dicat Deum malas hominum volun-
tates, quas voluerit, quando voluerit,
& quomodo voluerit, ad bonum non
posse conuertere?* Et eandem doc-
trinam habet *cap. 95. & 97. & de
correctione, & gratia cap. 14.* Vbi post
multa ad propositum ait. *Qui tamen*

P. Aug.

*hoc non fecit nisi per ipsorum hominum
voluntates, sine dubio habens humano-
rum cordium, quo placeret inclinando-
rum omnipotentissimam potestatem.
Et tandem concludit. Magis habet in
sua potestate voluntates hominum,
quam ipsas.*

543 Sequela vero probatur. Quia iuxta illius sententiæ Doctores, Deus non potest quempiam saluare, nisi expectato consensu futuro sub conditione, & medio consilio scientiæ mediæ; & ponendo hominem in occasionibus, in quibus scit liberè consensurum. Non repugnat autem metaphysicè hominem in nulla occasione esse consensurum; & sic Deus non poterit illum saluare. Et e contra non repugnat aliquem in omni occasione esse consensurum; & sic nulla poterit ei à Deo fieri specialis gratia: qua propter sine speciali beneficio gratiæ erit saluandus.

Esset ve-
ro aliquis
iuxta
scient.
med.

544 Hoc argumentum in varias solutiones Auctores oppositæ sententiæ distraxit. Prima est, Deum non posse saluare hominem liberè, posse tamen illum saluare, velir, nolir.

Nec suffi-
cit quod.
eum, que
domi.

545 Hanc tamè bene impugnat Viues *n. 115.* Quia prædicta testimonia loqui de homine liberè operante certum est; & expresse P. Aug. *14. de
correctione, & gratia ibi. Deo volenti
saluum facere, nullum hominis resistit
arbitrium: sic enim velle, & nolle in vo-
lentis, aut nolentis est potestate, ut Tri-
uinam voluntatem non impediatur, nec
superet potestatem. De his enim, qui fa-
ciunt, quæ non vult, facit ipse quæ vult.* Quod latè ibi prosequitur.

Sed sal-
uandi li-
berè.

546 Secunda solutio concedit: non repugnare metaphysicè hominè, què Deus non possit liberè saluare: re-
pugnare tamen moraliter. Sic Suarez *lib. 3. de auxilijs cap. 10. & 11. & 14. Suarez.
n. 16. Arriaga de scientia Dei disp. 21. Arriag.
sect. 6. n. 35. Borrull, disp. 13. sect. 3. n. Borrull.
728. & alij.*

Repugnã
quia vero
moralis.

547 Quomodo autem nõ repugnet moraliter explicat Ripalda *disp. 109. de ente, sect. 2.* Quia causalitas moralis auxiliorum gratiæ, consistentis in actibus in deliberatis, potest ita crescere in ratione intensionis, siue specificæ, siue gradualis, vt reddat moraliter impossibilem dissensum in sensu composito, licet non metaphysicè. Et hoc modo intendit saluare testimonia allata. Cui videtur suffragari Aldrete *disp. 33. sect. 15. num. 2.* dans etiã infallibilitatem metaphysicam.

Sine à
numero.

548 Secundo id explicant Suarez, Arriaga, & Borrull. Quia casus ille est moraliter impossibilis: sicut solemus dicere de peccatis venialibus esse moraliter impossibile, vt quis omnibus resistat: & in proiectione alearum, vt scilicet nullies ijdem numeri appareant.

Sive de col-
lectione
auxilij.

549 Tertio alij hoc explicant ex doctrina Aluertini *5. principio Phylosophico q. 1. 2. & 3.* Quia collectio omnium vocationum, licet in se indifferentiũ, postulat, vt ei non possit resistere voluntas, licet possit diuisiue.

Aut ali-
ter.

550 Quarto alij explicant id ex infinitate Diuini Domini. Nam dominium Dei expostulat, vt inter infinitas vocationes possibiles, sint aliquæ, quibus consensura sit creata voluntas.

Non sal-
uat physi-
cum Dei
dominiũ
Prado.
Viues.
Matth.

551 Hanc tamen solutionem late impugnant Prado *in metaph. con-
tra. 11. art. 6. §. 3. num. 137.* Viues *su-
pra,* & communiter Thomistæ: & no-
bis etiam videtur in sufficiens. Quia scriptura, & ex illa Patres dicunt esse in Deo hanc potestatem ratione omnipotentia, vt *Matth. 13. Potens est
Deus de lapidibus istis suscitare filios
Abrahæ,* & alibi sæpe. Et August. *P.
supra* ait, *esse omnibotentissimam po-
testatem,* scilicet omnipotentissimum dominium: & dominium hoc in operationibus hominum magis esse in Deo,

quam in ipsis hominibus. Si autem in se metaphysicè est possibilis illa conuersio prout à creatura, est ergo etiam possibilis prout à Deo. Nam obiectum omnipotentia non est possibile solum moraliter, sed possibile metaphysicè, & creatura solum habet potentiam finitam, & Deus omnipotentiam, & omnipotentissimam potestatem, & sic potentior, quam sit increatura.

552 Secundo. Quia illa potentia physica, metaphysicè se conuertendi, & illud dominium, quod in est creaturæ, est per participationem à potentia, & dominio, quod est in Deo: est enim potentia creata, & per participationem ab alio. Nam vt dicitur *ad Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo:* quæ propositio, vt ibi ait Egidius *§. in prima parte,* quasi est per se nota. Quia cum aliquid dicitur de superioribus, & inferioribus, oportet (per se loquendo) quod deriuetur ex superioribus ad inferiora, & per superiora, illud in inferioribus existat, vt ibi demon-

Nã creatura do-
minium
illius par-
ticipatio
est.

Ad Ro-
man.

Egid.

strat pluribus Scripturæ locis, & ratione. Cum ergo propter quod vnum quodque tale, & illud magis, vt tãquã principium Phylosophicum assumit, & explicat Aluertinus *6. principio Phylosophico,* sit necessario, vt si increatura sit potentia physica, & dominium metaphysicè se conuertendi, quando voluerit, vbi voluerit, & quomodo voluerit, hæc potentia, & dominium multo præstantius, & perfectius in Deo sit.

Aluert.

553 Quod confirmatur ex Diuo Chrysostomo *homil. 2. in Psalm. sicut cœ-
50. columna 5.* quem adducit Ripalda, *los crea-
dicente. Et vt scias, quia ita est, di-
xit: fiat cœlum, & factum est cœ-
lum.* Quia scilicet eadem potentia, & facilitate (vt Ripalda glossat, & merito) qua pro suo libito operatur cœlum, & alios effectus naturales, potest etiam operari nostros actus liberos ex voluntate. Iam vero potentiam, seu omnipotentiam, & domi-

Et Deus
re, potest
rebellen-
conuerte-
re.
D. Chris.
Ripalda.

nium, quo Deus potest effectus naturales, non esse moralem, sed metaphysicam, & physicam (vt sic dicamus) patet. Eadem ergo est, quæ in nostros actus liberos habet Deus.

Et omnipotentia a scientia media in dependēs

554 Vnde bene concludit Ripalda *ibi num. 16.* hanc omnipotentiam Dei non dependere a scientia media. Quia Patres hanc potestatem in intrinsecam Dei potestatem referunt: vt referunt potestatem, quam Deus habet, in quascumque res naturales. Quod latius posset confirmari, si hic locus esset opportunus, aut difficultas præsens id expostularet. Non possum tamen omittere. Quod, si illa omnipotentissima potestas dependeret a scientia media; Deum esse omnipotentem dependeret a libertate creata. Nam scientia media a libertate creata dependet. Deinde creatura pro suo libito posset facere, vt quod est possibile non sit possibile. Nam conuersio libera hominis quantumvis proterui possibilis est, vt patet. Et homo pro sua libera proteruia potest facere, vt non sit, nec possit a Deo produci: nec sit possibilis poni ab omnipotentia in rerum natura: & sic, quod non sit possibile.

Sed a possibilitate consensu. Prado. Vines.

555 Nec opus est illos quatuor modos, quibus est possibile moraliter Deum conuertere creaturam, impugnare: quod præstant Prado, & Vines, intendentes, vel dandam esse præmotionem essentialiter connexam cum consensu libero, vel non saluari auctoritates prædictas. Quare non negamus modos illos esse posibles, sed negamus illis saluari locutiones Patrum, & Scripturæ. Nec ideo intendimus (sicut Thomistæ intendunt) omnipotentissimam illam potestatem expostulare connexionem essentialem auxiliorum cum consensu libero: quia neque eo modo adhuc saluarentur locutiones illæ. Nam sicut vocationes omnino indifferentes non possent reddere euentum metaphy-

sicè certum; sic essentialiter connexion non relinquerent contingentem euentum. Intendimus ergo omnipotentissimam illam potestatem solum saluari: quia terminatur immediate ad possibilitatem intrinsecam ipsius consensus liberi, prout ab his, vel illis auxilijs, siue indifferentibus, siue connexis; vt præuisam per præscientiam, vt insinuauimus *disp. 1. a num. 468.* & probant, quæ adduximus.

Aldrete

556 Scio Aldrete, supra affirmare Deum posse metaphysice conuertere hominum corda: quia præbere potest eis gratiam vberissimam, quæ morali infallibilitate inferat consensum: ac proinde, quæ semper coniungitur cum scientia metaphysice infallibili de bona operatione futura sub conditione: quoniam non potest non esse vera vna pars contradictionis, & illam veritatem Deus infallibilitate metaphysica cognoscere.

Nec potest infallibilitate morali saluari.

557 Sed dato, quod non possit vna pars contradictionis non esse determinatè vera, negamus hanc debere esse illam, qua voluntas assentiat. Quia licet homo moraliter non possit non assentire, potest metaphysice sicut tot prodigijs, & miraculis infallibiliter allicientibus moraliter, Pharaon non assentire.

558 Scio etiam Aldrerum *num. 3.* affirmare esse moraliter infallibile Deum respectu cuiusque habere auxilia metaphysice infallibilia: sed cum hoc sit, quod negemus possibile esse in sua sententia: quia etiam est possibile oppositum, vt argumentum intendit; dum suum intentum non probat, vis argumenti manet in sua vi.

559 Adducunt aduersarij plures instantias, quibus probare contentent stare optime voluntatem posse resistere omnibus auxilijs diuine, non copulatiue; vt peccata venialia, quæ potest homo diuine vitare,

re, non tamen omnia: & præsentia locales, quarum quælibet potest ab homine per transiri, non tamen omnes; quia infinitæ sunt. Sed (quid quid sit de his exemplis, quibus possit apponi alia contrarium probantia) admissis, non probatur intentum Patrum, præcipue Augustini. Nam illis, vt plurimum probabitur possibile esse hominem in aliquo casu a Deo conuertere: at Augustinus plus petit cum Scriptura, vt Deus quædo voluerit, vbi voluerit, & quomodo voluerit possit hominem conuertere.

Quare alij recurrunt ad decretum comitans.

Ribade-neyra.

Quod explicant.

560 Tertia ergo solutio est, repugnare etiam metaphysice hominè, quem Deus non possit libere saluare, & conuertere: non solum relate ad collectionem omnium auxiliorum indifferentium, sed etiam relate ad quæcumque auxilia in particulari, tribuentia voluntati sufficientem potestatem ad suam conuersionem, ita Ribadeneyra *disp. 10. de prædest. n. 55.*

561 Explicat hanc solutionem Doctor iste, supponendo sententiam (quam ipse vel primus aperuit, vel maxime explicuit *in ea disputatione*) de decreto comitante, quo Deus simultaneè concurrat nobiscum ad nostros actus liberos. Putat enim (vt dicit *n. 1.*) decretum istud esse ordine causalitatis comitans nostrum actum liberum bonum, non præcedens; & esse determinatum ad ipsum actum: nec determinatum nostræ voluntatis, vt est Thomisticum, nec determinabile ab illa; vt est aliorum: estque tale decretum in potestate nostræ voluntatis, quoad sui existentiam, & non existentiam. Hoc decretum ait *n. 2.* requiri ad actus liberos bonos: ait etiam ordine causalitatis comitari actus liberos bonos nostros. Quia neque subsequitur ad tales actus, vt patet, neque antecedit, vt causa requisita ad illos. Quia iuxta suam sententiam nulla causa prærequisita ad actum liberum, potest esse

essentialiter connexa cum illo, potius quam cum eius omissione: & decretum hoc est intrinsece connexum cum actu, ideoque ordine causalitatis solum est concomitans.

Et adhuc magis explicatur.

562 Et vt breuiter proponam hanc sententiam: docet, semper, quod voluntas creata se determinat ad aliquem actum bonum, Deum simul, & concomitanter se determinare: & semper quod Deus se determinat ad volendum aliquem actum bonum liberum nostrum simul, & concomitanter creaturam se determinare ad eundem actum: & sic voluntas creata determinat se ad talem actum bonum, determinat Deum, vt concomitanter velit illum actum; & contra voluntas Diuina determinando se circa illum actum, determinat creaturam, vt concomitanter eliciat illum met actum: quin tamen detur aliqua causalitas mutua, nec mutua prioritas causalitatis, sed dumtaxat mutua connexio concomitantia, vt hic Doctor explicat *n. 14.* Et hoc decreto docet *n. 55.* posse Deum saluare, & conuertere sub quocumque auxilio quemcumque hominem: quia sicut eo posito libere potest se determinare voluntas creata, & concomitanter determinare Diuinam, ita libere potest se determinare Diuina, quam determinationem comitabitur essentialiter determinatio voluntatis creatæ.

563 Hæc est mens huius Doctoris, quam licet non possimus ex professo examinare, nequimus tamen omittere opinionem in hac nostra Academia non semel propalata, & Doctoris, quem viginti, & amplius ab hinc annis habuimus compalestritam: nec mediocris quidem viuacitatis ingenij, vt eius scripta ostendunt.

Et probant ex

564 Probat hanc sententiam, quia ad existentiam cuiusvis rei bonæ, s. Scripturæ, requiritur decretum efficax Dei iuxta illud *ad Ephes. 1. Qui operatur omnia*

Ad Ephes. 1.

nia secundum consilium voluntatis suae. Et Esaiā 4. consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Sed non requiritur decretum antecedens, ne latur libertas. Ergo comitans.

565 Secundo, iuxta Patres, Prædestinatio bonorum operū est decretū efficax ipsorum prioritate æternitatis ad ipsa: & iuxta ipsos talis prædestinatio requiritur ad opera bona: ut constat ex illis verbis Augustini de prædestinatio est, quæ sine præscientiā esse non potest, potest autem, esse sine prædestinatione præscientiā. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus, unde dictum est. Fecit, quæ futura sunt. Præscire autem potest etiam, quæ ipse non facit, sicut quæcumque peccata. Huiusmodi autem decretum, seu prædestinatio bonorum operum non est antecedens, sed comitans; ut satis indicat Aug. de natura, & gratia cap. 6. Qui Christum sequitur (inquit) potest interrogatus, cur esse voluerit Christianus? Respondere visum est mihi: quod cum dicit non negat Deo vi sum. Vbi voluntas bona simul est à Deo, & homine eligentibus. Cui consonat D. Prosper. 2. de vocatione gentium cap. 25. ibi. Frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis; cum ad hoc operentur, ut electi sint, & idē D. Th. 1. p. q. 25. art. 5. ad 1.

566 Ratione probat. Quia non implicat hoc decretum, sic explicatum, ut ipse ostendit solutione argumentorum: & alias sic omnia bene componuntur, quæ in hac materia desiderantur.

567 Sed in primis (quid quid sit de possibilitate talis decreti) hæc argumenta eius existentiam non probant. Nam decretum illud (si datur) executioni mandatur concursu vniuersali requisituo essentialiter ad omnes actus etiam prauos, ut actus sunt, ut vera sententia est Theologorum

contra Durandum. Argumenta autem probant, necessarium esse decretum speciale, quod sit intentio Dei dirigendi homines ad vitam æternam, seu ad gratiam, seu ad fidē, & quod sit specialis aliquorum electio, ut constat ex toto contextu Apostoli, & Augustini, & quod executioni mandetur medio auxilio speciali Sanctæ vocationis, & inspirationis. Dixerat enim antea Apostolus, sicut elegit nos in ipso (scilicet in Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti. Et infra. In quo sorte vocati sumus prædestinari. Vbi procul dubio loquitur de decreto specialis electionis. Augustinus etiam ibi ait, illam prædestinationem mandari executioni media gratia, ut videnti textum patebit. Non ergo argumenta probant decretum vniuersale, sed speciale. Loquitur ergo de electione speciali regulata firma cognitione, seu præscientiā, quæ est consilium in Deo iuxta dicta n. 469. non de decreto vniuersali.

568 Non me latet hunc Doctorem hoc decretum comitans appellare electionem: quare negat illud ad actionem materialem peccati in eis circumstantijs, in quibus nostra voluntas nequit ipsā ponere, ut docet d. sp. 11. cap. 3. & late explicat cap. 5. Sed hoc non componitur cum locis Scripturæ. Nam vel suum decretum comitans est vniuersaliter requisitum ad omnes actiones, etiam mere naturales, & indifferentes, sicut est concursus vniuersalis, vel solum ad dirigendos homines ad vitam æternam, vel ad iustificationem. Si primum, tale decretum non est electio, neque probatur illis testimonijs, in quibus sermo est de electione ad gloriam, seu gratiam. Si secundum, probatur quidem illud decretum illis testimonijs, & erit electio, sed non erit decretum comitans, quo Deus habet in sua potestate voluntates hominum, magis quam ipsi

Sed electio.

Et decretum comitans electio non est.

suas, immediate per electionem; quæ velit immediate consensum creaturæ in se ipso, sed media vocatione congrua Diuinæ gratiæ præuenientis, repperit dumtaxat in eis, qui saluantur, & bene operantur: quæ sicut est executio specialis electionis discernentis prædeitnatos a reprobis, orietur ex speciali intentione, & electione Dei, necessario supponentis futuritionem consensus, præuissam per scientiam mediā, & consequenter supponentem decretum comitans de illo consensu. Nisi forte velit hic Doctor electionem specialem ad gloriam, & ad consensum esse reflexam, & executioni mandari medio decreto comitanti, quo eligat consensum, quod non congruit testimonijs, in quibus dicitur illam electionem executioni mandari in tempore per vocationem gratiæ, consistentis in actibus in deliberatis.

569 Secundo decretum ipsum non videtur possibile. Nam ex terminis videtur implicare actum liberum nostrum esse æque primo integre, & perfecte in dominio Dei, & creaturæ, in solidum, absque mutua dependentia causalitatis. Primo, nam in genere loquendo. Concors est omnium iuris consultorum, & Theologorum sententia (ut ait Ripalda disp. 83. de ente, n. 30.) non posse penes duos esse dominium integrum, & perfectum eiusdem rei in solidum. Quod ibi late prosequitur. De inde hoc magis repugnare contingere Deo, & creaturæ, constat ex illis verbis P. Augustini. Magis habet (scilicet Deus) in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, idque conuincit ratio adducta n. 552. Nam si dominium quod est in creatura in suum actum liberum primo, & principaliter est in Deo: & primum in vnoquoque genere est regula, & causa ceterorum: illud dominium Dei erit causa dominij creaturæ, & vsus Dei erit causa vsus creaturæ, quo vtitur suo actu, & sic ac-

570 Tertio, aut Deus, & creatura volunt actum liberum creaturæ simul concomitanter, & per accidens, & mere casualiter, & fortuito se vniunt ad illum volendum, aut non? Sed ex intentione? Primum repugnat Deo, ut patet, & ex se est falsum. Quia, quæ fortuito & casualiter accidunt, raro accidunt. Ergo dicendum secundum. Sed non semper habet hanc intentionem creatura, ut patet experientia. Ergo habet illam Deus. Ergo consensus Dei prouenit ex speciali intentione causandi illum actum liberum, & sic physicè primo illum causat in tempore sub ratione entis, sub qua correspondet Deo, quam illum causet creatura sub ratione talis entis, sub qua correspondet creaturæ. Et hinc probatur Deū concurrere ad actionem, quæ est substractū peccati, ut causa physica vniuersalis applicando voluntatem ad obiectum medio actu in deliberato, quam applicationem exigunt causæ secundæ, & in hac elicentia non est peccatum: quia non est libera, cum sit necessaria ad indifferentiam voluntatis, & ut detur materia indifferens, quæ ipsa possit libere vti, quò actu elicitò, voluntas reflectendo formaliter, vel virtualiter super illum, vtitur eo ratione dominij: & sic datur peccatum in isto vsu prauo. Nam ut cum Augustino P. docet Egidius in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. §. advertendum creatura ipsum velle habet à Deo, sed quod tale velle ordinet, vel vtratur in malum, hoc habet à se, vide Egidium citato loco, vnde Deus ratione concursus vniuersalis est causa, vel ratio à priori concursus creaturæ ad actum naturalem, & ratione concursus specialis, est causa specialis actus boni. Nam ad malum non concurrir nisi, ut causa physica vniuersalis. De quo late dub. 13.

tus magis erit in potestate Dei, quam creaturæ.

571 Tandem illud decretum comitans

Alias Deus, & creatura casualiter vniuntur.

Egidius.

Hæc ratio mea de decretum comitans non probant.

Et, vel
nō esset li-
bertas,
vel sciēt.
mōd.

tas determinatum non componi cum libertate creata, nec cum scientia media, bene, & late probat Viues disp. 13. a. dist. 3. stādo in principijs Ribadeneyra. Nos autem vtrumque probamus breuiter ex dictis n. precedenti. Quia impossibile est voluntatem (sicut neque aliam creaturam) operari nisi prae existenti applicatione Dei per concursum simultaneum, & vniuersalem, ex eo quod effectus prius debet intelligi causari a Deo sub ratione entis, quam a creatura sub ratione talis entis. Sicut enim in effectu prius intelligitur quod sit ens, quam quod sit tale ens, sic ex parte causarum prius intelligitur essentialiter causari a causa prima, a qua habet vt sit, & vt sit ens, quam a secunda a qua habet quod sit tale ens. Ergo si libertas creaturae exercetur in elicentia actus, & non in vsu eius (vt fortassis sentit Ribadeneyra) fit, vt concursus vniuersalis (qui nō potest acquiri a creatura, cum essentialiter supponatur ad omne exercitium eius) non sit in potestate voluntatis, & cum sit essentialiter connexus, imo & identificatus cum suo actu, necessario aufert eius libertatem, & etiā scientiam mediam. Quia cum sit simpliciter necessarium, vt creatura possit operari, debet poni ex parte conditionis. Quare nos, vt ab his difficultatibus nos extricemus; ponimus duplex decretum, & concursus Dei, & duplex exercitium in voluntate: vnū effectiuum actus, quem praebet voluntas operando prius vt natura (supposito concursu Dei, vt causae primae physicae vniuersalis) & alterum dominantium, quem praebet voluntas vtendo suo actu, vt causa libera, supposita motione Dei ex parte finis, vt causae moralis, vt insinuauimus n. precedenti, & in quaestione a. n. 122. Non ergo hac via explicatur repugnare hominē, quem Deus nō possit saluare, & sic nō sit satis argumētō. De quo latissime toto dub. 13

CAP. V.

Deum non cognoscere futura conditio
nata in sua futuritione, probatur
efficaciter ex carentia
futuritionis ipso-
rum.

572 SECVNDO probatur efficaciter nostra sententia ratione desumpta ex carentia futuritionis contingentium conditionatorum. Nam talia contingentia nullo modo habent rationem futurorum, sed tantum possibilitium. Ergo non cognoscuntur a Deo in sua futuritione per scientiam mediam, Consequentia est bona.

573 Antecedēs probauimus, toto dub. 7. & iterum n. 482. & dub. seq. a. n. 683. late probādū: & modo probatur. Quia, vel contingētia conditionata, vt talia extrahuntur aliquomodo ab statu merae possibilitatis, vel nullo modo ab statu merae possibilitatis extrahuntur? Si primum, impossibile est ea cognosci nisi post decretum per scientiam visionis. Quia in intelligibilis est aliquo modo futuritio exercita absque decreto actuali. Si secundum, ergo non cognoscuntur per scientiam mediam, sed per scientiam simplicis intelligentiae. Quia ea, quae nullo modo extrahuntur ab statu merae possibilitatis, sed manent mere possibilis, sola scientia simplicis intelligentiae cognosci possunt.

574 Aliqui ex adversarijs con-
cedunt contingētia aliquomodo ex-
trahi ab statu merae possibilitatis, & sic
distingui aliquomodo a mere possibili.
Sic noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13
dubit. 3. §. respondent adversarij.

575 Sed quomodo contingētia
conditionata habeant esse futurum,

Probatio
efficax ex
non fu-
turis con-
dit.

Nam se
futura es-
sere decre-
tum neces-
sarium
esset.

Dicitur
se futura

sine decre-

to.

Putean.

Quia est
transitus
pure obie-

& transeant ad illud esse absque decreto actuali? Dicunt aliqui non esse necessarium decretum illud. Quia ille transitus a possibilitate ad illam futuritionem nō est realis, sed obiectiuus; ponens dumtaxat solam mutationem obiectiuam in re: & ideo solum requiritur variatio causarum obiectiue, vt effectus sub conditione illarum intelligatur futurus.

Nō satis
facit etiā
adversarij.
Aldrete

576 Sed hęc non satisfaciunt etiam ipsis adversarijs: vt Aldrete disp. 31. sect. 1. num. 3. & merito. Quia vel per illum transitum ponitur aliquid reale intrinsecum in ipsis contingentibus, vel solum est extrinseca noua denominatio? Si primum, illud necessario prouenit a decreto actuali, sicut transitus realis. Si secundum, etiam: quia illa noua denominatio realis debet prouenire a noua forma reali. Videantur dicta a. n. 167.

Eadem
esse respe-
ctus ra-
tionis.

577 Eadem ratione (& merito) non placet Aldrete solutio Ruizij, & aliorum, dicentium hanc futuritionem esse respectum rationis, & dari ab aeterno. Quod ibi impugnat, & late impugnat disp. 26. sect. 7. Et ratione impugnat. Quia futuritio illa conditionata cum sit omnino contingens, & libera, potuit non esse, & manere in statu merae possibilitatis, sicut eius carentia. Ergo aliqua causa fuit illius transitus: non creatura: quia supponitur numquam exitura. Ergo Deus. Vel dicendum illam futuritionem haberi a contingentibus a se, quod est absurdum, vel fatali quadam necessitate euenire. De quo plura a. n. 207.

Nec decre-
to pare
conditio-
nato.
Peñafiel.
Quiros.
Perez.
Ribadeney.

578 Quare secundo alij dicunt non esse necessarium decretum actu existens ad illam futuritionem, sed decretum, quod esset; quia sicut futuritio non est, sed foret: sic non est necessarium decretum: quod sit, sed quod esset. Sic Peñafiel disp. 27. sect. 2. n. 79. Quiros disp. 52. sect. 8. Perez de intelligentia Ribadeney. disp. 6. num. 114. & 119. Ribadeney.

ra disp. 21. n. 13. Annatus, quem refert, & sequitur Aldrete supra n. 2.

579 Nihilominus Aldrete n. 3. putat hac via non euacuari praecipuā difficultatem, & merito. Quia si ad futuritionem conditionalē euentus requireretur iridem similis futuritio causarum conditionata, & non sufficeret possibilitas: de illa futuritione conditionata causarum, maneret difficultas; a qua causa extra heretur ab statu merae possibilitatis? Aut si neutrum a merito statu possibilitatis extrahitur, scilicet nec conditionatū, nec conditio, vt get secunda pars nostri dilematis, vt dicemus.

580 Secundo. Quia ad quamcūque futuritionem conditionatam contingentem euentus praecedit necessario futuritio conditionata conditionis necessaria, sub alia conditione possibili: verbi gratia in hac conditiona-

li. Si vocarem Petrum auxilio A, Petrus consentiret ad ly Petrus consentiret, praecedit necessario saltem implicite hęc, existeret vocatio in Petro. Nā illa hypothesis, si vocarem Petrum auxilio A, includit virtualiter hęc duo. Si vellem dare Petro auxilium A, existeret in Petro auxilium A, quae est futuritio conditionata, necessaria: quia quid quid Deus velit efficaciter independenter a libero arbitrio, necessario erit: & collatio auxilij non dependet ab exercitio liberi arbitrij, cum requiratur, vt principium talis exercitij. Ergo ad quamcūque futuritionem conditionatam contingentē euentus liberi datur futuritio conditionata necessaria conditionis, quae non extrahitur ab statu mere possibilitatis. Nam hęc futuritio auxilij sub conditione Diuini decreti non extrahit ipsum ab statu merae possibilitatis. Hęc enim propositio conditionalis. Si vellem dare Petro auxilium A, existeret in Petro auxilium A, scientia mere naturali cognoscitur. Tunc sic. II

Annat.
Aldrete

Euacua-
tur diffi-
cultas.

Quia
hoc etiā
requiri-
tur ad co-
ditionē.

la secunda futuritio contingens, quam videt Deus ex hypothesi, quod existeret vocatio in Petro, non requirit solum decretum, quod foret sicut prima: Quia prima existeret ex vi connectionis cum sua conditione, scilicet cum decreto: secunda autem, cum sit contingens, non requirit solum hoc decretum, quod foret, alioquin necessario existeret, ex vi hypothesi. Ergo requirit necessario decretum, quod est de presenti, aut si non requirit, esset ex vi decreti, quod esset, sicut prima, & sic non extrahitur ab statu meræ possibilitatis, & cognoscitur scientia naturali, sicut prima.

Erfuturitis eadē tuis plus petit quā conditiōnis. Viues. 581 Tertio, quia (vt late Viues disp. 10. dist. 4. §. 2.) illa secunda futuritio conditionata plus affirmat, quā hypothesi, & quam futuritio implicite necessaria vocationis ex vi decreti in tali hypothesi imbibita; affirmat enim fore consensum Petri, qui est contingens futurum ex suppositione existentie hypothesi. Ergo illa futuritio consensus omnino contingens transit actu ab statu meræ possibilitatis facta illa suppositione, à quo statu non transit suum conradictorium. Ergo habet causam actu illius transitus, & sic decretum actuale.

Nec sufficit pos. sibilitas causarū. 582 Propter hæc respondet tertio Annatus dari causam actu, & de presenti illius secundæ futuritionis contingentis: & hanc non esse decretum actuale, sed possibilitatem causæ liberæ, & omnium necessariorum ad libere agendum. Nam sicut in effectibus necessarijs futuris sub conditione datur causa illius futuritionis, quin recurratur ad Diuinum decretum, quia in suis causis naturalibus habet determinationem: ideo enim erit futurus dies crastinus, quia erit sol: sic etiam possumus discurre in contingentibus.

Eam causam indifferentes sint. 583 Hæc solutio videtur Aldrete supra difficilior præcedentibus, &

merito. Quia si in causa indifferenti existenti cum omnibus requisitis ad operandum non potest cognosci effectus, etiam iuxta Iesuitas, qui in hac parte non sequuntur Molinam, multo minus poterit cognosci effectus futurus sub conditione illius causæ. Exemplum causæ necessariæ non iuvat. Quia effectus in causa necessaria habet determinationem, qualem non potest habere contingens in sua causa. Neque in hoc oportet immorari. Videantur Egidius de cognit. Angelorum q. 10. & Aldrete supra.

Egid. Aldrete ram q. 10. & Aldrete supra.

584 Quarto respondet Annatus causam huius transitus contingentis ab statu meræ possibilitatis ad itatum futuritionis conditionatæ esse possibilitatem suppositionis, ex qua futurum enuntiatur, quæ est possibilitas causæ liberæ completæ in actu primo. Sed hæc solutio eadem ratione impugnatur, ac præcedens: & aliàs, quia ponit merè possibile posse esse causam futuritionis exercitæ.

Egid. Aldrete

Nec sufficit pos. sibilitas suppositionis.

585 Quinto respondet Annatus negando contingentia conditionata, vt talia transire ab statu possibilitatis ad statum futuritionis, vt supponit nostra probatio, & falso. Nam inepre (inquit Annatus) dicuntur huiusmodi futura transire ad futuritionem. Primo, quia nūquam fuerunt pure possibilis, sed semper per totam æternitatem, & omnia eius instantia fuerunt conditionata futura. Secundo, quia voluntas semper, & in omni instanti æternitatis vnica præ alio volitura erat, vt patet in futuris conditionatis necessarijs, & hanc solutionem amplectitur Aldrete numer. 17.

Et negat re conditionata transire ad futurit.

586 Hæc solutio si vellet contingentia conditionata non transire ad statum futuritionis exercitæ: quia manent in statu meræ possibilitatis, esset nostra sententia dubio sequenti explicanda. Sed quia negat hunc transitum, eo quod contingentia conditionate fu-

Vel concedit nos. trāsire.

futura semper fuerunt talia, nullomodo nobis probatur: quia dicit falsum, & quia admittit absurdum.

Vel dicit falsum.

587 Quia dicit falsum. Nam in signo meræ possibilitatis iuxta eos qui scientiam mediam defendunt, huiusmodi contingentia conditionata intelliguntur mere possibilis, sicut eorum carentiæ. Nam pro signo hypothesi intelligitur possibilis futuritio consensus, & futuritio carentiæ consensus, & pro signo sequenti intelligitur futurus consensus, & non futura eius carentia. Ergo in consensu est transitus a possibilitate pura, ad futuritionem, qui non est in eius carentia.

Et admittit absurdum.

588 Quia admittit absurdum. Nam, vt late Viues supra à num. 63. in ea solutione descendit Annatus à communi doctrina Theologorum, etiam defendentium scientiam mediam: & deglutit inconueniens, quod omnes intendunt euitare de futuritione absoluta contingentiū, & omnium aliarum rerum ante prouidentiam. De quo Viues ibi, & nos n. 172. Quod vero hoc admittat Annatus, probatur. Quia, ait contingentia futura nunquam fuisse in statu meræ possibilitatis, nec ab eo transisse ad statum futuritionis conditionatæ, sed per omnem æternitatem, & per omnia eius instantia fuisse futura; id autem quod pro omni instanti æternitatis fuit futurum, pro instanti nullo fuit, aut potuit non esse futurum. Ergo pro nullo instanti fuit contingens esse futurum comparatione Dei, & creaturæ, ergo pro omni instanti fuit necessario futurum comparatione vtriusque. Probatur consequentia, quia contingenter, & necessario contradicunt. Quod latius prosequeret, nisi id iam præstitisset Viues.

Etiam in futuris est solutio.

589 Deinde, si hoc admittitur de contingentibus futuris conditionatis, idem admittendum de absolutis. Nam ratio quæ probat de conditionatis, vel est mensura æternitatis, cui omnia sunt

presentia, & nihil futurum, vel est vis contradictoria: hæc autem etiam probat de absolutis. Ergo futura absoluta fuerunt talia pro omni signo æternitatis, & sic ante Diuinam prouidentiam.

590 Nec refert, si dicas esse disparatam rationem: quia purificatio conditionis, quæ conditionata transeunt in futura absoluta, est libera Deo. Nam etiam futuritio purificationis conditionis est præsens æternitati, & determinatè futura ex vi contradictoria: quare non potest pro omni signo æternitatis non intelligi futura, sicut aliarum rerum futuritio intelligitur.

Et ad huc manet difficultas.

591 Et præterea, vt arguit Aldrete n. 18. adhuc, negato illo transitu ab statu possibilitatis ad statum futuritionis conditionatæ, remanet difficultas. Cur magis est futurus consensus, quàm eius carentia? Et cur Deus magis determinatur ad cognoscendum consensum futurum, quam carentiam eius? De quo late capite sequenti.

592 Vltima ergo solutio concedit secundam partem nostri dilematis. Scilicet contingentia conditionata nullomodo extrahi ab statu possibilitatis actu, sed extrahenda, si conditio poneretur. Sic indicat Henao num. 492. relatus, & sequuntur plures alij, alibi à nobis relati. Sed contra, quia si conditionata vt talia nullomodo extrahuntur ab statu meræ possibilitatis actu. Ergo, vt talia nullomodo extrahuntur ab obiecto scientiæ simplicis intelligentiæ, sed extraherentur, si conditio poneretur: id enim quod non extrahitur ab statu meræ possibilitatis, & eo modo quo non extrahitur, manet intra statum possibilitatis meræ: & quod sic manet, manet intra obiectum meræ scientiæ simplicis intelligentiæ.

Dicendum ergo conditio non extrahitur a possibilitate.

CAP. VI.

Deum non cognoscere contingentia futura sub conditione in sua futuritione, probatur ex carentia determinatiui scientiæ mediæ.

Prob. effi 593
cax ex nō
determi-
nat. sciē.
med.

TERTIO probatur nota sententia ex carentia determinatiui scientiæ mediæ. Pro cuius intelligentia suppono cuiusque scientiæ speculatiuæ duplex esse determinatiuum: vnum remotum, & hoc est veritas determinata obiecti: quia obiectum scientiæ debet esse verum determinate, cum sit perfectio intellectualis: alterum proximum, & hoc est præsentia ipsius obiecti, qua sit præsens per se, vel per aliud cognoscenti. Ex quibus sic arguo.

Nam cog-
nitum de-
bet esse
verum.

594 Quidquid cognoscitur debet esse determinate verum, secundū quod cognoscitur. Quia ab eo quod res est, vel non est, cognitio dicitur vera, vel falsa, ex Aristotelis cōmuni doctrina, vt probauimus num. 166. Sed pro signo anteriori ad scientiam mediā futura contingentia sub conditione non habent veritatem determinatam in se ipsis. Ergo nec sunt cognoscibilia in sua futuritione.

Et ante
scientiā
med. non
est verum

595 Minorem late probauimus dub. 4. Vbi cum pluribus etiam Iesuitis ostendimus futura contingentia siue absoluta, siue conditionata in sua futuritione veritatem determinatam non habere.

596 Huic argumento plures adhibentur solutiones, quas ibi impugnaui: & sufficiat hic attigisse defectum huius determinatiui remoti: sed hic nō agimus præcipue de hoc, sed de proximo, pro quo sic vltimus arguētor.

Et cogni-
tū debet

597 Quidquid cognoscitur, oportet, vt sit præsens cognoscenti in

se, vel in alio. Sed futura contingentia cōditionata nullo modo sunt Deo ab æterno præsentia, neque in se, neque in alio in sua futuritione. Ergo nullo modo possunt à Deo in sua futuritione cognosci.

esse pra.
sens.

598 Maiorem ponit Egidius disp. 1. adductus num. 255. & late illam probat P. Augustinus 11. confessionum cap. 17. vbi querit à Deo, vbi videantur futura, & præterita, quæ non sunt? Nam vbi (inquit) ea viderunt, qui futura cecinerunt, si non sunt? Neque enim videri potest, quod non est: & qui narrant præterita, non vtique vera narrant, si animo illa non cernerent, quæ si nulla essent, cerni omnino non possent, sunt ergo futura, & præterita. Quod late prosequitur cap. 18. vbi cōcludit.

Iuxta P.
August.
Egidius

Quo quomodo se itaque habeat arcana præsentia futurorum videri, nisi, quod est, non potest. Quod autem iam est, non futurum, sed præsens est. Cum ergo videri dicuntur futura, non ipsa, quæ non dum sunt, id est, quæ futura sunt, sed eorum causæ, vel signa foris videntur. Ex quibus infert cap. 19. Deo nihil esse futurum, sed præsens: ideoque à Deo futura præsentia liter cognosci, & nos illa docere. Et 4. de Genesi ad litteram cap. 32. Cognitio (ait) fieri non potest, nisi cognoscenda præcedant.

Et quia
cognitio
assimili.
S. Thom.
Egid.

599 Sed & ratione probatur illa maior. Quia, vt cum S. Thoma, & Egidio diximus disp. 1. n. 46. ad cognitionem (quæ fit per assimilationē, necessarium est, quod cognitū, & cognoscens sint mutuo similia: & sic oportet, vt fiat noua cognitio, vel quod cognoscēs assimiletur cognito, accipiēdo esse intelligibile, seu intētionale illius per speciem cogniti, vt cōtingit in nobis, vel quod cognitum assimiletur cognoscenti, accipiēdo aliquod esse, quo fiat cognoscenti simile: vt contingit in Angelis, iuxta S. Thom. & Egidium. Quæ propter semper oportet,

vt cognitum sit simile aliquo modo cognoscenti, & illi præsens, vel per speciem sui, quæ est ab eo immixta cognoscenti, vel quia cognoscens habet naturaliter speciem cogniti, & per motum, quo cognitum accipit esse, & fit simile cognoscenti, incipit species cognoscentis illud præsentia liter repræsentare. Vnde aliter impossibilis est cognitio.

Et cogni-
tum de-
bet moue-
re cognos-
centem.

600 Secundo probatur illa maior. Quia cognitum debet mouere, vel quasi mouere cognoscentem ad cognitionem in genere veluti causæ efficientis, & terminare eius cognitionem in genere obiecti, & causæ materialis. Quia impossibilis est cognitio sine motiuo, & absque materia circa quam versetur, sicut impossibilis est actio physica absque motiuo, & absque materia. Impossibilis est autem hæc motio, & hæc terminatio à re non præsentia. Quia nullū agens est possibile operari, aut pati in distans, vel à distanti.

Et con-
dit. non
sunt ab
æterno
præsen-
tia.

601 Iam vero minor nostri argu-menti principalis etiam probatur. Quia futura contingentia conditionata ab æterno non sunt Deo præsentia, neque in se ipsis, neque in suis causis: quia alias futura contingentia non essent. Nā, si essent præsentia in se ipsis, futura non essent, sed præsentia: & si essent præsentia in suis causis, contingentia non essent, sed determinata, & necessaria; vt ex Egidio probauimus n. 164. Si ergo talia futura in sua futuritione nullo modo Deo præsentia sunt, magis quam eorum carentiæ, impossibile est terminare scientiam Dei; vt cognoscantur potius quam eorum carentiæ.

Et impos-
sibilis est
effectus si-
ne forma

602 Secundo probatur illa minor. Quia impossibilis est effectus formalis de præsentia absque forma de præsentia, vt patet. Quia effectus formalis est forma ipsa prout in subiecto, vel modus, quæ forma communicat subiecto. Sed ab æterno nulla datur forma, qua

magis futura contingentis conditionata sint Deo præsentia, imo qua sine futura potius quam eorum carentiæ: cum ab æterno in futuris conditionata, quæ nunquam extitura sunt, nulla sit entitas, vel modus, qui sit in ipsis, & non in illorum carentijs: neque sit causa, à qua efficienter sit ante scientiam mediā. Ergo priorī ad hæc futura contingentia conditionata in sua futuritione nullo modo sunt ab æterno Deo præsentia. Quod etiam fatentur Perez, & Ribadeneira, vt num. 281. diximus.

Nec cōn-
stitutiue
determi-
nant con-
dit.

Aldrete
Ribaden-
Quiros

603 Relictis pluribus solutionibus, quas impugnaui dub. 4. cap. 2. dantur aliæ, quas loquendo de scientia visionis refert, & impugnat Aldrete disp. 26. a sect. 5. & disp. 31. Vbi refert solutionem olim sibi placentem, eamque deserit. Et sect. 3. impugnat solutiones Annati, quas capite præcedenti impugnaui. Et tandem sect. 4. impugnat ne xū, ad quem recurrit Perez quem nos impugnaui a n. 273.

604 His ergo impugnatissimis solutionibus, ipse Aldrete sect. 5. Respondet latissimè, & substantia solutionis consistit in hoc, quod Deus ex se est determinatus positiuè ad habendam scientiam mediā: constitutiue vero determinatur ab ipsa veritate obiectiua, quæ esset in tempore, importato per copulam, si conditio poneretur: negatiue vero determinatur ab ipsa naturali repugnantia, quam habet intellectus Diuinus, vt assentiat falso. Et idem fere sub alijs verbis, Ribadeneira disp. 21. n. 26. Et idem videntur respondere alij apud Quiros disp. 53. sect. 6. imo, & ipse Quiros sect. 7.

Quia nō
habent
obiectiuā
determi-
nationē

605 Sed neque hæc solutio satis facit. Quia licet Deus sit ex se determinatus intrinsece ad cognoscendum: tamen futura contingentia conditionata non habent ab æterno determinationem obiectiuā, vt constitutiue determinent Diuinā cognitionē, ad hoc vt

terminetur potius ad se, quam ad suas carentias; hæc enim obiectiua determinatio non assignatur.

*Nec præsentia-
tatem.*

606 Secundo. Estõ daretur in contingentibus conditionis obiectiua determinatio, non datur in eis præsentia, vel in se, vel in alio ab æterno, vt potius ipsa, quam suæ carentiæ terminent Diuinam cognitionem constitutiue: cum ab æterno non sint præsentia in se, vt patet, & maxime conditionata, quæ numquam erunt, neque in suis causis: cum omnes contingentes sint: & non sufficit infinita cognitio intelligentis, si non adfit determinatio obiectiua, & præsentia-
tas cogniti.

*Et expli-
catur
exemplo.*

607 Explicatur hoc, exemplo. Licet Angeli habeant species omnium cogitationum cordium, & ex se sint determinati ad illas cognoscendas, & hæc certõ sunt futura: tamen, quia ante quam sint, sunt in determinata: & non sunt præsentia Angelis, neque in se, neque in alio, non possunt terminare cognitionem Angelicam. Ergo idem dicendum de conditionatis comparatione cognitionis Diuinæ: ac proinde sicut Angeli non possunt naturaliter futuras cogitationes cognoscere in sua futuritione, sed ex pectant eorum existentiam, & reuelationem, sic etiam contingeret Deo.

*Neque es-
sentia Di-
uina.*

608 Dicit forsan aliquis, futura conditionata contingencia esse Deõ ab æterno præsentia in essentia Diuina, & vt sic posse quasi mouere, & terminare Diuinam cognitionem. Sic videntur sentire aliqui moderni.

*Est deter-
minata.*

609 Sed ad huc manet difficultas. A quo determinetur magis essentia Diuina constitutiue, vt repræsentet potius futura conditionata contingencia, quam eorum carentias? Quia sicut cognitio fit per assimilationem, sic etiam repræsentatio speciei intelligibilis.

610 Dices, si præsentia-
tas obiecti

ti necessaria esset ad cognitionem, neque Angeli, neque Christus possent futura contingencia cognoscere per reuelationem. Quia hæc nullo modo sunt eis præsentia: imo neque Deus.

*Quo mo-
do futura
cognoscã-
tur?*

à Deo.

611 Respondeo Deum illa cognoscere præsentia-
liter in suo esse, & essentia determinata per decretum. Quia ibi sunt præsentia-
liter tanquam in causa, in qua habent esse magis, quam in se ipsis: & etiam in sua æternitate, vt explicat Egidius, *de cognit. Angelorum q. 10. & in 2. dist. 11. q. 2. art. 2. De quo late disp. 3. dub. 6. & Lusitanus libro 11. q. 8. art. 3. §. 7. à numer. 89.*

Egid.

Lusit.

612 Christus vero, & Angeli beati cognoscunt futura in verbo, vt Egidius docet *citata q. 10. circa finem corporis.* Quia ibi repræsentantur sibi præsentia-
liter, melius quam cum sunt in se ipsis.

*Et à
Christo,
& à Bea-
tis.*

613 At viatores, & beati per scientiam infulsam cognoscunt futura, vt sibi præsentia in aliquo medio, sibi præsentia, scilicet in Diuino testimonio, vt docet, loquendo de Christo, *3. p. q. 11. art. 1. Cabrera disp. 4. n. 11. Ragusa disp. 91. §. 1. Vanez 1. p. q. 57. art. 3. Curiel controu. 1. n. 103. & alij: eisque fauet P. Augustinus num. 598. relatus, cum ait: Cum ergo videri dicantur futura, non ipsa, quæ non dum sunt, sed eorum causa, vel signa forsan videntur. Et sic per signa Deumones coniecturaliter illa aliquando cognoscunt; & per causam, si sint futura necessaria, quo pacto illa cognoscunt Astrologi.*

*Et per
scientiam
infulsam.*

*Cabrera
Ragusa
Vanez
Curiel.*

614 Vel Christus, & viatores cognoscunt futura, etiam contingencia, vt communiter docent Theologi tract. de scientia animæ Christi per species proprias existentia-
rum, quæ sunt participationes Diuinarum idearum. Nam sicut ideæ Diuinæ possunt repræsentare, & necessario repræsentant consensum determinate

*Scilicet
per spe-
cies pro-
prias.*

possibilem prout in hoc instati, & per hoc auxilium, & futurum, supposita de terminatione decreti: ita poruit in fundi animæ Christi species a Deo, repræsentatiua illius consensus liberi futuri, qua formaret verbum mentis, in quo præsentia-
liter illum, vt futurum cognosceret: quia determinate repræsentaretur ab ea specie, non solum in vniuersali, vt repræsentaretur ab speciebus Angelicis, sed etiam in indiuiduo: licet determinatio decreti Diuini cognosceretur per reuelationem: quod, supposita determinatione quæ habet in prima causa, non repugnat. In hac sententia est Curiel, *in manu scriptis ad citat. art. D. Thom. dub. 2. prope finem.* Vbi notat hanc speciẽ nõ repugnare ex parte indifferentia-
 futuri: quia est species illius, vt est determinatũ in se: est enim repræsentatio illius esse, quod habebit, dum sit actu. Et licet sit creata, est altioris ordinis, ac possunt esse omnes species connaturales creaturæ, & specialiter producta ad imitationem Diuinæ naturæ, & Diuini esse: adducitque pro se Caietan. *Ad illum articulum §. neque hoc est mirabile, & §. breuiter.* Neque repugnat talem speciem repræsentare actu existentiam contingentis, eo quod de beat esse potentialis in repræsentado, vt de omnibus speciebus connaturalibus creaturis diximus *disp. 1. num. 70.* Quia hæc species non est connaturalis alicui creaturæ, cum sit altioris ordinis.

Curiel.

Caietan.

*Neque
scientia
med. se ip-
sam de-
terminat
Ant. Pe-
rez.
Ribaden.*

615 Aliter respondet argumẽto facto à n. 596. Antonius Perez de pro-
videntia *disp. 3. cap. 2.* Existimat enim futuritionem formalem esse aliquid ab æterno existens in se, & sic Deo præsentia. Quia impossibile est (inquit) denominationem præsentem, & actu existentem sumi ab alio, quam à forma, seu ratione formali præsentia, & actu existentia: & ideo concludit, quod futuritio non est futura, sed præsentia-
liter

quin idem esset Anti-Christum esse futurum, & futuritionem Anti-Christi esse futuram: & sic existet futuritio Anti-Christi, quando existat Anti-Christus: quod est euidenter absurdum. Quia tunc non est futurus Anti-Christus. Vnde putat hanc futuritionem formalem, & præsentem Deo ab æterno, & determinantem Diuinam scientiam nihil esse aliud, quam ipsam scientiam mediam: quia omne existens in se ab æterno est identificatum cum Deo: & sola scientia media est ab æterno identificata cum Deo. Atque idem sentit Ribadeneyra *disp. 10. cap. 2.*

*Aliis
cognosce-
ret oppo-
sita.*

616 Sed in primis, idem posset dicere de carentia futuri conditionati: scilicet scientiam mediam determinare Deum ad cognitionem non futuritionis.

*Et esse
scient. na-
turalis.
Viues.*

617 Deinde (omissis, quæ contra hanc doctrinam diximus à n. 267. & quæ contra eam dicit Viues *disp. 18 p. 1. dist. 2. præcipue à n. 122.*) sic eam impugno. Ergo repræsentatio, & cognitio futuri contingentis conditionati est Deo merè naturalis, & nec obiectiue, nec terminatiue est ipsi contingens, quæ est nostra sententia. Probo consequentiam, quia nihil identificatum cum Deo potest esse contingens Deo, & ab eo deficere.

*Vel pete-
retur
principiũ*

618 Si vero recurras ad connotatum extrinsecum, reddit argumentum, & inquiri. An illud sit præsens ab æterno, vel non? Si non, ergo cum illud constituat futuritionem, ab æterno non est præsens futuritio: quod negant isti Doctores. Si est, ergo vel in se, vel in Deo. Non in se, vt patet. Ergo est in Deo contentum, scilicet in omnipotentia, & essentia sub ratione possibilis. Videat Viues, qui plura desiderat, contra prædictam solutionem;

& videat Henao in *Hystoria euentilat. 44. n. 118.*

CAP. VII.

Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in sua futuritione, probatur ex impossibilitate obiecti scientiæ mediæ.

Probat. efficax ex repugnantia obiecti scientiæ mediæ.

619 QVARTO probatur nostra sententia, ex repugnantia obiecti scientiæ mediæ, quā attigimus in quæstione n. 85. Nam obiectum scientiæ mediæ est futuritio cōtinentius creati sub conditione, omnino contingens Deo. Sed hæc est impossibilis. Ergo & obiectum scientiæ mediæ. Probat. minor. Quia ut tota disput. 1. probatum est, Deus scientiam merè naturali cognoscit in sua essentia, & ideis, quid erit, vel non erit futurum sub quacumque cōditiōne possibili. Posita autem hac futuritione in esse idealis, & scientia naturali ad ipsam terminata, impossibilis est alia futuritio contingentium exercita in se ipsis, & alia scientia ad illam terminata. Nam, vel posset esse futuritio opposita euentus præuisi conditionaliter futuri, vel non: Si posset, ergo posset falsificari scientia naturalis. Si nō posset, ergo non esset futuritio contingēs.

Et consultationis.

620 Secundo, quia ideo per scientiam mediā Deus respicit futura sub conditione auxilij, ut inquirat, & consilietur de futuritione, vel non futuritione consensus, sub quocumque auxilio. Posita autem naturali notitia de futuritione euentus, impossibile est euentum non esse consequenter, si ponatur auxilium. Ergo impossibilis est consiliatio de tali futuritione: cum de illa habeatur firma cognitio: & nemo consulat, aut inquirat de eo quod non potest aliter se habere. Ideoque n. 469 Cum S. Thoma, Agidio, & Damasceno diximus hanc consulationem, &

electionem ad ipsam sequutam, esse naturæ ignorantis. Videantur ibi dicta, quæ æque militant contra hanc sententiam, ac contra sententiam Thomisticam. Nam cum electio sequatur consilium, sicut repugnat esse electionem futuri sub conditione, posita illa notitia, ita repugnat consilium, quod talem electionem regulet.

621 Explicatur hæc ratio, scientia naturali cognoscit Deus hanc veritatem. Si esset hic ordo causarum, a quo video possibilem consequenter specialiter consensus prædissensus foret consensus consequenter. Ut diximus n. 108. Posita hac notitia, & eius obiecto, necessariò præuidetur sub eo ordine causarum, si poneretur futurus consensus consequenter, necessitate orta ex suppositione præuisionis. Ergo non est possibile ipsum non esse sub illa hypotheti: & si non est possibile alia futuritio contingens eius consensus, non est possibile consultatio, quæ esset impossibilis: quia esset de his, quæ ex suppositione prioris notitiæ non possunt aliter se habere.

622 Confirmatur. Quia impossibile est scientia mediæ de obiecto futuro præuiso per scientiam mediā. Verbi gratia, vidit Deus Petrum consensus sub auxilio. A. Hac posita notitia non est possibile alia scientia mediæ reflexa, quæ prævideat. Vtrum Petrus consensus sit, nec ne; contingenter, si vocetur auxilio. A. Quia priori notitia supposita obiectum illud sub cōditiōne nullo modo manet contingens, sed est infrustrabilis veritatis. Quia in hypothesi non solum ponitur auxilium, sed etiā scientia mediæ de consensu, sub eo auxilio, dicēdo. Si vocauero Petri auxilio. A. sub quo video per scientiā mediā consensus, consentiet? Quæ consultatio impossibilis est Deo, quia stulta: quia non remanet contingentiā in euentu. Sic in nostro casu scientiæ mediæ sic esset formāda obic.

Supposita scientia naturali.

Sicut supposita scientia mediæ non est alia scientia mediæ.

obiectū. Si vocauero Petri in serie causarum, in qua video ipsum per scientiam naturalem consensus, consentiet? Quæ etiam consultatio impossibilis est.

623 Dices, posse poni ex parte Nec pos. sunt ponitaxat cum principijs indifferentibus, ex parte & non ponit scientiam naturalem de condit. consensu; quo casu euentus erit con- tingens Deo. sola aux.

624 Sed contra. Quia semel habita priori notitia, cum sit naturalis, non potest Deus se ab illa præscindere in combinatione auxilij cum euentu liberè futuro: alioquin notitia illa, naturalis non esset Deo, sed libera. Et instatur. Quia iuxta aduersarios semel habita scientia mediæ de consensu futuro sub auxilio. A, non potest Deus se ab illa præscindere quando dicit. Si vocauero Petrum auxilio. A, quo video per scientiam mediā ipsum consensus, consentiet.

Nec saluari duas locutiones PP.

Sylua.

625 Confirmant hanc doctrinam testimonia Patrum præcipue Augustini. Nam docent Deum cognoscere futura conditionata, ut probauimus dub. 5. cap. 2. & alias docent futura cōtingentiā conditionata, quæ ponebāt Semipelagiani, esse conficta futura, & nullo modo esse futura: hæc autem duo non possunt componi neque in ista sententia, neque in Thomistica. Quia in vtraque sententia non dantur futura conditionata idealia, nisi tantum exercita in se ipsis, ut diximus n. 349. Quare, ut ait Sylua dub. 13. n. 80. futura conditionata non cognosci per scientiā simplicis intelligētiæ, vtriusque sententiæ auctores supponunt in dubitanter: & inde fit quod inter ipsos solum est difficultas. An cognoscantur futura, vel per scientiam visionis, vel per aliam, quæ non sit visionis, sed mediæ? Quare neutri possunt saluare duplex illud assertum à Patribus. Nam si admittunt illa esse conficta futura: nō possunt non affirmare in Deo non esse

cognitionem illorum contingentium. Nam Patres, ex eo quod sint conficta futura, inferunt Deum illa non cognoscere, & in Deo non esse illorum scientiam, sic Aug. P. lib. 2. contra duas Epistolas Pelagian. cap. 7. & lib. 1. de anima, & eius origine cap. 12. Quo modo enim præsciuit ea futura (ait in priori loco) quæ, illis in infantia morituris, quia præscientia eius falli non potest, præsciuit potius non futura? Et ibi, & lib. 26. contra Faustum cap. 4. Et alibi sæpe, semper quærit. Quo modo enim recte dicitur præscire futurum quod non est futurum? Si vero admittunt Deum cognoscere futura illa, quo modo possunt defendere secundum assertum à Patribus, scilicet illa non esse verè futura, sed commentitia? Ideoque non esse in Deo præscientiam de illis?

626 Hæc autem doctrina Patrū optime saluatur in nostra sententia: quia ponimus futura conditionata idealia, quæ non sunt vere futura, sed mere possibilis, licet à nobis explicentur modo conditionali: & dicuntur obiecta conditionalia: & hæc dicunt Patres cognosci à Deo, & negamus futura conditionalia, exercita in se ipsis: & hæc dicimus non esse vere futura, sed ficta: & sic ea negare Patres, & etiam negare, in Deo esse scientiam de illis. Et in hoc sensu loquuntur noster Ariminensis, noster Franciscus à Christo, & Martilius, & alij relati n. 512. contra aliquos Catholicos, ut dixi ibi.

627 Expresit Augustinus hanc doctrinam, de prædestinatione sanctorum cap. 14. ponderans illud sapientie 4. Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, vbi ait. Dicitur enim secundum pericula vitæ huius, nō secundum præscientiam Dei, qui hoc præsciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut ten-

Aug. P.

Quæbe- ne saluatur à nobis.

Ariminiensis.

Estque doctrina P. Aug.



rationum subtraheretur in certo, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. A quo testimonio non bene se expediunt utriusque sententia Auctores. Docet enim ibi Augustinus in Deo esse cognitionem obiectorum sub conditione. Nā ideo iustus à Deo raptus est, quia cognouit quod si non raperetur, malitia mutaret intellectum eius, & fictio deciperet animam illius. Alias, ait hoc esse dictum secundum pericula vitæ huius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præsciuit, quod futurum erat, scilicet absolute, non quod futurum non erat. Quia scilicet obiectum illud conditionatum, si non raperetur, malitia mutaret intellectum eius, nullo modo futurum erat, sed mere possibile, ideoque non erat obiectum præscientiæ, quæ proprius est futurorum, non mere possibile. Vt diximus disp. 1. n. 394.

628 Aldrete disp. 29. sect. 7. num. 8. respondet huic testimonio (& subtiliter, ut ait) ideo Augustinum dixisse illa conditionata Semipelagianorum non esse futura, etiam sub conditione: quia erant merita viribus naturæ facta, quæ sunt futura impossibilia, etiã sub conditione.

629 Sed hæc solutio non quadrat verbis allatis, in quibus S. Parens non loquitur de meritis, sed de peccatis, ut patet. Secundo, quia ut docet ipse Aldrete disp. 29. sect. 5. n. 4. plures Semipelagiani admittebant gratiam esse necessariam ad bene operandum, & tamen contra omnes Augustinus, & alij PP. dicunt illa obiecta conditionata esse impossibilia. Tertio, quia Patres non dicunt illa futura conditionata nullo modo esse merita, sed illa merita nullo modo esse futura, ut constat.

Ex n. 625.

CAP. VIII.

Soluntur argumenta ex Scriptura Sacre autoritate.

630 SED obijciunt aduersarij primo illa verba saluatoris Math. 11. Vt tibi Corozain, & tibi Bethsaida, quia, si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. Ex quibus sic arguunt. Increpatio comparatiua petit vires æquales, ne sit illusoria. Sed si esset necessarium decretum efficax absolutum ex parte actus, nõ essent vires æquales. Ergo independenter à tali decreto cognoscuntur futura illa conditionata: & sic per scientiam mediam.

Obijciunt res. Math.

631 Hoc argumentum proposui n. 432. vbi dixi habere eandem difficultatem in scientia media, ut ibi explicuimus, & sentit Bona spes disp. 11. dub. 1. n. 38. neque hoc oportet inculcare amplius.

Alibi in calcath. Bona spes.

632 Igitur Bona spes supra num. 47. respondet hoc argumento probari Deum cognoscere futuritionem poenitentia Tyriorum sub conditione prædicationis Christi, ante decretum actuale per scientiam mediam, non quidem strictam, sed latam: distinxerat n. 7. duplicem scientiam mediam, Vnam strictam, quæ scilicet nec sit simplicis intelligentiæ, nec visionis, sed media inter vtramque negatiue, quia neque est vna, neque altera, cuius obiectum est futuritio conditionata in se ipsa. Alteram latam, quæ scilicet nec sit simplicis intelligentiæ præcise, nec visionis præcise, sed constata ex vtraque: & sic obiectum illius est existentia vnus obiecti, & possibilitas alterius sibi similis; qua scientia Deus in operatione libera Peuri verbi

Illis facti. facit. scient. med. lata. Bona spes.

bi gratia operantis auxilio. A, ut duo cognoscit infallibiliter Paulum operaturum similiter, si haberet eandem dispositionem, ac Petrus, & daretur ei idem auxilium. A, quod fuit datū Petro. Vnde existimat ideo Deum cognouisse poenitentiam Tyriorum, quia licet mere possibile sit, artenta tamē eorum dispositione præsentī, omnino simili dispositioni agentium, qui, suppositis virtutibus istis iam concessis, in cinere, & cilicio iam infallibiliter poenitentiam egerunt, ipsi Tyrij, & Sidonij poenitentiam egissent.

633 Hanc solutionem, & doctrinam impugnat Henao ementil 44. n. 1187. & d. inops. Nobis autem ex eo displicet. Quia ex ea sequitur Deum solum cognoscere contingentia conditionate futura creaturarum futurarum, & existentium, non autem possibile, quod vnus, vel alter Theologus dumtaxat docuit, quos impugnauimus toto dub. 6. Sequela probatur. Quia iuxta hanc doctrinam Deus, ut cognoscat futura conditionata Tyriorum, verbi gratia, necessario debet habere scientiam visionis de consensu alterius, similibus virtutibus consentientis. Ergo casu quo Deus decerneret nullam producere creaturam rationalem, nullam veritatem contingentium conditionatorum cognosceret, cum tunc nulla esset visio de consensu alicuius.

634 Si vero dicat hic auctor Deū contingentia creaturarum mere possibile cognoscere in causa, vel in se ipso per scientiam simplicis intelligentiæ; idē dicemus nos de cognitione contingentium futurorum Tyriorum: & sic ruit illa structura scientiæ mediæ late: quia ad nihilum erit necessaria.

635 Secundo respondet Sylua in n. dub. 15. n. 130. Cuius solutionis summa est, Deum non cognouisse poenitentiam Tyriorum, & Sidoniorum, ut vere futuram, sed tantum, ut mere pos-

sibilem per scientiam simplicis intelligentiæ: quia ad futuritionem necessarium est decretū actuale Dei, quod ibi non fuit, neque ibi (addit n. 134.) futuritionem veram explicuit Christus, sed ad summum ex vi inclinationis causæ secundæ, & hæc est sola possibilis rei, non futuritio. Nam respectu causæ secundæ pene nihil distat futurum, & possibile, quia ablata prouidentia Dei, nihil infallibile remanet. Vide turque hæc mens Henriquez, & aliorum quos sequitur lib. vlt. cap. 4. in Glos. litt. c.

636 Hic auctor videtur in nuere veritatem, illam tamen non explicat. Nam docet Deum non cognouisse poenitentiam Tyriorum, ut verè futuram, quod verum est, quia non erat futura futuritione exercita in se ipsa, etiã sub conditione, quod verū est. Cum autem addit illam futuritionem solum esse veram ex vi inclinationis causarum, vel intendit cognitionem huius futuritionis esse infallibiliter certam, vel solum moraliter? Si secundum (quod indicant illa verba, ablata prouidentia Dei nihil infallibile remanet. Ergo Deus ante omne decretum non cognoscit certo; & infallibiliter contingentia sub conditione futura, ad huc per scientiam simplicis intelligentiæ. Si primum, explicandum restat huic auctori, quare magis cognoscatur à Deo infallibiliter futurū vnum extremum, quam aliud? Cum vtrumque sit possibile, in quo esse punctum difficultatis bene contra ipsum dixit Henao, adductus disp. 1. n. 189.

637 Respondeo ergo argumentum illud (si quid probat) probare Deum independenter à decreto ab soluto ex parte actus cognoscere poenitentiam Tyriorum, & Sidoniorum, sub conditione virtutum Christi, ut obiectum conditionatum, futurum futuritione dumtaxat ideali, & representatum Deo in suis ideis, & præsterialiter Deo.

Sed eam non explicat.

Henao.

Vera testimonij explicatio.

in suis ideis, & præfentialiter Deo existens ab æterno: quæ futuritio non est exercita in se ipsa, sed est mere possibilis, vt de alijs futuris sub conditione dictum est *dub. 7.*

638 Secundo obijcit Borrull. *disp. 6. sect. 1.* Deus non cognoscit futura contingentia conditionata in decreto prædeterminante. Ergo cognoscit illa in se ipsis per scientiam mediam, consequentiam ait esse bonam n. 282. apud Thomistas, & apud se.

Obijciunt
sur alia
testimo-
nia Sac.
Scrip.
Borrull.
Iosue.

639 Antecedens probat ex *Iosue 24. versu 15. ibi. Scruiate Domino: si autem malum vobis videtur, ut Dominos seruiatis, optio vobis datur, eligite hodie, quod placet.* Hic datur optio eligendi verum Deum. Non esset autem possibilis talis optio, si esset decretum necessarium: quia hoc non est in potestate hominis, sed dumtaxat in solius Dei beneplacito. Secundo, quia ibi dicitur, *eligite hodie, quod placet.* Ergo electio voluntati creatæ tribuitur, nõ decreto prædeterminanti.

640 Si dicas ibi esse sermonem de decreto in efficaci. Contra insurgit Borrull. quia vocatio illa Hebræorum sortita fuit effectum: vt tradidit *versu 22. teste.* (inquit Iosue) *vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum, vt seruiatis ei? Responderuntque: teste.* Ergo sermo fuit ibi de decreto efficaci.

Iudic.
Paralip.

641 Et confirmat argumentum, ex *Iudicum 5.* vbi sic dicitur. *Cor meum diligit principes Israel: quia propria voluntate obtulistis vos discrimini.* Ergo non Deo decernente suo decreto.

642 Secundo confirmat ex *1. Paralipomenon cap. 21. ibi. Hæc dicit Dominus, trium tibi optionem do, vnde quod volueris, elige.* Scilicet bellum, famem, vel pestem. Ex quo sic, ridiculus, & mendax esset superior, qui subditis proponeret, se illis optionem dare eligendi è tribus vnum, quod placuerit,

si aliunde illos ita ad vnum prædeterminaret, vt alterius electio implicaret.

643 Tertio confirmat ex *cap. 15. Ecclesiastici. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, & adiecit mandata, & præcepit, si volueris mandata seruare, seruabunt te, & infra. Apposuit tibi ignem, & aquam, ad quod volueris, porrigere manum.* Si autem Deus, adiectis mandatis, reliquit hominem in manu consilij sui, id est in arbitrij sui beneplacito, Ergo actualis impletio mandatorum non est ex decreto prædeterminante, sed ex determinatione arbitrij creati.

Eccle.
Eccle.
Esai.

644 Tandem *Esaiæ 5.* conqueritur Deus de suo populo dicens. *Expectaui ut faceret vinas, & fecit labruscas.* In opposita vero sceleria frustra, & in eptè expectaret Deus bona opera ex decreto in efficaci, cū sciret non futura bona opera, imo esse impossibilia ex decreto efficaci, quo determinaret ad materiale actuum oppositorum.

645 Hoc argumentum eandem difficultatem habet in sententia affirmante scientiam mediam, sicut diximus de præcedenti. Nã data illa optio ne eligendi verum Deum, certum est nõ posse aliquem eligere verum Deum, illumque colere consequenter, sine speciali beneficio gratiæ: siue illud sit decretum actuale, siue aliquid morale, scilicet decretum purificandi conditionem, sub qua Deus vidit homines electuros verum Deum, siue cogitatio congrua, quæ est simpliciter necessaria ad eligendum, & non est in potestate voluntatis, sed in mero Dei beneplacito illam dare, vt *Vines* obijciebat n. 435. Nam non esset possibilis talis optio, & actualis electio, si necessarium esset decretum de purificanda conditione, quod non esset in potestate eligentis, sed in potestate optionem dantis. Et similiter ridiculus, &

Sed eandem difficultatem habent in scientia media.

médax esset superior, qui subditis optioni daret eligendi è tribus vnum, quod placuerit, si aliunde electio alicuius non posset dari sine speciali beneficio optionem dantis, quæ dumtaxat esset in eius beneplacito. Ergo difficultas cõtra omnes Catholicos militat. Videatur *Viu. disp. 11. dist. 7. §. 8.*

Nec satis facit voluntatem reddere aux. effici. Borrull. Aldrete Quiros.

646 Possunt respondere Iesuitæ hoc argumentum non militare contra ipsos. Quia ipsi docent in potestate voluntatis esse reddere voluntatem Diuinam efficacem. Sic Borrull. *supra n. 395.* Aldrete *disp. 30. sect. 8. n. 3.* Quiros *disp. 52. sect. 3. n. 13.* Sed hoc non satisfacit. Quia plures eorum, qui ponunt Deum cognoscere futura in decreto, dicunt decretum illud esse in potestate voluntatis indirecte, & hoc decretum non tenere ex parte actus primi, sed ex parte actus secundi. Vide *Gonet disp. 5. art. 6. §. 1.*

Quia illud arg. militat contra omnes. P. Aug.

647 Militat ergo illud argumentum contra omnes Catholicos: & ideo in simili illi satisfacit P. Augustinus. *De prædest. sanctorum cap. 6. & 10.* & alibi sæpe. Licet enim verum sit homini dari optionem, imo semper quod operatur habere hanc optionem operandi hoc vel illud: attamè bona electio præparatur voluntate Diuina, & sic illa electio, qua illi homines elegerunt verum Deum, fuit ex priori electione Diuina, qua elegit eos esse eligentes ipsum: ita vt de illis posset verificari, quod de prædestinatis dixit Dominus *Ioann. 15. Non vos me elegeritis, sed ego elegeri vos.* De quo Augustinus P. *de prædestinatione sanctorum, cap. 17.* Sic etiam *ad Rom. 8.* dicit Apostolus. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis:* vbi vita offertur sub electione mortificationis carnis, quæ tamen est donum Dei. Vide Augustinum *ibi cap. 11.* Quæ duo quo modo componantur non est huius loci, nec nobis opus illa explicare, cum argumentum ad id non nos cogat.

Ioann.
Ad Rom.

648 Respondeo ergo argumentum negando consequentiam. Quia præter cognoscere futura in decreto, & in se ipsis est cognoscere illa in se ipso, & per suas ideas scientiæ naturali. Quare ex negatione decreti non fit Deum cognoscere futura in se ipsis.

Fit scilicet argumentum 2o.

649 Obijciunt etiam plura testimonia P. Augustini, & aliorum Patrum, sed de his *dub. 14. late.*

CAP. IX.

Soluantur argumenta à ratione.

650 PRIMVM argumentum à ratione desumunt aduersarij ex impossibilitate decreti conditionati. Quod late versant Aldrete *disp. 30.* & alij modè. Sed nos etiam *dub. 10.* illud decretum non admissimus: nec tamen propterea existimamus admittendam esse scientiam mediam, vt dicebamus *numer. 648.*

Obijcit impossibilitatem decreti, & fit ex his.

651 Secundum desumit Aldrete *ibid. sect. 12.* ex veritate de præfenti. Sed ex hac nõ inferri contingentia absoluta, vel conditionata habere veritatem, & cognoscibilitatem determinatam, ostendi à n. 167. Vbi etiam à *num. 165* probaui illam non habere in vi contradictoriarum.

Argumentum à veritate de præfenti.

652 Quinimo ex veritate, quam habent contingentia de præfenti, impugnauius ibi scientiam mediam, & adstruimus nostram sententiam. Nam vt arguebamus n. 169. existentia de præfenti, quam habebunt contingentia de præfenti, contingenter omnino prouenit à suis causis, & vsque dum actu sit, est contingens esse, & non esse. Quare ibi adiecimus, veritatem de terminatam subsequi ad existentiam, non antecire: & sic arguere ab existentia ad futuritionem est arguere à determinato ad indeterminatum.

Non arguit veritatem de futuro.

Sed bene de possibili.

653 At ex existentia, & veritate determinata de præsenti, bene arguitur ad possibilitatem: quia arguitur à determinato existenti ad determinatum possibile: quod est bonum argumentum. Quia omne quod est existens eo modo quo est existens, est possibile. De quo plura disp. 1. dub. 1. & 2. & in hac disputatione à num. 196.

654 Argumentum etiam ex vi contradictoriarum esse contra aduersarios ostendimus à numer. 207. Vbi illud latè soluimus.

Obijcit. Sola scilicet. med. dirigi præs. dist.

655 Tertium argumentum desumunt ex directione Diuinæ prædestinationis. Nam Deus non potest adultū prædestinare omnino certo, nisi sciat se habere in sua potestate media, quibus consequatur consensum liberum: alioquin solum violenter hominem posset prædestinare, & lædendo eius libertatem. Hæc autem media solum potest Deus habere per sciētiā mediā.

Sed negatur ass. 2um.

656 Respondeo negando minorem. Quia potest illa media habere scientia naturali. Imo si sola scientia media dirigeretur Diuina prædestinatione, possibilis esset homo, quem Deus non posset prædestinare, vt late diximus disp. 1. n. 463. & qui posset saluari sine speciali gratia, vt diximus in hac disp. numer. 441.

Deus nō cognouit suos actus, vt sur.

657 Quartum desumunt. ex cognitione, quam habet Deus de suis decretis. Nam Deus cognouit quid esset ipse facturus sub quacumque conditione. Ergo etiam cognouit quid esset factura creatura.

Obijcit. præsciē. tiam præ. sedere præ. 5. ad 1. ait. Vnus gratia præstitus non est deus.

658 Respondeo negando antecedens, quod non solum negant nostræ sententiæ auctores, sed etiam plures ex his, qui defendunt scientiam mediam. Vt diximus dub. 9.

659 Quintum desumit Aldrete disp. 28. sect. 6. num. 1. ex S. Thoma, & Egidio. Nam S. Thomas 1. 2. q. 23. art. 5. ad 1. ait. Vnus gratia præstitus non est deus. Ratio collationis gratiæ, nisi secundum

rationem causæ finalis: vbi supponit præscientiam supponi ad prædestinationem. Sed hoc non potest intelligi de scientia simplicis intelligentiæ: quia D. Thomas non loquitur de omnibus hominibus, sed solum de aliquibus, qui cum talibus auxilijs cognoscuntur conuertendi: & loquitur iuxta sensum D. Ambrosij dicentis. Misericordiam dabo, quem scio toto corde reuersurum ad me: & ideo docet (vt obseruat Egidius Romanus dist. 41.) Deum tribuere vni gratiam, & non alteri; quia scit bene vsurum ea, & non alium. Ergo loquitur de scientia media.

Aldrete S. Thom. Egid.

660 Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem. Sed hoc non potest intelligi de scientia simplicis intelligentiæ, secundum se sumpta concedo, connotando futuritionem hominis, cuius opera Deus per scientiam naturalem præscit, nego: & hoc probat minoris probatio. Loquitur ergo S. Thomas de præscientia naturali hominis existentis, vel exituri in rerum natura; quæ, supposita tali existentia præuissa per scientiam visionis, dicitur præscientia: quia iam non est scientia purè possibilium, sed futurorum, vel nō futurorum ab homine illo præuissa: & vsura gratiæ præscitum huius hominis ait non esse rationem collationis gratiæ, nisi secundum rationem causæ finalis, vt dixerat in corpore. Illam vero glossam, quæ ex Egidio adducit Aldrete, non inuenio in tota illa distinctione. Quin potius quædam art. 1. §. ideo notandum, ait Egidius. Nec dicere possumus, quod merita quæ sunt in præscientia, siue ipsum præscire Diuinum, quod est æternum, sit causa, quare Deus velit. Nam Diuina voluntas libera est: neque ex eo quod præscit aliqua, oportet eum velle, & infra ait. Gratia est causa gloriæ, & gloria gratiæ, sed gloria est causa gratiæ in genere causæ finalis, est gratia gloriæ in genere causæ meritorie, id est bonus vsus gratiæ.

Hactenus est simplex ratio.

DVB. XII.

An Deus cognoscat contingentia sub conditione futura in suis ideis per scientiam omnino naturalem?

Tituli explicatio.

661 **C**ONSTAT ex dubijs præcedentibus Deum non cognoscere futura contingentia conditionata in decreto absoluto ex parte actus per scientiam visionis, vt Thomistæ dicunt: neque in sua futuritione conditionata per scientiam mediam, vt dicunt Iesuitæ. Nunc autem inquirimus. An illa cognoscat in sua possibilitate in Diuinis ideis representata, per scientiam naturalem?

CAP. I.

Propositis sententijs affirmatiua eligitur.

Negant PP. Thom. Iesuitæ.

662 **P**RIMA sententia negat. Ita tenere debent Thomistæ, & Iesuitæ, qui vt diximus disp. 1. dub. 2. cap. 1. ideo recurrunt ad statum conditionalem, & futuritionis exercitæ contingentium in se ipsis, quia non inueniunt veritatem determinatam contingentium in statu meræ possibilitatis. Nam hac admissa impossibilem esse vtramque sententiam demonstraui mus à n. 464. & 619.

Et interminis. Molina.

663 Sed interminis tenent hanc sententiam Molina 1. p. 9. 14. art. 13. disp. 18. memb. 1. §. Dicunt enim. Et in Concord. Antuerp. disp. 53. memb. 1. Quibus locis impugnat Zumclium, nomine supresso, qui nostram docuit sententiam. Atque Molina hanc nostram sententiam ex sua fuisse desump-

ram ad euitandam scientiam mediam. Sed Zumelius sententiam suam desumpsit ex Mendoza in prima editione, quem tacito nomine refert, & eius mentem prolequitur. Idque dicit ipse Mendoza in 2. edit. numero 12. §. in horum dubiorum. Tenet etiam hanc sententiam Ram. Relect. 3. quæ est de infallibilitate scient. Diuinæ pag. 59. §. sed profecto. Vbi impugnat Cabreram, qui nostram tenuit sententiam. Nauarretus contra. 56. §. 1. conclus. 3. relatus à Ram sup. §. 5. quia. Et contra nos scripserunt MM. Prudentius, & Mendoza relati disp. 1. num. 9. Gonet de scient. Dei disp. 4. art. 2. §. 3. Henao in scient. med. hystor. in indice. Verbo à Villanoua. Moncada in duplici lectura de Prædest. contra. 3. prætextu 4. Volibar tract. de scient. lib. Dei, disp. 3. dub. 3. §. 2. Campuzano disp. de scient. med. §. 2. num. 5. Et alij ex Societ. tract. de scient. Dei.

Rami. Nauarretus.

Prudentius. Mendoza.

Henao. Moncada. Volibar. Campuzano. Tapia.

664 Secunda, & à nobis tenenda sententia affirmat. Hanc diximus disput. 1. à numer. 181. fuisse mentem Egidij, & S. Thomæ, atque aliorum antiquorum, quos ponderaui mus à num. 219. Interminis autem illam docuit noster Tapia 3. p. 9. 2. art. 3. Vbi §. Etsi obijciat quis, sibi obijcit contra doctrinam de scientia conditionali, qua resoluerat illud dubium. Per scientiam simplicis intelligentiæ solum cognoscuntur res, vt possibles. Et respondet. Respondeo, quod etiam cognoscuntur certo, & infallibiliter, vt futura, si hæc, aut illa conditio poneretur: de quo dubitare non potest, qui Sacras Scripturas legerit. Quod probat aliquibus locis Sacræ Scripturæ adductis.

Affirmat alij. Omnerito. Egidius. S. Thom. Tapia.

665 Noster Mendoza q. 7. Scholastica, conclus. 3. §. sed ne innant. Vbi docet contingentia futura conditionata representari naturaliter, & necessario in Diuina essentia, ac proinde non cōtingenter. Quod amplius expli-

Mendoza.

cat conclus. 4. & §. sunt non infima nota, & num. 10. Refert pro hac sententia plures antiquos, & inter eos Egidium. Sed licet hæc via visa fuerit Mendoza: certa in prima editione, in secunda tamen editione num. 16. §. ex his, hanc cognitionem dixit esse Deo contingentem, & sic scientiam mediam.

Zumel.

666 Hanc etiam sententiam docuerunt aliqui relati à Zumelio in edit. Salmanticensi typis mādada anno 1590. 1. p. q. 14. art. 13. disp. 8. §. alij Theologi, quos ibi sequitur in 2. concl. & in 5. & 6. Vbi per omnia sequitur Mendozam, ut latius explicui disp. 1. num. 184. quamvis Mendoza, & post illum Zumel etiā dicat hanc futuritionē conditionatam non cognosci à Deo line ordine ad Diuinam voluntatem, futuram pro signo sequenti: ait enim Mendoza, conclus. 4. Perfecto Diuina voluntas non potest aliquid velle, aut nolle, nisi secundum quod dirigitur, & quasi ducitur rationibus æternis sua in finita sapientia, ac proinde in illis, & per illas, etiam ut antecedunt ordine rationis actum Diuinae voluntatis, & rerum executionem, apparet probabile, quod possit Deus scire quacumque per voluntatem determinaturus est, ut sint, vel non sint, ut essent, si tales apponerentur conditione. Quam doctrinam refert, & sequitur Zumel supra ad argumentum post conclusionem sextam §. ad hoc argumentum, fol. 460. in editione Salmanticensi facta anno 1590. Vbi Doctores isti videntur docere scientiam quidem futurorum contingentium sub conditione esse priorem actu Diuinæ voluntatis in vno genere, sed subsequi in alio. Nam scientia præcedit in esse repræsentatiuo, & voluntas in esse causæ efficientis dantis futuritionem cōtingentibus. In qua doctrina etiam fuit Mendoza in secunda aditione numer. 12. §. ad primum, vbi docet, quod quamvis donec accedat

voluntas non habeant illa contingentia stabilitatem aliquam, ut sint, habent tamen, ut cognoscantur in rationibus æternis. Et §. Quia tamen videtur radicem huius repræsentationis ponere in voluntate creata, & etiam probabilius esse radicem illam esse voluntatem Diuinam. Et infra ait sibi nihil horum satisfacere, etiam si cæteris satisfaciat, sed ea affirmare: quia nihil melius occurrebat dicendum. Et num. 16 & de inceptis in eadem persistat sententia, vbi ait. Quare in antecedenti corā conditionatorum semper debet includi Diuina voluntas, scilicet, si ipsa velle, aut velle talem effectum producere, aut permittere, & ad illum concurrere. Vbi primam radicem futuritionis conditionatæ ponit voluntatem Diuinam positam ex parte conditionis. Et in eadem sententia sunt Cabrera, & Nauarrete apud Ram supra fol. 60. colū. 2. & Rispolis q. 1. art. 2. Qui modus dicendi, neque Thomisticus est, nec Iesuisticus, sed medius inter vtrumque: quod late prosequitur Zumel supra præcipue in responsione confirmationū. Quamvis non persistit in prædicta sententia: Quia postea in opusculis lib. 3. dub. 5. fol. 134. §. hic modus (qui est quintus in ordine) hæc sententia sibi non satisfecit. Nec mirum Doctores istos non ita firmiter rem istam definiisse: quia res erat obscura, & grauis, & tunc minus trita.

667 Tenet nostram sententiam Cabrera 3. p. q. 1. art. 3. disp. 1. §. 22. num. 889. Vbi ait. Ex dictis constat, quid sit dicendum ad primum argumentum aduersariorum: est enim concedendum antecedens, nempe Deum cognoscere futura conditionata: sed negatur quod illa cognoscat per scientiam mediam, sed illa cognoscit per suam scientiam naturalem, cōprehensiuam totius repræsentationis Diuinæ essentia, quæ cognita, ut obiectum primarium, est ratio certa, ac rata cognoscendi omnia,

Cabrera.
Nauarrete.
Rispolis.

qua in ea emicenter continentur, siue sint possibilis, siue futura conditionata, siue absoluta. Et postea in responsione ad secundam cōfirmationem, ait, hæc futura conditionata habere specialem rationem scibilis, & pertinere ad specialem scientiam, non quidem mediam, sed ad scientiam simplicis intelligentiæ. Ecce nostra sententia, excepto eo quod dicit futura absoluta cognosci scientia naturali. Quamvis non possum non fateri hunc Auctorem non fuisse constantem.

Celestin.

Sylua.
Bona
Spec.

Annony
mus.
Suarez.

Basilias
Legion.

Franc.
Cornejo.

668 Tenuit clarissimè hanc nostram sententiam noster Celestinus Brunus quodlib. 13. disp. 5. cap. 1. §. 7. Ut notauit disp. 1. num. 185. & 280. Et eandem tenet Sylua 1. p. q. 14. art. 13. dub. 12. & Bona ipse disp. 11. dub. vnicuique num. 13. & a num. 19. Qui licet admittat scientiam mediam mixtam, supponit hanc nostram sententiam. Et quidam Anonymus, ut colligitur ex his quæ refert Aldrete disp. 27. sect. 4. numer. 1. Et Suarez 3. p. disp. 5. sect. 2. §. dicendum ergo.

669 In manu scriptis docuit hæc sententiam Legionensis Basilias in tract. de auxilijs, deinde relectione de gratia in lucem edita, p. 1. cap. 10. quibus locis, licet admittat scientiam mediam esse, ait tamen non esse necessariam ad cognoscenda futura contingentia conditionata, sed ad hoc sufficere scientiam simplicis intelligentiæ.

670 Noster etiam Mag. Franciscus Cornejo in Vesperaria, & Primaria Cathedra Salmanticensi emeritus, tract. de scientia disp. 4. dub. 3. circa finem dubij; licet enim in eo tractatu doceat Deum cognoscere futura contingentia conditionata ante decretum, tamen citato loco ait, & probat illam cognoscere scientia simplicis intelligentiæ. Quia scilicet ens sub conditione futurum non est extrinsecum possibile, sed ens possibile,

ut sic est obiectum simplicis notitiæ. Ergo, & sub conditione futurum. Maior probatur. Effectus quoadiu existit in potestate causa non determinata in causa ad agendum, solum habet statum possibilis. Sed conditio cum que effectus habet connexionem contingens habet effectum, relinquatur in potestate causa possibilis non determinata ad agendum. Ergo, &c. Et infra. Confirmatur hæc ratio. Totidem sunt futura sub conditione, quot possibilis. Signum ergo est hæc futura re ipsa non esse extrinsecum possibilis. Consequentia patet. Quoniam, quæ statum mutant pauciora esse solent, ut in additione potest probari. Nam futura absoluta pauciora sunt, quam possibilis, & existentia, quam futura. Antecedens probatur. Omnes res possibilis sunt futura sub hac conditione, si Deus velle eas, aut earum causam creaturam producere, in tali, vel tali ordine rerum. Ergo totidem sunt hæc futura, quam possibilis. Ecce nostram sententiam assertam, & probatam.

671 In eadem sententia fuit Doctor Torrejon, huius Complutensis Vniuersitatis Primarius. Ut constat ex his, quæ ex illo retuli num. 123. & 358. Et stant in eadem sententia. Ariminentis, Marsilius, & à Christo num. 512. relati.

672 Verum est autem Legionensem, & Torrejon docere Deum per scientiam naturalem cognoscere futura contingentia, non in ipsis, ut possibilibus, sed in suis causis, conueniunt tamen in principali sententia nobiscum. Ideoque pro ea illos retulimus.



CAP. II.

Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis ideis per scientiam merè naturalem, à ratione probatur.

Ex proba- tur ex ve- ritate de- terminata conting. possib.

PRIMA probatio nostræ sententiæ (qua etiam impugnantur oppositæ) desumitur ex veritate determinata, quæ habent contingentia in statu meræ possibilitatis. Nam Deus per scientiam merè naturalem cognoscit possibilem esse specialiter consensum liberum, prout ab hoc ordine causarum. Ut late in præcedenti, & in hoc disputatione ostensum est. Sed, posita hac notitia, scientia merè naturali cognoscit Deus contingentia futura sub conditione etiam per scientiam merè naturalem. Ergo, &c. Minor probatur. Quia illa veritas est formaliter hæc, & sola est differentia ex parte modi explicandi. Nam illa veritas possibilis est specialiter consensus consequentium impossibilitate consequenti dissensus in voluntate prout ab his causis, & hæc. Si fuerint hæc causæ in voluntate, à quibus est specialiter possibilis consequenter consensus, cum impossibilitate consequenti dissensus, erit consequenter consensus, solum differunt ex parte modi explicandi, absoluti, & conditionalis; passivi, & activi. Id enim ipsum quod passivè, & veluti à posteriori, & ab effectu, qui est consensus, explicatur in priori per ordinem ad causas, explicatur in posteriori actiue ex ordine causarum ad effectum. Sicut, si quis dicat, Petrus amat me, ego amo Petrum.

Et impugnantur duæ oppositæ sentent.

674 Hac ratione impugnantur pariter sententia Thomistica, & Iesuitica. Nam, si posita illa prima notitia naturali, consensus liber est futurus

sub conditione causarū, à quibus cognoscitur naturaliter specialiter possibilis, irrefragabili veritate scitur, imò eadem est veritas futuritionis conditionatæ, ac specialis possibilitatis: nō est possibile decretum, seu electio, nec consultatio de eius futuritione conditionata: quia electio, & consilium non sunt de his, quæ non possunt aliter se habere. Ut late ostendimus à n. 469. & 619.

675 Responderi potest hunc discursum habere locum in effectibus necessarijs, in quibus effectus determinate procedit à causis, non in contingentibus, in quibus effectus contingenter procedit à causis, & causæ nullam habent connexionem cum effectu.

676 Sed contra. Quia bonitas illationis nostræ non nititur connexioni causarum cum effectu, aut è contra, sicut contingit in effectibus necessarijs, qui demonstrari possunt ex vi positionis causarum præcisè, quod non habet locum in effectibus contingentibus; sed nititur identitati reali, & formali consequentis cum antecedenti, sola differentia ex parte modi extrinseci significandi eius totius: & sic illatio est identica, imò per se notata quia consequens includitur in antecedenti. Et licet effectus contingens, contingenter procedat à causis, tamen ex suppositione quod procedat, necessario procedit, & ex suppositione quod necessario procedit contingenter à causis, non potest non procedere necessario contingenter, si ponantur causæ.

677 Secunda ratio nostræ sententiæ (qua etiam oppositæ impugnantur) desumitur ex non extrahitione contingentium conditionatorum ab statu meræ possibilitatis. Nam obiecta, quæ dicuntur futura conditionata, nullomodo ex parte rei significatæ sunt futura, neque extrahuntur

Et probatio est effectus necessarijs, & contingentibus

Probatio ex non extrahitione contingentium conditionatorum à possibilitate

hantur ab statu meræ possibilitatis; sed sunt merè possibilis. Ergo nō possunt cognosci per scientiam visionis, supposito decreto, neque per mediam in sua futuritione ante decretum; sed per scientiam merè naturalem. Consequentia est bona.

Nam cōditio non sunt futura.

678 Antecedens probatur. Primo ex P. Augustino, & alijs Patribus dicentibus contra Semipelagianos futura contingentia sub conditione nullomodo esse futura, & esse futura ficta, ut notauimus num. 625. & latius num. 856. & tamen sentiunt cognosci à Deo.

Non solam absolute Ribaden. Ruizius. Borrull.

679 Dices cum Ribadeneyra disp. 19. cap. 3. n. 19. Ruizio disp. 62. sect. 9. d. n. 3. Patres non negare obiectionis illis conditionatis futuritionem conditionatam, sed solum negare illis futuritionem absolutam: & in hoc sensu etiam intelligit hos Patres Borrull. disp. 4. n. 301.

Sed nec aliquomodo.

680 Hoc tamen nō satisfacit. Quia nec Semipelagiani dicebant illa obiecta, seu opera conditionata esse futura absoluta, neque vllus sanæ mentis diceret: neque hoc modo assumerent Patres medium conduens ad eorum errorem impugnandum, sed penitus disparatum. Nam ex eo quod opera conditionata non essent futura absolute, non poterat inferri non esse merita sub conditione, si alias erant opera sub conditione futura. Ergo Patres, ut illum errorem penitus extirpassent, dicebant nullomodo habere rationē futurorū, sed esse merè possibilis, & sic nullomodo capacia meriti. Nam manendo futura sub conditione, conditione exercita in se ipsis, non ita certum erat, non esse capacia meriti. Cū hoc dubitet Ripalda disp. 72. de re supernaturali: & affermet Conineh. apud ipsum, licet neget hoc defacto contingere.

Ripalda. Conineh. Idque docent Scholesi.

681 Quinimo defacto in pueris dixerunt aliqui merita conditionata

esse causam, vel dispositionem ad prædestinationem apud Scotum in 1. dist.

41. q. unica §. sed contra istud. Et apud nostrum Ariminensem, & apud Bachonium, & Marfilium, & N. Franc. à Christo, ut tetuli n. 512. qui omnes ferè, illam sententiam (quæ non paucorum fuit antiquorum Scholasticorum) impugnant ex eo quod illa merita nullomodo sunt futura, cum Augustino P. ut videre est apud Arimithensem, & Franciscum a Christo, ibi relatos, & apud Marfilium. Ergo Patres dicendo illa opera conditionata non esse futura absolute, nihil concludebant contra Semipelagianos, sicut neque concluderetur contra illos Scholasticos. Sentiebant ergo Patres illa opera nullomodo participare rationem futurorū, sed esse merè possibilis. Vide num. 856.

Scotus. Arimith. Bachon. Marfil. Franc. à Christo.

682 Ratione probant illud antecedens Zumel tom. 3. variarum, dub. 5. in appendice fol. 163. §. rursus loquendo. Bona spes disp. 11. n. 19. desumitur que ratio ex eo quod conditio si non potest præstare, aliquid maius quam in se, & secundum se habet. Quia nihil ponit in re, sed obiecti quod afficit statum sequitur; & cum in se, & secundum se solum habeat rationem possibilis, vel futuri possibilis, ex vi illius solum potest esse possibilitas euentus, vel possibilitas futuritionis euentus, sicut & eius contradictorij, ac proinde solum potest poni obiectum, quod sit data scientiæ simplicis intelligentiæ. Quod magis vrget Bona spes numero 24. Nam conditio si nihil ponit in adimplerione, sed hanc relinquit purè possibilem, sicut & ipsa conditio pure possibilis est; & à causa pure possibili repugnat esse futuritio effectus, nō minus, quam quod elephas sit à chymera. Quæ probatio efficax est, si conditio illa si maneat in statu meræ possibilitatis: quia ut dicebamus n. 490. effectus non potest habere maiorem

Quia conditio non dat futuritionem. Zumel. Bona spes.

rem determinationem quam sua causa. Atamen quia possunt dicere aduersarij quod conditio illa si extrahit causam ab statu meræ possibilitatis, & ponit illam in statu futuritionis conditionata: vt ostendimus n. 574. illa probatio non est ita efficax: erit autem si notetur quod futuritio illa est dumtaxat idealis, & ex vi cōnexionis decreti cum suo effectu, vt ibi diximus. Quare conditio, seu causa non extrahitur ab statu meræ possibilitatis nisi ex parte modi significandi nostri. Quod non sufficit ad dandam futuritionem exercitam effectui. Quia futuritio exercita petit causam in exercitio futuram, & determinatam ad agendum, vt dicebat M. Cornejo numer. 670.

683 Melius probatur antecedens ex carentia futuritionis, quam in voluntate sub conditione. Quia (vt diximus n. 358) futurum dicitur tale intrinsece à futuritione: futurum autem sub conditione est, quod non habet futuritionem, sed haberet, si conditio poneretur, & sic, vsque dum ponatur conditio de presenti, est merè possibile, & solum futurum in potentia, quam habet, vt detur ei futuritio.

684 Tertio probatur nostra sententia, & alia impugnantur ex dominio Dei in omnes actiones nostras. Quia tot sunt futura sub conditione, quot possibilia. Ergo nullum est futurum sub conditione, quod non sit merè possibile. Consequentia probatur à nostro Magistro Cornejo adducto n. 670. Antecedens probatur. Quia alias esset aliquod possibile, quod Deus non posset facere futurum, cum voluerit, quod est contra illud. Sapientie 12. subest tibi, cum volueris, posse. Nam, si futuritio conditionata proueniret à voluntate se determinante sub auxilio gratiæ, vt dicunt vni, illud futurum non sub esset Deo facere illud, cum voluerit: vt probatum est a. num.

541. Si autem proueniret à decreto efficaci connexo essentialiter cum consensu, vt dicunt alij: posset quidē Deus facere illud futurum, sed non contingenter. Igitur, vt Deus habeat dominium perfectum in omnia futura contingentia, dicendum, ipsa esse merè possibilia, & futura, si ipse voluerit; quod non est possibile saluari, nisi ponatur Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis ideis, sub ratione possibilitum per scientiam merè naturalem.

685 Dices cum Thomistis Deum posse facere quodcumque obiectum esse futurum medio suo decreto, & etiam contingenter, quia illo decreto vult substantiam actus liberi, & modum libertatis.

686 Sed contra Quia vt hoc velit Deus, debet præ cognoscere scientia naturali possibilem esse specialiter illum actum cum modo libertatis (si ipse velit illum producere) per has causas, relinquentes illam libertatem, vel per illas. Nam illa volitio debet regulari scientia aliqua naturali, cum nihil volitum, quin præcognitum. Ergo ad illud decretum præcedit notitia, quam nos ponimus, scilicet cognitio merè naturalis, qua cognoscit quemcumque effectum contingentem esse specialiter possibilem ab his, vel illis causis: & sic cognoscit Deus, quodcumque obiectum creatum fore futurum, si ipse vellet, & etiam quod, quodcumque obiectum creatum esset futurum, si poneretur talis ordo causarum, à quibus videtur specialiter possibile. Et his duobus modis explicatur à nobis scientia naturalis, vt est condicionalis,

& non esse necessarium, nec possibile decretum.

Omne decretum præcedit notitiam rei faciendam.

CAP.

CAP. III.

Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis ideis per scientiam merè naturalem, probatur ab auctoritate.

687 **A**B auctoritate probatur nostra sententia ex P. Augustino 5. de trinitate cap. 13. quem cum Egidio ponderamus disp. 1. n. 76. vbi docet, & probat ex Scriptura, quod ex creaturis futuris nihil accrescit scientiæ Dei: neque aliter scisse Deum creatura, quam creanda. Si autem non cognosceret Deus contingentia futura sub conditione à suis causis per scientiam naturalem, sed vel in se ipsis, vel in suo decreto, hoc non esset verum. Nam aliqua veritas accresceret eius scientiæ: quia pro signo anteriori non erat in eo notitia illius veritatis, quæ esset pro posteriori. Vnde hanc sententiam confirmant testimonia, quæ attulimus ex Scriptura disp. 1. a. num. 267. dicentia Deum cognoscere ea, quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt: & apud eum non esse vicissitudinis obumbrationem, quæ esset, si pro aliquo signo non esset in Deo scientia veritatum conditionatarum: quia hæc notitia est perfectio intrinseca Dei, non creaturarum: sicut est futuritio absoluta.

688 Secundo probatur ex Ad Rom. Apost. ad Rom. 8. vbi præscientiam, Quia ait, supponi ad prædestinationem, illis verbis. Quos præsciuit, & prædestinavit ad prædest. tiam, ait, intelligendam esse scientiam simplicis intelligentiæ: vt diximus disp. 1. numer. 500. quæ præscientia proculdubiq est scientia conditionatarum.

689 Tertio ex omnibus testimonijs Scripturæ, & Patrum, quibus probatur omnia per Verbum tanquam per primam artem facta esse: quæ adduximus disp. 1. a. num. 99. Ex testimonijs enim ibi adductis constat, Deum omnia in sapientia fecisse: ac proinde etiam contingentia futura sub conditione, quæ à Deo fieri non possent, nisi in Deo esset idea de illis faciendis sub his, vel illis medijs præuisis per scientiam merè naturalem, qua sciret Deus naturaliter quodcumque obiectum contingens esse determinate possibile per has causas, vel per illas: & sic quod esset si poneretur talis, vel talis ordo causarum.

690 Sed specialiter probatur nostra sententia ex illis Sacræ Scripturæ testimonijs, in quibus dicitur omnia opera Dei, & nostra dirigi à veritate Diuini intellectus, & artis Diuinæ. Sic ex postulabat David cum Psal. 24. dicebat. Dirige me in veritate tua. Et Psal. 89. Sic deprecatur. Et respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum, & sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Quæ verba licet P. Augustinus explicet ibi de directione ad finem charitatis, & noster Iacobus de Valentia de directione per gratiam, & doctrinam Euangelicam, quæ fit per gratiam præuenientem, & cooperantem, vt ibi explicat contra Pelagium: tamen nõ posset Deus præstare hunc effectum, nisi per suam vniuersalem artem præ cognosceret sapientia naturali ipsum bonum consensum nostrum specialiter esse possibilem, ab his, vel illis causis, quas independenter à creatura in sua omnipotentia, & idea haberet: ratione cuius sapientiæ dirigere posset suam voluntatem, vel decretum, & etiam creaturam ipsam. Vt late explicuimus dub. 10. disp. 1.

Et omnia per Verbum facta.

Et omnia opera nostra dirigitur.

Psalm.

P. Aug.

Iacob. de Valentia

Et ars prima de substantia, & de modo.

691 Imo Aug. Parens hanc directionem artis Diuinæ non solum vult esse de modo faciendi opus, sed etiam de ipsa substantia actus cuiusque creatura; ut constat ex 11. de ciuitate cap. 7. vbi ait cognitionem creaturæ perfectiorem esse in Dei sapientia in qua cognoscitur à Sanctis Angelis, veluti in arte qua facta est. Quod latius explicat cap. 29. ibi. Ipsam quoque creaturam melius ibi, hoc est in sapientia Dei, tanquam in arte, qua facta est, quam in ea ipsa sciunt. Et postea loquendo de iustitia, quæ est in anima iusti, & de alijs pluribus ait. Omnia hæc aliter in Verbo Dei cognoscuntur ab Angelis, vbi habent causas, rationesque suas, id est, secundum quas facta sunt, incommutabiliter permanentes: aliter in se ipsi, illic clariore, hic obscuriore cognitione, velut artis, atque operum. Vbi Augustinus vniuersa opera creata ait esse perfectius in sapientia, & arte Diuina: vbi habent causas efficientes sui: ac proinde perfectius ibi est consensus noster liber, quam in se ipso. Sed & Augustinum loqui de operibus futuris, constat, ex 15. de Trinitate cap. 13. ait enim. Numquid Deus Pater ea ipsa que non per corpus, quod est ei nullum, sed per se ipsum scit, aliunde ab aliquo didicit, aut nuntijs, vel testibus, ut ea sciret indiguit? Vbi docet quæcumque futura non didicisse à conditionato consensu creaturæ. Et postea. Futura omnia temporalia, atque in eis etiam, quid, & quando ab illo petitori fueramus, & quos, & de quibus rebus, vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio ante præsciuit. Idque probat immediate dicens. Vniuersas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Non enim nesciuit quæ esset creaturas. Vbi Augustinum loqui de actibus nostris liberis est certum: & tamen ait scientiam suam naturalem esse omnium primam causam

Nam omnia perfectius in prima arte, quam in se.

directiuam, etiam suæ volūtatē creaturis: quia non potuit nescire, quæ fuerat creaturus. Vide disp. 1. numer. 98.

692 Huius rationem assignat, 6. de Trinitate cap. 10. vbi ex eo quod Deus est prima, & summa vita, cui non est aliud viuere, & aliud esse, & prius, ac summus intellectus, cui non est aliud viuere, & aliud intelligere, sed id quod est intelligere, hoc viuere, hoc esse est, vnum omnia, tanquam Verbum perfectum, cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis, atque sapientis Dei, plena omnium rationum viuendum incommutabilium, &c. Inferre quod ibi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipsam, scilicet artem summam. Non enim (inquit) hæc quæ creata sunt, ideo sciuntur à Deo, quia facta sunt: ac non potius ideo facta sunt, vel immutabilia, quia immutabiliter à Deo sciuntur. Vbi ex eo quod sit suum esse, & suum esse intellectivum, inferre omnia cognouisse immutabiliter in sua arte: & ideo esse futura, quia immutabiliter ab ipso sciuntur. Quæ verificari non possunt, nisi dicendo præcessisse ad omne decretum Dei, & ad omnem futuritionem exercitam conditionatam sapientiam naturalem futurorum contingentium conditionatorum, ut representatorum sub ratione possibilium, à tali, vel tali ordine causarum. Quia notitia esset certus, quod ei suberat posse ex se facere, quodcumque contingens.

693 Ex dictis infero cum nostro Mendoza supra conclus. 3. & cum Egido, & alijs, quos ibi refert, essentiam Diuinam ratione suæ infinitæ actualitatis ante omne decretum actuale Diuinæ voluntatis naturaliter representare non solum possibilia necessaria, sed etiam contingentia, & libera, non modo incomplexa, sed etiam complexa cum omnibus sibi adiunctis, & adiungibilibus, & cum omnibus modis, & dependentijs essentialibus, & accidentibus.

Quia Deus est ipsum esse.

Quare representat naturaliter conting.

Mendoza.

ra-

talibus. Vnde cognoscit consensum liberum esse possibilem specialiter ab his causis, dissentum ab illis; consensum esse libere possibilem ab hoc ordine causarum in hoc instanti, & non in illo, possibilitate consequenti: & sic quod esset cōsequēter cōsensus liber, si poneretur hic ordo causarum in hoc instanti, & sic cognoscit omnia possibilis, & modos possibilitatis ipsorum: & cōsequenter habere in sua potestate omnes actus liberos nostros, potius quā nos ipsi. Et hæc fuit causa, ut licet omnes Doctores antiqui dicāt præscitiam esse necessariam ad prædestinationem, non tamen meminerint scientiæ conditionalis, nec reflexiue prouidentię illius. Quia scientia naturalis ad hoc sufficiebat.

CAP. IV.

Soluitur primum argumentum, & explicatur. An obiecta conditionata extrahantur ab statu meræ possibilitatis?

Obijcit. conting. cond. esse futurum.

Quia plus dicit quam conditio. Viues.

Et conditio est causa.

694 CONTRA nostram sententiam obijci potest. Obiecta conditionata aliquomodo sunt futura, & non merè possibilia. Ergo non possunt cognosci per scientiam merè naturalem.

695 Antecedens probat Viues disp. 10. dist. 4. §. 2. num. 40. Quia conditionatum aliquid amplius pronuntiat, quam conditio. Quia verè dicitur si David manserit in Zeila, Zeilite tradent eum. Non dicitur autem econuerso, si Zeilite tradiderint David, ipse manebit in Zeila. Ergo euentus aliquo modo est futurus, licet conditio sit solum possibilis.

696 Secundo. Quia conditio est causa euentus, non vero contra: Ergo

maiolem actualitatem habet euentus, quam conditio. Ergo euentus habet actualitatem futuri, & conditio solum habet actualitatem possibilitatis. Probantur consequentia. Quia de euentu affirmatur, quod erit, vel esset, & de conditione solum affirmatur quod se esset.

697 Tertio potest probari antecedens. Quia de euentu affirmatur, quod esset, quod non affirmatur de eius carentia. Ergo euentus habet actualitatem, quam non habet eius carentia. Sed carentia habet actualitatem possibilis. Ergo euentus habet maiorem actualitatem, quam possibile, & sic aliquomodo habet actualitatem futuritionis.

698 Hoc argumentum petit, ut explicemus. An obiecta conditionata extrahantur ab statu meræ possibilitatis? Cui difficultati respondeo affirmatiue, si obiecta conditionata sint futura futuritione exercita, qualia sunt illa, quæ supponunt decretum absolute ex parte actus, & promissionem Dei: ut sunt omnes promissiones Dei, & pacta, quibus Deus paciscitur cum creaturis de dando aliquo dono, sub conditione à creatura ponenda: ad quæ esse necessarium decretum actuale Dei, diximus, cum N. Mendoza, & alijs num. 429. & 460. Idque conuincit argumentum.

699 At si obiecta conditionata solum sint futura, futuritione tantum ideali, & representatiua, qualem dum taxat dicimus esse necessariam ad cognitionem Diuinam infallibilem, in tota hac, & præcedenti disputatione, negatiue respondeo, propter dicta capitibus præcedentibus. Et id etiam docent qui dicunt Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suis causis. Nam effectus in causa, non determinata ad agendum, solum habet esse possibile: & hoc modo solum habent esse contingentia in Deo.

700 Vnde ad argumentum respondetur.

sa euentus.

Et de euentu affirmatur quod esset.

An conditio extrahatur à possibilitate?

Non extrahuntur conditio ideæ.

Condition. pondeo distinguendo antecedens, quoad primam partem, & concedo esse aliquo modo futura futuritione ideata, & representatiua, & ex parte nostri modi cognoscendi: & nego esse aliquo modo futura futuritione exercitata in ipsis obiectis, & ex parte rei significata. Vnde nego secundam partem antecedentis, scilicet talia obiecta non esse merè possibilis.

Et euen- tus dicit amplius quam conditio. 701 Ad primam probationem antecedentis dico conditionatum amplius significare, quam sola conditio. Quia significat specialem modum possibilitatis euentus ab illa conditio- ne, & alijs circumstantijs, quam non dicit conditio nude sumpta, nec care- tia euentus, aut eius oppositum: & sic valet ad conuertentiam, saltem at- tenta dependentia euentus à condi- tione.

702 Ad secundam probationem concedo conditionem esse causam euentus, non e contra, & sic concedo euentum habere actualitatem futuri, & conditionem, possibilis: ex parte nostri modi significandi, non vero ex parte rei significata.

Euentus habet ac- tualita- tem pri- eius ca- rentia. 703 Ad tertiam probationem concedo antecedens: & distingo con- sequens, & concedo euentum habere in illis circumstantijs actualitatem ali- quam, quam non habet eius carentia, quia habet actualitatem specialis pos- sibilitatis, & sic futuritionis idealis, & representata, quam in illis circumstā- tijs, & ab illa serie, seu ordine causa- rum non habet eius carentia.

Quia euentus habet spe- ciale pos- sibilita- tem. 704 Vnde ad minorem dico, carentiam in illo ordine causarum ha- bere actualitatem possibilis simplici- ter, & antecedenter, non tamen specia- lem possibilitatem, seu possibilitatis modum, quem habet euentus. Quia hic habet possibilitatem consequen- ter, quam non habet eius carentia. Vnde nego habere maiorem actuali- tatem, quam possibile: quia solum in-

feretur euentum intra statum meræ pos- sibilitatis habere maiorem actualita- tem, quod est verum. Quia in possibi- libus est graduatio, vel differentia quoad modum.

705 Insto hanc doctrinam in sen- tentia Vines, iuxta quem decretum habet connexionem essentialem cum euentu, vnde iuxta ipsum, & alios hæc est vera. *Si Deus vellet efficaciter consen- sam liberam, esset consensus liber.* Ecce ubi consensus aliquid amplius dicit, quam conditio, & conditio est causa euentus, & de euentu affirmatur, quod esset, & non affirmatur de eius caren- tia, & tamen euentus non extrahitur ab statu meræ possibilitatis: quia illa futuritio cognoscitur iuxta ipsos per- scientiam merè naturalem, propter connexionem causæ, cum effectu. Id ergo quod ipsi dicunt in hoc casu de euentu, propter connexionem cum causa, dicimus nos de euentu propter specialem possibilitatem euentus ab illo ordine causarum, naturaliter re- presentatam in ideis, & omnipoten- tia, quæ est veluti connexio materia- lis, & subiectiua, proueniens ab vni- one causarum cum effectu, ratione in- finitæ actualitatis Dei.

706 Explicatur tota hæc doctri- na perspectis illis tribus signis volun- tatis creatæ, explicatis disp. 1. dub. 1. cap. 2. Nam in primo est voluntas sine auxilio, quod est signum negationis. In secundo est voluntas cum auxilio, & est signum indifferentiæ. In tertio est voluntas cum consensu, & est signum determinationis. In primo est volun- tas cum actualitate essentia, & euen- tus, & eius privatio cū negatione ac- tualitatis essentia, & carentia comparatione vo- luntatis: quia sine auxilio est impossi- bilis consensus, & eius privatio. In se- cundo sunt voluntas, & auxilium cum actualitate essentia antecedenter, & consequenter: euentus autem, & eius carentia cōcipiuntur cū actualitate ef- fectu.

Et instat- tur con- tra Thom- mist.

Et expli- catur in- tribus sig- nis.

sentia simpliciter, & antecedenter. In- terio autem est voluntas, & auxilium cum actualitate essentia anteceden- ter, & consequenter, & etiam euentus: quia intelligitur cum speciali possibi- litate ab illis causis, quam non habet eius carentia, quæ est solum possibilis simpliciter, & antecedenter pro illo tertio signo.

Et quid sit possi- bile in sin- gulis.

707 Si ergo consideretur volun- tas in primo signo, & ponatur pro con- ditione: euentus, & eius carentia ne- gantur futura, & possibilis prout à vo- luntate. Si voluntas ponatur prout in secundo signo, nec affirmatur futu- rus cōsensu, nec eius carentia; sed vt indeterminate futuri à voluntate. Si ponatur pro cōditione volūtas prout in tertio signo, affirmatur futuritio de euentu, & negatur de eius care- tia. Non quia euentus habeat maiorem actualitatem, quam possibilis in se, li- cet ex parte nostri modi concipiendi explicetur per actualitatem futuritio- nis conditionatæ, sed quia habet spe- cialem possibilitatem, vel possibilita- tis modum, ratione cuius esset, si pone- retur ordo ille causarum, à quo vide- tur specialiter possibilis.

est habere hanc specialem possibili- tatem consensus prædissensu. Ergo neque illam futuritionem.

709 Minor probatur. Quia vt docet S. Thomas 1. p. q. 25. art. 3. ali. *Quia nō conuenit voluntati magis cō- sensus quam dis- sensus.* quid dicitur possibile, vel impossi- le absolute ex habitudine termino- rum. Possibile quidem, quia prædica- tum non repugnat subiecto. Impossi- le vero absolute dicitur, quia prædica- tum subiecto repugnat. Sed non ma- gis conuenit in statu possibilitatis vo- luntati auxiliatæ consensus, quam dis- sensus, neque e contra, magis illi re- pugnat dissensus, quam consensus. Er- go neque habet specialem possibili- tatem consensus prædissensu.

Etiam in 3. sig. 20.

710 Secundo, quia ideo dicimus pro tertio illo signo conuenire magis voluntati consentum, quā dissensum, quia est voluntas actu consentiens, vt supponimus. Hoc autem licet verum sit facta suppositione, suppositio tamē est voluntaria, & sine fundamento, & ideo supponimus probandum.

Et liber- tas esset impossi- bilis.

711 Tertio, quia, si consensus ef- fet solum possibilis, & dissensus impos- sibilis; etiam contingentia, & libertas impossibiles essent: quia nō est possibi- lis libertas ad terminum impossi- lem.

Et dissen- sus etiā.

712 Quarto, quia, vel illa possi- bilitas simpliciter, quam dicimus dum taxat habere dissensum, vel potest po- ni in rerum natura, vel non? Si non, est omnibus modis impossibilis. Si po- test, ergo poterit Deus prædissinire dissensum sub illo auxilio, sicut con- sensum: quia quidquid possibile est, potest a Deo prædesiniri, & causari.

Aut etiā effectum- ras sub- condit.

713 Quinto, quia iuxta nostram sententiam non sunt plura possibilis, quam futura sub conditione. Ergo si dissensus est possibilis sub illo auxi- lio, est etiam futurus sub conditione illius. Et sic sub illo auxilio nō magis videtur futurus (etiam idealiter) con- sensus, quam dissensus.

714 Hoc

CAP. V.

Solutur secundum argumentum, & explicatur. An, & quomodo habeat consensus specialem possibilitatem ab aliquibus causis?

Obijci- tur consensu non habere respectu ad possibi- litatem. 708 SECUNDO potest obijci contra nostram senten- tiā. Ideo est futurus spe- cialiter consensus prædissensu in esse ideali, sub conditione causarum, quia videtur consensum per scientiam na- turalem habere specialem possibili- tatem ab illis causis, quam non præui- detur habere dissensum. Sed non po-

An consensus habeat specialem possibilitatem?

714 Hoc argumentum petit, ut explicemus. An, & quomodo habeat consensus specialem possibilitatem ab aliquibus causis prædissensu? Et quæ sit hæc specialis possibilitas?

Quid possit esse impossibile? Egid.

715 Pro cuius explicatione suppono ex Egidio in 1. dist. 42. q. 1. art. 2. in fine corporis, possibile esse, quod non implicat contradictionem, sicut impossibile est quod contradictionem implicat.

Possibile absolute respectu.

716 Secundo suppono ex eodem Doctore ibi. Impossibile esse duplex. Vnum quod in se, & absolute impossibile est, quia in se includit verificationem contradictoriarum, ut quod aliquid simul sit, & non sit: & quod aliquid simul sit album, & non sit album. Alterum quod in se non est impossibile, & ideo neque absolute, & simpliciter impossibile est, sed comparatione ad talem, vel talem causam, vel virtutem, videlicet creatam, vel simpliciter, vel in talibus circumstantiis: & sic plura sunt possibilia in se, & per comparationem ad Deum, quæ impossibilia sunt naturæ creatæ. Sic impossibile est creaturam causare omnia, creare, & plura alia, quæ ibi explicat Doctor noster, quæ possibilia sunt fieri a Deo. Similiter plura sunt possibilia alicui potentia in vnis circumstantiis, quod ei repugnat in alijs. Ut Sorti possibile est sedere antequam currat, tamen ve est cum cursu impossibile est ei sedere. Non quia repugnet ei per se sessio, sed ratione adiuncti, scilicet ratione cursus. Sic etiam præteritum non esse præteritum, si accipiatur pro ipsa re, quæ est præterita, potest restaurari a Deo: sed si accipiatur prout stat sub præteritione non est possibile non esse præteritum: sicut neque album potest esse non album prout stat sub albedine, ut docent Egidius ibi ad 3. & S. Thomas etiam in 1. dist. 42. q. 2. art. 2. ad 3. Quæ impossibilitates, ut dicunt Doctores isti, non sunt per se, sed per

accidens: scilicet ratione alicuius accidentis sibi adiuncti: & ideo non se tenent ex parte causæ, sed ex parte ipsius effectus.

717 Vnde fit ut impossibilitas, vel possibilitas ista respectiva aliquando proueniat a causa, aliquando ab ipso effectu. A causa, quando in ea non est virtus ad effectum, quæ in se est possibilis, ut calor ut octo impossibilis est per se produci a causa habente virtutem caloris, ut quatuor, vel nullam habente virtutem. Et sic est impossibilis consensus salutaris causari a voluntate sine auxilio. Ab effectu, ut in exemplis adductis, sessionis, quæ impossibilis est causari a Sorte currenti, & præteriti, quod impossibile est causari ab aliqua causa. Et sic est impossibilis dissensus a voluntate in tertio signo.

718 Hoc supposito dicendum est consensum liberum habere specialem possibilitatem consequentem in aliquo ordine causarum, quam non habet dissensus, licet ignoremus causam huius specialis possibilitatis. Ita diximus in 1. dub. 1. cap. 12. & in 2. dub. 2. cap. 9. Vnde sicut (ut ait noster Mendoza q. 7. Scholastica conclus. 2.) nulla ratione negari debet, aut potest Deo certa, & determinata effectuum conditionum cognitio, licet incertus sit nobis modus quo illa cognoscat: sic etiam negari non debet contingentia habere specialem possibilitatem, licet causam, vnde oriatur, ignoremus: idque late probauimus tota disp. 1. quæ specialis possibilitas est non repugnantia intrinseca ipsius consensus liberi, ut producibilis a voluntate in hoc instanti, & sub hoc auxilio, ratione cuius est in eo instanti producibilis, & non est liberè producibilis dissensus; non per se, sed per accidens, & ratione alicuius adiuncti, se tenentis ex parte ipsius consensus. Ideoque licet consensus, & dissensus sint absolute, & simpliciter

Impossibilitas a causa, & ab effectu.

Consensus habet specialem possibilitatem.

Mendoza.

placiter possibiles, & voluntati secundum se, respectu tamen ad circumstantias est possibilis consequenter consensus, & impossibilis consequenter dissensus ipsi voluntati ratione alicuius adiuncti, se tenentis ex parte ipsorum consensus, & dissensus.

719 Sed non quietatur intellectus, & statim pulsatur difficultas. Quod nam sit hoc adiunctum ratione cuius est possibilis consequenter consensus, & impossibilis dissensus?

Ex speciali dependentia a causis.

720 Respondeo ex disp. 1. n. 279. hoc adiunctum esse specialem dependentiam actualem, qua consensus liberè actu procedit, & vnitur voluntati prædissensu. Licet enim per se, & secundum se, seu absolute tam possibilis sit voluntati dissensus, quam consensus, tamen consensus prout stat sub illa actuali vnione, & dependentia, est consequenter possibilis, & impossibilis consequenter dissensus; in tali instanti, & auxilio, alijsque circumstantiis.

721 Dices: etiam est possibilis actualis dependentia dissensus a voluntate pro eo instanti, & sub eo auxilio. Ergo adiunctum illud non reddit possibilem consequenter consensus, & dissensum impossibilem, etiam per accidens.

Quam non habet dissensus.

722 Respondeo talem actualem dependentiam dissensus esse possibilem secundum se, non tamen pro illis circumstantiis est possibile, quod sit consequenter: quia consequenter erit consensus. Sed huius petis rationem, quare? Respondeo eam esse: quia cum videamus in tempore esse defacto in voluntate cum hoc auxilio, & in hoc instanti consensus actualiter oriri a voluntate liberè, illique vniri, euidenter cognoscimus consensum habere specialem possibilitatem consequentem, quæ dissensum, & dissensum habere impossibilitatem specialem consequentem, quam consensus: & sic euidenter dici

mus, consensus liber est possibilis vniri voluntati cum hoc auxilio, adiuncto hoc instanti. Nam existit si. Ergo est possibile existere sic, bene valet. Existencia enim non destruit, sed adstruit possibilitatem rei, nec scientiam simplicis intelligentiæ de illa. Vnde, licet tam consensus, quam dissensus dependentia actualis possibilis sit esse a voluntate pro eo instanti, & sub eo auxilio, neque voluntas, neque auxilium, neque instans habeant connexionem cum consensu, omnia tamen simul sumpta habent infallibilitatem cum consensu. Huiusque rationem damus a posteriori. Quia defacto cum his omnibus est, & quidquid est, eo modo quo est specialiter, specialiter possibile est. Hæcque videtur fuisse mens nostri Coelestini, cuius verba adduximus in disp. 1. n. 280.

Coelestini.

723 Sed hoc ipsum magis explicemus, & dicamus coniunctum illud ratione cuius est possibilis consequenter consensus, & impossibilis dissensus esse actualitatem Diuini esse, scilicet æternitatis, idearum omnipotentia, & aliarum perfectionum Diuinarum. Nam certum est experientia quod quando Petrus consentit actu in tempore libere se determinando aliquomodo conuenit voluntati (& sic aliquomodo est illi possibilis) consensus liber, quo non conuenit dissensus liber. Nam ab actu ad potentiam legitima est illatio. Quantum cumque enim indifferenter velit voluntas, tamen hoc modo omnino indifferenti se determinat magis ad consensum liberum, quam ad dissensum. Ergo de presenti est verum dicere determinatione omnino indifferenti magis conuenit, & specialiter conuenit, estque possibilis consensus liber voluntati, quam dissensus. Ergo cum ratione æternitatis totum illud coniunctum ex voluntate cum auxilio consentiente omnino libere in tali instanti retrotrahatur, ut sit

Ratione æternitatis idearum, & omnipotentia.

ab aeterno praesentialiter Deo ab aeterno sub ratione possibilis, & repraesentetur naturaliter in ideis, & sit participatio quaedam Diuini esse, vt est exemplar illius, fit, vt totum illud sit specialiter possibile consequenter, ante omne decretum Diuinae voluntatis, propter saepe assignatam rationem, desumptam ex eo quod omne, quod est existens, comodo quo est existens, fuit aeternaliter possibile, alioquin aliquid impossibile existeret.

*Volunta-
ti conue-
nit eter-
na re-
cense sus-
ratione
aeternit.* 724 Respondeo ergo ad argumentum in principio capituli propoliti, negando minorem. Ad cuius primam probationem nego etiam minorem. Licet enim absolute, & simpliciter, & per se, non magis conueniat in statu possibilitatis voluntati auxiliatae consensus, quam dissensus; tamen per accidens ratione instantis adiuncti mensurantem voluntatem auxiliatam actu consentientem, contenti in aeternitate sub ratione possibilis, magis conuenit consequenter voluntati consensus liber, quam dissensus: optime enim stat aliqua esse secundum se, & per se possibilis alicui causa, & per accidens ratione adiuncti esse consequenter impossibilia, vt dicebamus in n. 716.

*Neque
hoc est vo-
luntariū* 725 Ad secundam probationem concessa maiori, dico ad minorem, suppositionem illam non esse voluntariam, quia deducitur euidenter ex per se notis. Quia illa suppositio fundatur in experientia, & visione clara, qua in tempore videmus voluntatem actu consentire: ex quo deducimus hanc suppositionem debere dari in statu possibilitatis mensurata aeternitate: vt ostensum est.

*Et liber-
tas est im-
possibilis
conseq.* 726 Ad tertiam dico contingentiam, & libertatem solum esse impossibiles consequenter, & ex suppositione determinationis voluntatis: & hoc non tollit, sed potius adstruit libertatem simpliciter. Vt late disp. 1. n. 331.

727 Ad quartam dico illam possibilitatem simpliciter dissensus absolute posse poni in rerum natura, quia ei non repugnat positio, non tamen posse poni ratione adiuncti: vt de praeterito dicebamus cum S. Thoma, & Egidio n. 716. Vnde dissensus secundum se sumptus potest poni in rerum natura, & a Deo, & a creatura, non tamen cum eo adiuncto, sed absque eo, & cum alio, scilicet cum alio auxilio, vel in alio instanti.

*Et dissen-
sus etiam*

728 Ad quintam dico non esse plura possibilis, quam futura sub conditione. Et sic eo modo, quo dissensus est possibilis sub eo auxilio, est etiam sub conditione illius futurus: & cum non sit sub eo possibilis consequenter, non est futurus consequenter sub illo. Et sic sub illo non videtur futurus consequenter, nisi dumtaxat consensus.

*Nec sunt
plura con-
ditionata
quam pos-
sibilia.*

CAP. VI.

Soluntur argumenta Ram, & Nauarreti.

729 **T**ERTIO obijcit Ram pra. Scientia naturalis, & libera in Deo differunt ex hoc, quod naturalis nullam habitudinem dicit dependentiae ex parte obiecti cogniti ad Diuinam voluntatem, libera vero dicit talem habitudinem. Sed veritates futurae, etiam conditionatae dependent a voluntate Dei. Ergo impossibile est eas cognosci scientia naturali.

*Obijcitur
condit. de
pendere a
voluntate
Ram.
Nauerr.*

730 Confirmatur. Ea cognoscuntur scientia naturali, quae non potuerunt aliter se habere, etiam ex absoluta Dei potentia. At certum est veritates omnes conditionatas contingentes potuisse aliter se habere. Ergo repugnat cognosci scientia naturali.

*Nam po-
tuerunt
aliter se
habere.*

731 Confirmatur secundo. Quia, si futura contingentia conditionata cognoscerentur scientia naturali, etiam abso-

*Sicut futu-
ra abso-
luta.*

absoluta cognoscerentur, quod est absurdum. Saquela probatur. Quia Diuina essentia etiam continet eminenter, & repraesentat vna, ac altera. Et eandem vim habent, quae ibi repetit ex se, & ex Nauarrete.

*Conditio-
nata idea
ta non de-
pendent a
volunt.*

732 Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem, & concedo veritates futuras etiam sub conditione futuritione exercita in se ipsis dependere a voluntate Diuina exercita. Sed nego veritates conditionatas futuras sub conditione solum ideali esse futuras futuritione exercita in se ipsis, & dependere a Diuina voluntate.

*Nec po-
tuerunt
aliter se
habere co-
seq.*

733 Ad primam confirmationem concedo, ea quae cognoscuntur scientia naturali, secundum quod cadunt sub scientia naturali non potuisse, nec posse aliter se habere, etiam absoluta Dei potentia. Sed nego veritates omnes conditionatas secundum quod cadunt sub scientia naturali, potuisse, aut posse aliter se habere, licet possint aliter se habere, prout cadunt sub Diuina voluntate, & scientia libera. Nam prout cadunt sub scientia naturali considerantur, vt merè possibilis, & vt futurae, futuritione ideata, quo pacto non possunt aliter se habere, licet possint per ordinem ad futuritionem exercitam.

*Secus fu-
tura ab-
soluta.*

734 Ex quo patet ad secundam confirmationem negandam esse sequelam. Et ad eius probationem nego essentiam Diuinam secundum se continere, & repraesentare futura absoluta, sicut conditionata. Quia conditionata idealia repraesentat naturaliter, futura vero absoluta, cum sint futura, futuritione exercita in se ipsis, dependent ab actu exercito Diuinae voluntatis, vt dictum est.

*Dicitur co-
ditionata
potuerunt
non esse.*

735 Sed contra hanc solutionem dices. Quodcumque contingens futurum contingenter oritur a voluntate creata, & sic potuit ab ea non oriri. Ergo potuit non repraesentari ab essen-

tia Diuina. Ergo non potest repraesentari ab ea naturaliter.

736 Respondeo quodcumque contingens futurum contingenter oritur a voluntate creata, & potuisse ab ea non oriri antecedenter, non tamen potuisse ab ea non oriri consequenter, & sic non potuisse non repraesentari ab essentia Diuina pro tertio signo determinationis. De quo plurima dispar. 1. dub. 2. cap. 9. & 11. & 12. & dub. 10. cap. 6.

*Verū est
antecedent.
ter. non
conseq.*

737 Replicabis. Si futurum contingens contingenter oritur a voluntate, & potuit ab ea non oriri, supponamus quod non oriat. Ex possibili enim posito in esse, nullum sequitur impossibile. Ergo tunc non repraesentaretur ab essentia Diuina futuritio, sed potius non futuritio. Ergo repraesentatio futuritionis est contingens repraesentari, & sic non naturalis, sed contingens, & dependens a Diuina voluntate.

*Replicas
suppona-
mus non
oriri.*

738 Respondeo non posse admitteri illam suppositionem. Quia licet absolute sit possibile non oriri, sed stante suppositione, quod orturum est, non est possibile non oriturum, & sic non est admittendum. Quia esset admittere creaturam posse falsificare scientiam Dei. De quo plura cum Durando diximus dispar. 1. num. 609.

*Sed nega-
tur sup-
positio.*

739 Sed adhuc dicit euillator. Impossibile est apprehendere, quod consensus contingenter oriat a voluntate, & quod suppositio oriendi, vel non oriendi sit naturalis alicui causa: quia contingentia in oriendo opponitur necessitati non oriendi.

740 Respondeo, concedendo antecedens, si suppositio contineatur in causa sub ratione contingenti, sed nego illud, si suppositio contineatur in causa sub ratione superiori continenti voluntatem, & consensus, sicut licet conclusio probabilis probabiliter, & contingenter oriat a medio probabili

*Maxi-
mè si con-
tinetur
in causa
superiore*

logica cognoscit euidenter quod ori- tur probabilitur, & sicut in scientia media consensus oritur à voluntate creata liberè, & tamen non cognoscitur à Deo sub ratione liberi, sed sub ratione contingentis.

CAP. VII.

Soluntur alia cuiusdam Recentioris argumenta.

741 **Q**UARTO obijcit Recē- tior quidam Iesuita, in manuscriptis, tract. de scientia media disp.

Obijcit, auferri consulta tionem. Paineta. Nam con sultatio est de in noto.

1. cap. 5. Sublata scientia media vnica que posita à nobis scientia necessaria; in medio tollitur posse nos Deum con- sulere de euentibus liberis conditio- nate futuris, prout consuluit Dauid r. Regum 23. Consequens est absurdum. Ergo, & antecedens.

742 Sequelam probat, suppo- nendo prius Dauidem minime igno- rasse id, quod exterminis notum est, nempe. Petrum liberè consensuram sub hoc auxilio, si sub eo liberè consen- tiat, & Saulem descensuram in Zei- lam, ibi stante Dauide, si Dauide ibi stante ad eam descenderet. Nullus enim est adeo ineptus, qui has veritates ignoret. Vnde cum Dauid minime quæ- reret, quæ ipsi erant notissima, sed quæ ipsi erant dubia, manifestum est Dau- dem hoc in loco non rogasse à Deo: An Saul in Zeilam descenderet, si re ipsa ad illam descenderet?

Et sic de contingē- tē cogni- to.

743 Hoc supposito probat sequelam. Quia Dauid non potuit con- sulere Deum, verum, si ille maneret in Zeila, & Dauid ad ipsam descende- ret, Saul cum effecta descenderet? Sed quod rogabat erat id quod contingere posset, scilicet, verum si ille maneret in Zeila, Saul esset descensurus, necne? & Deus respondit, descendet. Vt D.

Hieronymus ibi ait. Modo autem à nobis petit. Quisnam sit sensus huius locutionis affirmatiuæ descendet? & si- militer Diuinæ præscientiæ, quem Deus sua locutione manifestat? Nam certè sensus hic non est absolutus, vt patet: quia absolute Saul non descen- dit. Ergo est conditionatus. At non est conditionatus, nisi assumendo Deus vnice pro conditione stationem Dauidis in Zeila, quæ est indifferens ad descensum Saulis, & eius opposi- tum. Ergo Deus affirmauit euentum contingentem sub conditione indif- ferentis, & sic hunc euentum cognouit scientia mere contingentis, & non naturali.

744 Respondeo, negando se- quelam, & ad eius probationem (ad- misso supposito) concedo Dauidem non potuisse consulere Deum de eo quod sciebat, sed de eo quod ignora- bat, scilicet, Verum, si ille maneret in Zeila, Saul esset descensurus? & Do- minus respondit, descendet. Vnde ad postulationem dico sensum illius res- ponsionis non esse absolutum, sed cō- ditionalem: sed tamen ad responsio- nem ad Dauidem assumpsit Deus pro conditione vnice, stationem Dauidis in Zeila, sed tamen præscientia Diui- na ad cognitionem euentus non assu- mit stationem Dauidis in Zeila, dum- taxat. Quia sub illa conditione, cum sit omnino indifferens, non est certo cognoscibilis euentus (etiam in sen- tentia arguentis) sed etiam descen- sum ipsius Saulis. Nam Deus respon- dit ad id, quod ignorabat Dauid, sub ratione quæ ignorabat, & Deus res- pondit ad quæsitum, sub ratione, quæ sciebat. Dauid autem ignora- bat. Quid foret, ex vi solius statio- nis ipsius in Zeila, & hoc petebat. Sed Deus sciebat, quid foret, non ex vi solius stationis Dauidis in Zeila, sed ex vi euentus futuri, vel cogniti in sua futuritione, iuxta eos, qui

Quomo- do consul- ratio, & r. sponso in nostr. sent.

qui defendunt scientiam mediam, vel in decreto iuxta Thomistas, vel in sua speciali possibilitate in statione Da- uidis in Zeila, & alijs circumstantijs, iuxta nostram sententiam: & sic Deus respondit ad mentem interrogantis, iuxta notitiam scientis, quæ in nostra sententia est naturalis Deo, licet de obiecto contingenti creaturæ. Ex quo patet ad alia quæ hic auctor conge- rit, quæ procedunt eadem æquivoca- tione. Nam in omni sententia Deus respondit id quod erit, vel non erit ex vi conditionis, & tamen in nulla sentē- tia Deus id scit ex vi solius conditio- nis.

DVB. XIII.

Quo modo Deus peccata sub cōditio- nes futura cognoscit?

745 **L**ICET difficultas hæc sufficienter maneat ex dictis soluta, tamen ob- tardiores oportet illam explicare: & quia magnā lucē dabit huic materiæ.

CAP. I.

Proponuntur tres sententiæ, & in eis resoluitur dubium consequen- ter ad dicta.

746 **H**AC in re vnusquisque discurrit consequen- ter ad sua principia, de modo concurrendi Dei cum crea- turis maxime rationalibus, & ad mate- riale peccati: ex cuius resolutione hæc difficultatē vnusquisque resoluit.

747 Igitur Thomistæ; & alij, cū putent Deum prædeterminare effec- tuæ, & physice voluntatem ad mate- riale peccati, sicut, & omnes alias cau- sas, ob dependentiam quam habet creatura ad operandum, & se determi-

nandum à prima causa: dicunt Deum prius prædeterminare voluntatē crea- tam physica prædeterminatione, & postea concurrere cum illa concursu vniuersali; illam applicādo ad obiec- tum, vt actu operetur, & postea volun- tatem se determinare. Vnde consequē- ter dicunt Deum prædeterminare vo- luntatem creatam ad materiale pecca- ti, & postea concurrere cum illa ad ac- tum peccaminosum, vt actus est præ- cise, & determinationem ad malitiam prouenire à determinatione creaturæ.

748 Hinc ascendendo admo- dum, quo Deus cognoscit peccata sub conditione futura: dicunt Deum, sicut cognoscit opera bona sub conditione auxiliij indifferentis in decreto absolu- to ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti: sic etiam cognoscere ac- tionem peccaminosam sub conditio- ne futuram: vt actio est in decreto ab- soluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, & vt mala est, in de- creto permissiuo malitiæ à creatura ponenda.

749 Hanc doctrinam impugnat alij in suo fundamento. Quia, si hoc modo ponatur concursus Dei cum creatura, siue sit prauus, siue vniuer- salis ad actiones bonas, & ad materia- le peccati, non potest manere futuritio peccati contingens, nec Deus non esse causa peccati.

750 Explicatur hoc magis in cō- cursu vniuersali. Nam cum hic sit ea- dem actio libera prout à Deo, si talis actio prior est prout à Deo, quā prout à voluntate creata, posito actuali con- cursu prout à Deo in actū liberū, im- possibile est actum liberum non esse prout à creatura: alias idem actus li- ber posset simul, & in eodem instan- ti esse, & non esse. Si autem posito con- cursu prout à Deo, impossibile est

Ad ma- teriale peccati necessa- rium.

Sed tolli- tur con- ting. & Deus est causa pec- cati.

Et instā- tur.

non esse prout a creatura, posito illo concursu prout a Deo, nulla remanet contingentia talis actus, vt possit non esse prout a creatura: & tota malitia peccati refundenda est in Deum.

Licet hæc variè solvantur.

751 Hæc ratio multis modis eliditur ab Auctoribus huius sententiæ; sed semper habuit, & habet ingentem difficultatem: neque opus est, nec locus hic omnes modos respondendi im pugnare: sufficiat ad intentum difficultatem proposuisse.

Iesuitæ recurrat ad v. ritæ te n. obie-ctiuam.

752 Propter hæc alij, cum existiment Deum non prædeterminare, nec concursu vniuersali applicare causas liberas ad operandum, sed solum concurrere cum illis concursu prævio, & simultaneo, omnino indifferenti; scilicet auxilio ex se indifferenti, exhibitione suæ omnipotentia, ad concurrendum cum illis concursu vniuersali, & decreto indifferenti de concurrendo cum illis ad partem, ad quam causa libera se determinauerit.

Futura sub condit. causa rum in diff.

753 Ex hac doctrina ascendendo admodum, quo Deus cognoscit peccata sub conditione futura: dicunt Deum cognoscere peccata futura sub conditione omnium requisitorum ad operandum, positorum ex parte conditionis, seu hypothesis ex libera determinatione voluntatis prouenientia, in sua futuritione conditionata, & sic per scientiam mediam: sicut per hæc scientiam cognoscit bona opera sub conditione omnium principiorum in differentium.

Sed difficile explicatur concursus Dei

754 Hanc doctrinam impugnat Thomista in suo fundamento. Nam concursus ille vniuersalis, cum sit respectiuus, & conditionatus, conditione ponenda a creatura, vt fiat absolutus; ad hoc vt Deus absolute concurrat cum voluntate, est difficilis explicatu. Quia cum creatura non possit se determinare sine concursu vniuersali Dei (alias incideremus in sententiâ Durandi dicentis Deum non concurrere cōcursu vni-

uersali immediato cum creaturis) fit, vt Deus non possit offerre illum concursum sub conditione, quod creatura se determinet; aliàs offerret sub conditione dare id, sine quo prius dato, impossibile est conditionem impleri: vel dicendum foret Deum cōcomodo cū creatura concurrere, quorum vtrumque est inconueniens.

755 Hæc etiam ratio multis modis eliditur ab Auctoribus huius sententiæ: sed etiam semper habuit, & habet maximam difficultatem. Nec hic est locus oportunos omnes solutiones impugnandi.

756 Propter hæc Gabriel in 2. dist. 37. q. v. nica art. 1. ad 2. & nonnulli alij, vt hæc inconuenientia vitarent, affirmarunt (media via procedendo) nec Deum suo concursu determinare voluntatem creatam, nec voluntatem creatam suo concursu determinare cōcursum Dei, sed vtramque determinationem esse simul, & in eodem instanti reali in quo, sine ordine causalitatis, sed tantum cum ordine dependentiæ, quatenus voluntas creata non potest elicere actū non cōcurrente Deo, licet non e conuerso. Et hæc videtur tui mens Scoti in 2. dist. 37. q. v. nica, §. ad solutionē istorum. Et plurium quos refert, & sequitur Henric. lib. vlt. cap. 5. lit. H. in Glossa, & eam nuper docuit Ribadeneira, vt diximus a n. 560.

757 Hæc etiam sententia succumbit difficultati, & inducit aliam maiorem, scilicet, nec causam primā determinare secundam, quod est dicere primam non esse primam in determinando; nec secundam determinare primā, quod est tollere ordinem causarum, & ponere casualitatem inter ipsas.

758 Propter hæc Ludouicus Dola in quodam opusculo de hac materia, omnes controuersias inter Thomistas, & Doctores scientiæ mediæ existimauit fore cōponendas, negādo Deū cōcurrere immediate cū causis secundum.

Sed variè explicatur.

Alij admittunt decretum comitans Gabriel.

Si cōs.

Sed succumbunt difficult.

Alij negant eorū existentiā vniuers. Dola.

Ab omnibus admissum.

cūdis ad operā dī: sed hac via lites nō componuntur, & inciditur in sententiā Durandi, quam omnes reiiciunt censuris in vrendo.

Arduitas difficultatis ponderata.

759 Hæc est ardua difficultas in hac materia, & quæ omnium Theologorum ingenta torfit, & in varias semitas reperiendæ veritatis, & quærendæ induxit. Nam si dicamus actiones liberas esse determinatiue, seu applicatiue prius prout a Deo concursu prævio, seu simultaneo, quam prout a creatura, videmur tollere contingentiam a rebus. Si vero dicamus actiones liberas prius esse prout a creatura, scilicet prout a voluntate, quam prout a Deo, videmur tollere a Deo primitatem causæ, & quod sit primum determinans. Si autem dicamus actiones liberas simul esse a Deo, & a creatura voluntate, & concomitantur se habere vnam determinationem ad aliā, videmur tollere ordinem causarum. Vnde quocumque nos vertamus angustia sunt.

Sed ab ea non pendet sent. nost.

760 Sed in primis resolutio quæ in hoc opere defendimus, non dependet a resolutione huius Philosophicæ difficultatis, de concursu simultaneo, & de eius modo influendi: sicut neque dependet a difficultate de efficacia gratiæ, vt sæpe diximus. Quia in quacumque sententia potest defendi.

Nam de fenditur cum Thob. mist.

761 Nam si dicatur in tempore actum liberum esse priorem prout a Deo, quam prout a creatura, sic in esse representatiuo videbitur possibilitas actus peccaminosi, secundum esse physicum, prout est prior prout a Deo, quam prout a voluntate creata: & etiā videbitur futura sub conditione applicationis, qua Deus applicet voluntatem creatam per suum concursum ad actum, vel ad obiectum. Quia actus sicut est in tempore, & cum dependentiis, quæ habet in tempore fuit possibilis necessario, & sic cognoscetur, vt possibilis, & vt futurus sub conditio-

ne per scientiam naturalem, seu præscientiam. Quia obiectum præscientiæ nihil est aliud, quam possibilitas actus liberi prout a suis causis. Quæ possibilitas non contingenter, sed necessario est possibilis, & futura sub conditione suarum causarum.

762 Si vero dicatur actum liberum priorem esse prout a voluntate creata, quam prout a Deo; sic in esse representatiuo videbitur possibilitas actus peccaminosi, & eius futuritio conditionata idealis, prout est prior prout a voluntate, quam prout a Deo propter eandem rationem.

763 Si autem dicatur in tempore actum liberum esse simul re, & ratione prout a Deo, & prout a voluntate creata, concomitantur se habente vna determinatione ad alteram, eodem modo erit possibilis, & conditionate futurus idealiter propter eandem rationem. Quare iuxta nostram sententiam potest vnusquisque discurrere iuxta sua principia Philosophica. Et hoc habet nostra sententia amplitudinis, quod nulli sententiæ Philosophicæ, aut Theologicæ ligatur: sed in omnibus potest defendi.

Et cura Iesuitis.

Et ponendo decretum comitans.

CAP. II.

Aperitur nostra sententia de modo cōcurrenti Dei cum creaturis concursu vniuersali, & duæ primæ conciliantur.

764 SED quia difficultas de modo concurrenti Dei cum creaturis existimatur cōmunitur esse primam basim, ac fundamentum, cui tota fabrica de modo, quo cognoscit Deus futura contingenter, innititur. Qua de causa Vuestota Vines, disp. 14. contendit obiectum scientiæ mediæ non posse componi cum Diuino concursu simultaneo intrinsece in dif-

Ex modo conuertē. di Dei est modus cognoscē. distat. Vines.

differenti, vt oblatō ante instans ope- rationis libera. Et disp. 11. latissime contendit prædeterminationem induci à scientia media. Alij vero e contra contendunt concursum simultaneum, & prædeterminationem inducere sciē- tiam mediam. Id circo placuit aperire modum, quo Deus simultaneè concur- rit cum libero arbitrio, & media via procedere, qua apparebit vtrumque intentum esse frustraneum, & duas oppositas sententias posse in concor- diam reduci, tria illa in convenientia; capite præcedenti inducta, vitari: & difficultatem, de modo, quo Deus cognoscat futura contingentia, non dependere a difiicultate, de modo, quo Deus simultaneè concurrit cum creaturis.

Actus liber phy- sicè est à causa ad obiectū. 765 Igitur pro huius rei explica- tione supponimus (id quod in quaestio- nis fine est à voluntatis liberum posse dupliciter considerari, & esse. Primo physicè, & in genere entis, & naturæ. Secundo in esse libero, & in genere moris. Actus voluntatis in genere entis, & naturæ est tendentia actus à causa physica, & naturali ad obiectum, sub ratione qua est obiectum: sicut quæcumque actio physica est tendentia agentis in passio ad terminum, præscindendo à modo tendendi libero, vel necessario, qui provenit à forma, qua agens opera- tur.

766 Actus voluntatis in esse li- bero, & morali est tendentia actus à fine in intentione ad finem in execu- tione, & sic est vsus, quo voluntas uti- tur suis actibus in ordine ad hoc, vel illud obiectum, vel ad hunc, vel illum finem, vel respuendo suū actum prop- ter hunc, vel illum finem; propter do- minium quod habet in suis actibus, quorum est domina, reflectendo for- maliter, vel virtualiter supra illos. Quo influxu dominatio, seu visio nō producit actum (hunc enim producit

influxu effectiuo, seu physico) sed eo utitur, qui vsus non est novus actus, sed novus modus, vel potius noua ha- bitudo dependentiæ, & subiectionis actus à voluntate, vt est illius do- mina, qua dependentia tota entitas actus, vt causata, vel vt causanda à vo- luntate, & alijs causis efficientibus, sub est dominio voluntatis.

767 Retuli ibi pro hac doctrina Egidium in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. §. ad vertendam, & latius q. 2. art. 1. in cor- pore. Iauellum, Suarez, & Vazquez, quos refert noster Lusitanus lib. 2. de ultimo fine q. 1. art. 2. §. 4. num. 9. & sequitur num. 11. Ripalda disp. 125. de ente supernaturali sect. 4. Et ante eos D. Thom. tenuit hanc doctrinam 1. 2. q. 16. art. 4. ad 3. quem sequitur Caietanus 1. 2. q. 9. art. 4. §. ad euidem- tiam. Et nunc addo nostrum Argenti- natem in 2. dist. 37. q. unica, art. 3. §. sed est. Nostrum Ariminensem in 2. dist. 11. q. 1. §. ad argumentum in oppositū, paulo ante finem quaestioni. Alueldam 1. p. disp. 58. sect. 5. à num. 58. §. secun- da autem.

768 Atque hanc esse commu- nem doctrinam constat. Quia vt docent Egidius in 2. dist. 40. q. 1. art. 3. Lusita- nus lib. 1. de fine q. 13. art. 2. Considera- tio physica expendit motus, & actus in genere rei: in quo genere motus, vel actio dependet à suo motore, vel cau- sa efficiēti: & sic actio habet esse in- ter formam, & formam, scilicet inter formam agentis, & formam, quā agens inducit in passū: incipit enim à forma quæ est in agente, & terminatur in for- ma, quam agens inducit in passum, vt calefactio est via à calore, qui est in agente, ad calorem inducendum in passum. Et sic secundum consideratio- nem physicam ea dicuntur moueri à se ipsis, quæ mouentur à motore, vel causa intrinseca, & sic actio secundum considerationem physicam accipit speciem à principio, & termino, & ac-

Quia ac- tio phys. ce à for- ma adfor- mam. Egid. Lusitan.

tio est mala in genere entis, quando oritur à forma deficienti, vel generat formam imperfectam, & deficientem à sua specie. Vt claudicatio est mala; quia procedit à virtute gressiua de- fectiua.

Et mora liter à fi- ne in fi- nem. 769 At consideratio moralis ex- pendit motus, & actiones in genere li- bero, & in genere moris. In quo genere motus, vel actio dependet à fine: quia in genere moris actio incipit à fine, vt docet Philosophus 7. ethicor. cap. 8. Et sic motus, seu actio moralis habet esse interjicem, & finem, nempe inter finem in apprehensione, seu intentione, & finem in executione: incipit enim à fine in apprehensione, seu in intentione, & terminatur in fine in execu- tione. Vt actio dandi eleemosynam in- cipit à fine subleuandi miseriam pau- peris in apprehensione, qui est mo- tium eleemosynæ, & terminatur in executione subleuandi miseriam pau- peris. Et sic secundum consideratio- nem moralem ea dicuntur moueri à se ipsis, quæ mouentur à fine à se apprehenso per intellectum, & intrinseco sibi: & consequenter actiones secun- dum considerationem moralem acci- piunt speciem à fine apprehenso, & à fine executo, qui est eius terminus: & sic actio est bona quando oritur à bo- no fine, & illum exequitur electione, & vsu bonorum mediocrium. Vnde, vt cum nostro Egidio in 2. dist. 40. q. 2. art. 3. docet noster Coelestinus quod- lib. 8. disp. 3. cap. 1. §. 2. bonitas moralis desumitur principaliter, & formaliter ab intentione finis: est enim con- formitas cum fine recto; malitia vero moralis desumitur à denatione à fine. Est enim bonitas moralis effectus finis seu motus, vel actio finis (sumpto lar- ge nomine actionis) & malitia mora- lis defectus a fine simpliciter, & effec- tus finis apparentis.

Egid. Coelestin. Bonitas moralis ab intenc- tione.

Actio- nes libe-

770 Hoc supposito nostra sen- tentia duabus conclusionibus aperi-

tur. Prima est. Actiones liberae, vt ac- tiones sunt physicæ, seu in genere en- tis consideratæ, prius sunt prout à Deo applicante voluntatem ad materiam, seu subiectum medio concursu vniuer- sali, vt causa prima physica, & primo motore, & artifice vniuersali, quam prout a voluntate creata. Hoc inten- dunt Thomistæ pro prima sententia relati, & plurimi alij. Et S. Thomas q. 3. de potentia art. 7. Egidius de esse, & essentia q. 5. quodlib. 6. q. 2. & in 2. dist. 1. p. 1. q. 2. art. 5. & 6. Scotus in 1. dist. 39. §. contra ist. refert quæse ad distinc- tionem 2. Caiet. 1. p. q. 14. art. 13. quem refert, & sequitur Suarez disp. 2. meta- phys. sect. 3. num. 10. noster Lusitanus lib. de fine in communi. q. 12. art. 2. §. 5. num. 16. circa medium. Foelix de gra- tia cap. 1. diff. 1. numer. 9. Raynaudus traçt. de noua libertate lib. 2. cap. 2. vbi alios refert. Prado tom. 1. metaphys. controu. 12. art. 2. vbi refert omnes Thomistas, agmen ipsorum ducente Egidio quodlib. 6. q. 2. qui hoc solum intendunt. Bricennius in 2. dist. 2. art. 3. per totum.

re phy- sicè prio- res à Deo.

S. Thom. Egid. Scotus. Caiet. Suarez. Lusitan. Foelix. Raynaudus. Prado. Bricen- nius.

771 Et ratio Egidij, & aliorum est. Nam cum actus liber in esse entis (sicut, & omnis effectus creatus) prius intelligatur causari sub ratione entis, sub qua causatur à Deo, quam sub ra- tione talis entis, sub qua causatur à creatura: oportet dicere Deum prius concurrere ad actum liberum, vt cau- sa physica vniuersalis suo vniuersali concursu, quam causa secunda. Quia idem ordo prioritatis causalitatis de- bet reperiri in actionibus, ac reperi- tur in rationibus, sub quibus ab actio- nibus causatur effectus.

Quia prius sunt en- tia, quæ talia en- tia.

772 Secundo. Quia id, quod es- sentialiter requiritur ex parte causæ ad causandum, impossibile est esse ef- fectum causæ, & ab eius determinatio- ne, & influxu dependere. Vt latè pro- batum est disp. 1. num. 594. Ergo si cō- cursus vniuersalis essentialiter requiri-

Et causa nō potest pendere ab effec- tu.

tur ad operandum physice ex parte causae physicae, & voluntatis physice operantis, impossibile est eius collationem, & influxum dependere ab operatione, seu determinatione, aut applicatione. Impossibile enim est influxū lucis dependere à visione, aut determinatione potentiae visivae, qua se applicat ad videndum, quia ad hanc applicationem essentialiter requiritur influxus lucis. Et idē patet in influxu ipso potentiae visivae.

Actio- nes libe- ra, & pri- oris prout à creat.

773 Secunda conclusio. Actiones liberae, ut actiones liberae sunt, & in genere moris consideratae possunt esse prius (& vnicē si sint malae moraliter) prout a voluntate creata determinante se per rationem, & dominium, quod habet in eis, quam prout a Deo. Hoc intendunt Auctores secundae sententiae, & plurimi alij. Sed praecipue S. Thomas q. 3. de potentia art. 7. ubi cū docuisset in corpore, actionis creatae Deum esse causam. Primo, quia tribuit virtutem creaturae, ut operetur. Secundo, quia ipsam virtutem conferuat. Tertio, quia talem virtutem applicat ad agendum conuersu vniuersali. Quarto, quia operatur effectum creaturae, ut causa principalis, ut primus artifex eleuans creaturam ad dādum esse effectui. *Ipsa enim esse (inquit) est communissimus effectus, primus, & intimior omnibus alijs effectibus, & ideo soli Deo conuenit secundum virtutem propriam talis effectus.*

Est mens S. Thom.

774 Postquam haec dixerat, cum in 12. argumento sibi obieciisset. Ecclesiastici 15. dicitur, quod Deus fecit hominē, & reliquit illam in manu consilij sui, non reliquit autē, si semper in voluntate operaretur. Ergo non operatur in voluntate operante. Et in 13. Praeterea voluntas est domina sui actus, hoc autem non esset, si agere non posset nisi Deo in ipsa operante, cum voluntas nostra nō sit domina diuinae operationis. Ergo & ad 12. respondet, dissensum

quod Deus non dicitur hominem de reliquisse in manu consilij sui, quin in voluntate operetur, sed quia voluntati hominis dedit dominium sui actus, & nō esset obligata ad alteram partem contradictionis, quod quidem dominium natura non dedit. Et ad 13. respondet, dicendum, quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusio nem causae primae, sed quia prima causa non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad vnum determinet, sicut determinat naturam: & ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis, & voluntatis: quod latē profertur D. Th. q. 6. de malo a. 1.

775 Ecce ubi S. Thomas ponit quadruplicem motionem, necessariam, ut natura, & voluntas operetur in esse naturae, seu ut causa physica: & tamen docet ipsam, ut est liberum arbitrium, se determinare, non solum quoad exercitium, sed quoad speciem actus, per rationem, & dominium, quod habet in suis actus. Et reddit rationem. Quia forma per quam mouet voluntatem non determinat eam ad vnum, sicut determinat forma, per quam mouet naturam: & ideo posita motione Dei mouentis voluntatem ad operandum libere, relinquit determinationem actus voluntati, ut se per rationem, & liberum arbitrium determinet. Et idem docet in 2. dist. 25. q. 1. art. 1. in corpore, & ad 3. Et cit. loco de malo.

776 Sed specialiter docuit expresse hanc sententiam S. Thomas 1. 2. q. 9. art. 6. cum enim sibi obieciisset. *Deus non est causa nisi bonorum, & c. si ergo à solo Deo voluntas moueretur, nunquam moueretur ad malum.* Respondet ad 3. *Quod Deus mouet voluntatem hominis, sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle: sed homo per rationem determinat se ad vnum hoc, vel illud, quod est vere bonum,*

Doctri- na cuius ponderatur.

Et ad hoc ex- presius nostram sent. tenet.

vel apparens bonum. Sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volendum, quod est bonum, sicut in his quos mouet per gratiam, ut infra dicitur. Scilicet q. 109. ubi loquitur de motione, qua voluntas mouetur, ut est liberum arbitrium, & dicit, Deum, ut vniuersalem motorem mouere ipsam ad vniuersale obiectum, & sine hac vniuersali motione non posse aliquid velle (est enim motio sine qua homo non potest deliberare) sed ea posita ipse se determinat per rationem ad hoc, vel illud bonum particulare determinate volendum, quod est vere bonum, vel apparens bonum. Quia posita illa vniuersali motione homo per rationem, & dominium se determinat quoad speciem actus, in ordine naturali: sed tamen ad volendum aliquod speciale bonum, siue morale, siue supernaturale Deus interdum mouet aliquos per specialem motionem gratiae, ratione cuius ei tribuitur specialiter actus supernaturalis, & quicumque actus bonus. Idem docet Egidius in 2. dist. 37. q. 2. art. 1. §. sed dices, & passim dist. 24. & 25.

Sicut Deus mouet intellectum per principia.

777 Pro huius conclusionis probatione suppono, quod sicut Deus mouet intellectum per obiectum, ad actum simplicem intelligendi (respectu cuius dicitur intellectus) & ad discurrendum in speculatiuis (respectu cuius discursus dicitur ratio) mouet ipsum per illud primum principium, omne vel est, vel non est, & impossibile est discurre, nisi actuetur prius formaliter, vel virtualiter illa notitia, & motione: & semel actuat us potest discurre bene, vel male. Bene, sequēdo motionem illius principij, quod se habet, ut maior, & principium vniuersale, & primum in discurrendo. Male, si ratio discrepet ab illo principio, non assumendo minorem sub illo, vel si assumit, non bene inferendo. In practi-

cis autem mouet intellectum medio illo primo principio practico. Bonum est prosequendum, & malum fugiendum. Et si conclusio (siue speculatiua sit, siue practica) sit difficilis, & occulta, est necessarium aliud principium proximum loco minoris, quo Deus moueat intellectum, ut est ratio ad illam conclusionem deducendam mouendo intellectum non solum per illud principium vniuersale, ut causa vniuersalis, sed per principium proximū, & ut causa specialis. Et si conclusio est supernaturalis, est necessarium aliud principium supernaturale loco minoris, quo intellectus illo primo principio actuat us eleuetur ad illam conclusionem deducendam; ratione cuius principij supernaturalis conclusio est specialiter à Deo Auctore supernaturali.

778 Sic etiam Deus mouet voluntatem per obiectum, seu finem sub ratione boni, ad actum simplicem a mandati (respectu cuius dicitur voluntas) sed ad deliberandum mouet voluntatem, ut est liberum arbitrium per amorem boni vniuersalis, & beatitudinis in communi: & impossibile est voluntatem deliberare, nisi prius formaliter, vel virtualiter moueatur illo amore, & motione obiectiua seu finali. Et semel actuat us illo primo amore, potest amare bene, vel male. Quia ille amor est principium deliberationis, & ideo non potest esse liber, sed in deliberatus. Quare illo actuat us mouet intellectum ad consiliandum de agendis, & medio consilio ad iudiciū, & medio iudicio ad electionem liberam. Qui processus vsque ad electionem liberam est naturalis voluntati per se loquendo. Quia est necessario, siue formaliter, siue virtualiter praerequisitus ad electionem, ad quam voluntas se mouet per iudicium practicum. Et sicut illa motio vniuersalis est necessaria, ut voluntas simpliciter

Sic mouet voluntatem per finem.

deliberet, sic etiam in quocumque negotio, quod de nouo se offert, est necessaria specialis motio obiectiua ex parte voluntatis, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 9. art. 4. & q. 109. art. 2. & quod lib. 1. q. 1. Egidius in Epist. ad Rom. ad illa verba. Quicumque Spiritus Dei aguntur. Et si electio est obiecti super naturalis, est necessaria specialis motio supernaturalis ad mouendam voluntatem, & applicandum habitum supernaturalem, quem voluntas applicare non potest: quia applicatio habitus est supernaturalis, & voluntas est naturalis. De quo num. 826. Vnde dicunt omnes Theologi ad assensum fidei necessarium esse iudicium supernaturale ex parte intellectus, & etiam pia affectio supernaturalis ex parte voluntatis, & hæc doctrina est expressa S. Thomæ locis adductis, præcipue in 2. testimonio, & Egidij in 2. dist. 19. q. 2. art. 2. §. ad quod, & latius dist. 26. q. 2. art. 3. & Alueldæ sup. num. 40.

S. Thom. Egid. Alueldæ.

In genere causæ formæ malis efficientis.

779 Secundo suppono Deum per hanc motionem mouere voluntatem ad deliberandum in genere causæ finalis, & in genere causæ efficientis. In genere causæ finalis mouet voluntatem immediate, vel medijs creaturis, scilicet vt est bonus in se à parte rei, vel per participationem in creaturis: & sic attrahendo, & alliciendo voluntatem sicut finis. In genere causæ efficientis mouet voluntatem, quatenus per se, vel suam motionem est in apprehensione, quia talis motio est inclinatio spiritualis ad deliberandum. Sicut centrum mouet dupliciter corpus, primo, vt finis per allicientiam, & attractionem ad se, & sic mouet, vt est in se. Secundo sicut efficiens media grauitate, vel leuitate, tanquam per formam inclinandō ad motū versus se. Nam sicut grauias, & leuias mouentur à generatē, sic voluntas mouetur a bono

P. Aug. Egid.

salua libertate, vt late cum P. Aug. docet Egid. in 2. dist. 41. q. 1. art. 2.

780 His suppositis probatur conclusio ratione D. Thomæ. Quia licet voluntas, vt est liberum arbitrium nō possit se mouere libere, nisi prius moueatur à Deo motione vniuersali saltem obiectiua, & indeliberata se tenenti ex parte finis, tamen mota per illam motionem, & virtute illius potest se ipsam mouere ad electionem huius vel illius actus, & ad volendum hoc, vel illud bonum particulare, per rationem, & dominium quod habet in eis. Ergo licet actiones morales in genere physico non possint non esse à Deo prius, quam prout à voluntate, tamen in genere liberi, & in genere moris possunt esse prius (& vnice si sint male moraliter) prout à voluntate, quam prout à Deo, saltem determinatē.

Et voluntas mota se mouet per dominium.

781 Antecedens probatur. Quia quod voluntas, vt est liberum arbitrium non se posset mouere adhuc, vel illum actum, & ad hoc, vel illud bonum per rationem, & dominium, quod habet in suis actibus, solum posset obstare quod ipsa esset prima causa motiua, & primum se determinans. Ergo cum dicamus voluntatem non se posse mouere, nisi prius moueatur à Deo ex parte obiecti, vel finis, & impossibile esse sine tali motione se mouere, hoc in conueniens vitatur. Vide S. Tho. 1. 2. q. 1. a. 2.

Et per rationem.

782 Secundo. Quia per illam motionem saluatur motio Dei, vt primi artificis, & primi liberi, necessario exercita ante exercitium liberum voluntatis, & alias voluntas actuatur per illam, tanquam per motionem Dei primi artificis, & primi volentis. Ergo voluntas per talem motionem actuata, & virtute illius poterit se libere mouere ad hunc, vel illum actum ad hoc, vel illud bonum particulare per rationem, & dominium, quod in suis actibus habet.

Et hæc motione saluatur causalitas primæ artificis.

783 Tertio. Quia sicut physice in genere causæ efficientis supposita

Et in physice.

motione subiectiua Dei, vt causæ physice vniuersalis, quæ est virtus intrinseca causæ creatæ, & supposita virtute eleuatiua, quæ eleuatur ab artifice Diuino, vt causet esse, seu existentiam, quæ est effectus proprius Dei (quem natura causat, vt Dei instrumentum) potest natura mouere aliud per suam propriam formam, vt S. Thomas docet citata q. 3. de potent. art. 7. maxime ad 7. Ergo in genere causæ finalis, & in genere moris, supposita motione vniuersali Dei obiectiua, & se tenenti ex parte finis, quæ est intrinseca agenti creato, & virtute cuius Deus vt finis mouet, potest agens creatum se ipsum mouere, vt eliciat hos, vel illos actus (qui sunt effectus proprii ipsius agentis creati) per iudicium practicū rationis, quod est propria forma agētis rationalis, & liberi. Nā nō minus saluatur primitas causæ primæ physice cū illa physica motione subiectiua, & influxu vniuersali, cui innititur influxus causæ secundæ physice; quam primitas causæ primæ finalis cum illa motione ex parte finis, cui innititur motus voluntatis operantis propter finem.

S. Thom.

Et sup. postea talis motio homo eligit.

784 Consequentia verò probatur. Quia supposita motione obiectiua, & ex parte finis potest homo virtute illius per iudicium rationis, & dominium, quod habet in intellectum, & in suos actus, eligere actum bonum moraliter, conuertendo ad illum finem: & sic Deus erit prima causa, non solum physica, & efficiens illius actus, quem physice effectiue priusquam voluntas causabit: sed etiā erit prima causa moralis: quia finaliter priusquam voluntas illum causabit. Vel potest eligere actum malū moraliter, vtendo eo, & auertendo se ab illo fine; & tunc licet Deus sit prima causa physica illius actus, quia illū primo causabit effectiue, quam voluntas: tamē in genere moris voluntas erit prima causa, & vnice causa: quia Deus

vt finis (quo pacto causatur actio in genere moris, vt diximus num. 769.) nullo modo infuset in illum actum, vt liberum, sed sola voluntas: cum ille actus sit auctus à Deo, vt vltimo fine, & creatura moueatur ad illum eligendum propter se ipsam, vel propter creaturā, tanquā propter vltimū finem.

Atque vnde let motio nem illi non dare actualitatem.

785 Responderi potest voluntatem virtute illius motionis obiectiua, & ex parte finis non posse mouere. Quia illa motio non dat actualitatem voluntati, nec habet rationem principij, comparatione actus voluntatis. Quia illa motio est actus voluntatis finis, & actus voluntatis finis non dat actualitatem voluntati, vt causet media.

Quia dat actualitatem extrinsecam.

Sed contra. Quia licet illa motio non det actualitatem intrinsecam voluntati, & comparatione ad se, nec habeat rationē principij physice effectiui actus voluntatis deliberati, ad quē mouet, tamen dat actualitatem saltem extrinsecam voluntati, & comparatione ad actus deliberatos, determinando ipsam in ordine ad illos. Vt de idea Diuina, & de propositionibus vniuersalibus, comparatione ad propositiones particulares, cū Egid. & alijs dicemus dist. 3. n. 380. Nā sicut propositio vniuersalis, vel prima simpliciter, vt omnis res est, vel non est, vel prima in aliquo discursu, licet nō det virtutē physice intrinsecam intellectui comparatione ad se: quia intellectus ex se habet virtutē intrinsecam intelligendi, nec sit principium actus intelligendi effectiui, se tenens ex parte intellectus: quia hoc est intellectus informatus specie; tamen propositio vniuersalis aliquā virtutem intrinsecam, vel saltem extrinsecam dat intellectui: quia est ipsi ratio intelligendi propositionem particularem, & illum determinat, & mouet ad illā cognoscendā, cum ex propositione vniuersali moueatur, & determinetur intellectus ad cognoscendam propositionem particularem respectu

Et

pectu

pectu cuius propositio vniuersalis habet rationem principij, etiam efficiētis in genere causae motiuae.

In ordi-
ne ad ac-
tus libe-
ros.

786 Sic in nostro casu. Amor bo-
ni vniuersalis, vel simpliciter, vel in
aliquo speciali negotio, licet non det
actualitatem physicam intrinsecā vol-
untati comparatione ad se: quia ex
se illam habet: dat tamen illi actuali-
tatem saltem extrinsecam in ordine
ad actus deliberatos, determinando
voluntatem, ad eligendum hunc, vel
illum actum, & illo vtendū in ordine
ad finem. De quo vide Lusitanum lib.
1. de fine q. 6. art. 5. §. 8. vbi num. 44.
docet voluntatem dirigentem se in fi-
nem determinari à fine, tanquam ab
obiecto alliciente ad volendum: effe-
ctiuè autem physice à se ipsa deter-
minari per volitionem liberam, voli-
tam per volitionē virtualiter reflexā.

Lusitan.

Et sic cō-
ciliantur
sentētia
sup. posi-
ta.

787 Ex his possunt conciliari
duae primae sententiae, capite praecedenti
proposita: Nam verum est Deum vt
causam physicam concursu vniuersali
applicare (& si velint Thomistae physica
etiam praedeterminatione determi-
nare) voluntatē ad materiale pecca-
ti, & ad subtractum peccati, vt actio,
& actus quidam est in esse physico, &
in esse entis, & naturae, sicut applicat
alias causas physicas: & etiam certum
est Deum eleuare naturam motione
physica, vt causet esse, seu existētiā,
qui est effectus proprius Dei: quod
voluit D. Thom. q. 3. de potentia art. 7.
vt diximus n. 773. Et etiam verum est,
Deum, vt primam causam finalem, de-
terminare voluntatem, vt est liberum
arbitrium ad operandum bene ratio-
naliter, & moraliter, & etiā in hoc ge-
nere actionem prius esse prout à Deo,
quā prout à creatura, si actio bona sit,
vt docet idem S. Th. 1. 2. q. 1. art. 2. in
corpore, vbi reddit causam. Quia cau-
sarum ad inuicem ordinatarū, si prima
subtrahatur, necesse est alias subtrahi.
Prima autē inter omnes causas est cau-

D. Th.

Omni-
a tibi bo-
na prior
prout à
Deo.

sa finalis, cuius ratio est. Quia
materia non sequitur formam, nisi
secundum quod mouetur ab agente: nisi
vbi enim reddat se de potentia ad actū:
agens autem non mouet, nisi ex inten-
tione finis, si enim agens non esset deter-
minatum ad aliquē effectum, nō magis
ageret hoc, quam illud. Ad hoc ergo
quod determinatum effectum producat,
necesse est quod determinetur ad aliquē
certum, quod habet rationem finis: hāc
autem determinatio, sicut in rationali
natura per rationalem fit appetitū, qui
dicitur voluntas, ita in alijs fit per in-
clinationē naturalem, quae dicitur appe-
titus naturalis. Vbi Sāctus Doctōr do-
cet Deum, vt primam causam determi-
nare creaturam rationalem, nō motio-
ne se tenenti ex parte efficientis (hāc
enim impugnant S. Th. & Egid. in 3.
dist. 9. q. 1. art. 1. ad 1. vt oppositam li-
bertati) sed per inclinationem natura-
lem finis, quae est appetitus naturalis
ad determinatum effectum, & sic etiā
determinare sensibilia per appetitum
sensituum, & hominem, & Angelū per
appetitum rationalem, scilicet per pri-
mum amorē, qui oritur à voluntate, vt
natura, & voluntas est, & ideo ille pri-
mus actus dicitur voluntas, sicut actus
qui oritur ab intellectu, vt intellectus
est, dicitur intelligētia. De quo n. 826.

788 Vnde consequenter ad hāc
doctrinā infra q. 9. art. 6. ad 3. vt retuli
n. 776. in homine sub distinguit
S. Th. duplicem motionem ex parte fi-
nis. Vnam Dei, vt causae vniuersalis
ad vniuersale obiectū voluntatis, quod
est bonum: & sine hac (inquit) hominē
non posse aliquid velle, etiam si sit bo-
num apparēs. Quia requiritur ad actū
peccaminosum, vt actus est. Alterā spe-
cialē, sicut in his, quos mouet per gra-
tiam, quae est specialiter requisita ad
actus meritorios, & supernaturales:
& etiā iuxta aliquos (quos ego sequor)
ad actus bonos morales. Quamvis ad
actus supernaturales necessaria sit al-

Ad be-
ne operā-
dum du-
plex mo-
tio neces-
saria.

Et specia-
liter ad
actus su-
per-
naturales.
Ad Rom.
Egid.

tior motio, quam ad actus bonos mo-
rales. Quia finis actuum supernatu-
ralium est altissimus, ideoque respec-
tu illius spiritus Dei aguntur filij Dei,
ad Roman. 7. & magis aguntur, quam
agant. De quo latē Egidius quodlib.
6. q. 2. in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. in 2. par-
te, & in dubio laterali, & dist. 26. q.
2. artic. 3. §. Dicimus enim, & dist. 28.
q. 1. art. 3. §. visa conuenientia. Et la-
tē dubio laterali, & q. 2. in corpore
§. si est difficile. Gerardus q. 5. pro-
logi art. 6. §. ille actus. Argentinas
in 1. dist. 17. q. 1. art. 3. Et hāc specia-
lis motio est quam Tridentinum sess.
6. cap. 5. appellat gratiam excitā-
tem, prout pertinet ad intellectum, &
adiuuantem, prout pertinet ad volun-
tatem, & sanctam inspirationem, sine
qua coram Deo homo ad iusticiam nō
se potest mouere. Et praeterea est ne-
cessaria regulatio Spiritus Sancti:
quia fides non est practica respectu
vltimi finis: quia solum ostendit obie-
ctum. De qua disp. 1. num. 530.

Gerard.
Argent.
Trident.

In ordinē
ad mali-
tiam de-
termina-
tio à crea-
tura.

789 Atsi Thomistae velint posi-
ta quacumque motione Dei, siue vt
causae primae effectiuae, siue vt primae
causae finalis hominem per rationem,
& dominium voluntatis non se posse
determinare adhuc, vel illum actum
in genere moris, siue ad bonitatem
moralem virtute motionis, sinendo se
moueri à Deo, & non ponendo obi-
eem illi, siue ad malitiam abyten-
do motione, non bene dicunt, nec
conformiter (ni fallor) S. Thomae
numer. 774: allato. Et in hoc bene
dicit secunda sententia. Quia in hoc
genere potest determinatio oriri à
creatura, & esse vnice ab illa. Quia ma-
litiae moralis creatura est causa vni-
ca, & prima. Quia in deficiendo est
prima causa, vt explicatum est. Et hoc
intendunt Thomistae, cum dicunt Deū
praedeterminare, & applicare homi-
nem ad entitatem physicam pec-
cati, hāc tamen posita hominem se

determinare ad malitiam moralem,
790 Ex quibus fit primo, obiec-
tum scientiae mediae (si alias non re-
pugnet) posse componi cum concursu
vniuersali, priori prout à Deo, quam
prout à voluntate: & etiam praeter-
minationem physicam, ad entitatem
physicam actus posse componi cū sci-
entia media. Quia hac motione, seu phy-
sica praedeterminatione posita in ge-
nere physico, manet voluntas indiffe-
rens, vt se determinet in genere moris
ad hoc, vel illud bonum particulare,
quod est vere bonū, vel apparens bo-
num, per rationem, & dominium, quod
habet in suos actus: vt cum S. Thoma
n. 774. dictū est. Vnde ex applicatione
concurfus Dei non fit consequentia
ad negationem scientiae mediae.

Concurfus
Dei app-
plicati-
uus nec
excludi-
tur.

791 Fit secundo, concursum vni-
uersalem applicativum non inducere
scientiam mediam, vt intendunt alij.
Quia licet eo posito voluntas maneat
libera in genere moris, tamen potest
poni motio obiectiua, seu ex parte fi-
nis, efficax antecedenter, & infallibi-
lis, cuius efficacia cognoscatur per
scientiam naturalem, siue in ipso auxilio
comparato cum voluntate, taliter, vel
taliter disposita, vt ponunt plurimi,
quos referam disp. 3. dub. 2. Vnde ex
concurfu prauiō sic explicato non fit
consequentia ad scientiam mediam.

Neque in-
ducatur
scientia
media.

792 Fit tertio euitari illa in con-
tinentia in ducta cap. praecedenti. Quia
admittimus actiones liberas in esse
physico, & in genere entis esse priores
prout à Deo, quā prout à creatura, &
nō tollitur cōtingentia ab actu, nec li-
bertas. Quia hae sunt modi, seu habi-
tudines actus accidentales illi conue-
niētes, nō in esse physico, quia in eo nō
est libertas, sed vt est subiectū morali-
tatis, & in genere moris: & sic damus
primitatē Deo in genere physico, & in
genere moris comparatione actus
boni moralis. Si autem actus sit ma-
lus in genere moris, Deus est prima
cau-

Euitari
tamen con-
tinentia.

causa illius in esse entis, & creatura in genere moris, & auferimus a Deo primitatem, & causalitatem in malum morale, & damus eam creaturæ.

CAP. III.

Explicatur quomodo homo per rationem, & dominium se determinet ad actus in particulari

Determinatio

793 SED pro plena horum intelligentia explicandum restat. Quomodo homo se determinet in genere moris per rationem, & dominium voluntatis?

Fit uterque ad affectibus.

794 Cui difficultati respondeo voluntatem, seu potius hominem per voluntatem actuatam motione finis, & virtute illius prius uti suis actibus, & medijs illis uti intellectu, ut est ratio, & alijs potentijs, & membris externis, & medijs illis, alijs rebus. Sic Egidius in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. §. aduertendum, ibi. Dicemus ergo cum Augustino eodem libro (scilicet 10. de Trin. cap. 11.) quod uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Sed voluntas nihil assumit in facultatem suam, nisi volendo. Oportet ergo quod ipsam velle, & ipsum actum suum primo assumat in facultatem suam, & mediante illo assumat alia. Ipsum ergo velle, vel ipsum posse velle habet à Deo, sed quod tale velle ordinet, vel utatur in malum, hoc habet à se.

Processus voluntatis ab obiecto in voluntatem.

795 Duplex ergo processus interuenit in modo operandi voluntatis. Vnus, quo obiectum, seu bonum, vel finis mouet voluntatem; attrahendo illam ad se: & hic incipit ab obiecto ostendente se voluntati, medio intellectu, & mouete illam per primum actum, qui est intentio finis, & per hunc actuata, & ponderosa facta, voluntas

mouet rationem ad consultationem, & ad iudicium, & ad actus indeliberatos voluntatis circa idem obiectum, qui actus sunt necessarij ad operandum liberè, & saltem virtualiter reperiuntur in omni processu libero. Et in hoc processu voluntas, licet secundum considerationem physicam, & animasticam se habeat, ut mouens, quia omnes actus, qui interueniunt in hoc processu effectiue aliquo modo, & vitaliter, & voluntarie causat: tamen secundum considerationem liberam, & moralem non se mouet; sed se habet, ut mota, & passiuè. Hac enim de causa Egidius in 2. dist. 3. p. 1. q. 1. art. 2. & Argentinas in 2. dist. 6. q. 1. art. 2. cum D. Anselmo dicunt Angelum in primo instanti non posse peccare, nec mereri, quia non operatur liberè, nec se mouet in genere moris, sed mouetur à Deo. Et hæc actiones, licet sint motus actiui secundum considerationem physicam, & animasticam, secundum considerationem moralem dicuntur passionis, ut docet D. Thomas disp. de vnione Verbi incarnati, art. 4. in corpore, & ad 4. & in hoc sensu dicuntur filij Dei agi spiritu Dei ad Roman. 7. ibi. Qui spiritu Dei aguntur. Vbi plura Egidius. Et in eodem sensu bruta dicuntur pati, & non agere, ut docet S. Thomas de veritat. q. 24. art. 2. Egidius in 2. dist. 25. q. 1. art. 2. in 2. quæst. & rationem reddunt. Quia bruta operantur, ut mere mota ab appetibili, & ex instinctu nature, & non reflectendo supra suos actus, & utendo illis cum dominio, & libertate à subiectione, & coactione: quia cum sint corporea, non possunt esse supra se conuersiua, nec propter finem operantur, mouendo se; & se dirigendo in finem.

Egid. Arg. D. Anf.

Ad Roman.

796 Secundus processus voluntatis est, quo voluntas mota per motionem finis, consultationem, iudicium, & actus indeliberatos, quibus trahitur à fine, etiam proposito obiecto cum indifferentia, incipit

Et à voluntate in obiectum.

incipit se mouere, & dirigere in finem media electione libera, qua prosequitur finem, vel auertit se à fine: & hic processus incipit à voluntate virtute finis apprehensi, & terminatur in ipsa executione, & possessione finis. Et in hoc processu voluntas non solum secundum considerationem physicam, & animasticam, sed etiam secundum considerationem moralem se habet, ut actiua: quia se mouet, & determinat liberè per reflexionem virtuale, qua vult se velle: & propter dominium, quod habet in suos actus, & in potentias, assumendo prius in facultatem suam suos actus, & medijs illis rationem, & alias potentias mediante imperio. Pro quo vide N. Lusitanum lib. 2. de fine, q. 2. art. 2. Vbi bene docet actiones primi processus esse actiones hominis, actiones vero secundi esse actiones humanas; & hanc esse communem sententiam.

Lusit.

Determinatio libera tripliciter.

797 Sed restat explicandum. Quomodo voluntas possit se determinare per reflexionem virtuale, qua vult se velle, si volitio in esse entis est prior prout à Deo, ut causa effectiua vniuersali, quam prout à voluntate?

Utendo acta in deliberrato ad bonum.

798 Hoc autem potest explicari triplici via. Prima. Nam, proposito obiecto cum indifferentia, cum non possit in eodem instanti esse simul in intellectu duplex actus. Vnus, quo proponat obiectum, ut prosequendum, & alius, quo proponat illud, ut fugiendum. Quia intellectus (etiam Angelicus) non potest cognoscere simul plura, ut plura: ut docet S. Thom. 1. p. q. 58. art. 2. & Egid. in 2. dist. 3. p. 2. q. 2. art. 3. fit, ut vicissim, & seorsim secundum rationem proponatur obiectum sub ratione boni, & ut prosequendum, vel sub ratione mali, & ut fugiendum: & cum proponitur sub ratione boni, & ut prosequendum, statim resultat naturaliter simplex amor boni in voluntate circa illud obiectum sic propositum, ad quod actum Deus applicat voluntatem con-

S. Thom. Egid.

cursum vniuersali, (& etiam si velis prædeterminat phylicè) & determinat quoad individuum per appetitum naturalem, ut determinat alias causas naturales, ut docet S. Thomas n. 773. re-latus, vel determinatur ad talem numero amorem à circumstantijs. Quia talis actus est naturalis, & voluntas illum causat, ut voluntas, & ut natura: & proposito sic obiecto petit applicari à Deo. Causato autem illo actu simplicis amoris indeliberato, & aduenire aduertentia (quæ naturaliter aduenit) per reflexionem virtuale potest voluntas uti illo actu in ordine ad finem. Quia potest conuincere suam volitionem propter bonum finem, eligendo ipsam, & complacendo in ea propter finem, vel potest desistere ab eo actu, & sic elicere actum bonum, vel malum in genere moris.

V. Id. malum.

799 Cum vero obiectum proponitur sub ratione mali, resultat simplex displicentia in voluntate, & adueniente aduertentia potest voluntas uti illo, vel non uti per continuationem: vel perseverando in intentione efficaci finis, potest mouere intellectum ad nouam propositionem, quia insistente voluntate in amore finis, intellectus mouetur naturaliter ad inquisitionem mediolorum.

800 Possunt ad hanc viam trahi Aluelda supra §. tertius modus. Et Montefinus 1. 2. disp. 19. q. unica, num. 6. §. tanquam. Vbi docet consentium, & electionem voluntatis distinguere iuxta Diuos Thomam, & Damascenum, in eo quod post consultationem (inquit D. Damascenus 2. de fide cap. 22.) sequitur sententia approbatio, & comprobatio voluntatis, & ipsa voluntas afficitur (ecce simplex affectus circa obiectum propositum per consultationem, & iudicium, quo voluntas afficitur naturaliter) postea vero sequitur electio, & acceptatio vnius rei præ alteri. Ecce reflexio virtuale, qua vo-

Idque docent plures. Alueld. Montef. nus. D. Thom. D. Dam. Egid.

lū:as vult se velle, & eligit libere. Idē docet Egidius in 2. dist. 24. p. 1. q. 1. art. 2. §. secunda via, & dub. 1. laterali.

Voluntas vult se velle.

801 Hoc ergo modo voluntas vtitur suo actu, & vult illo se velle, & medio suo actu vtitur intellectu, mouendo illum per illum actum, illi imperando, vt inquirat media, & etiam mouet potentias ad suos actus, & membra externa ad suos. Vnde homo per voluntatem non mouet intellectum, imprimendo ei aliquam qualitatem, seu impulsu, vt dicunt aliqui: hoc enim modo, solum mouet potentias organicas, vt probat Egidius quodlib. 6. q. 13. Quia ad imperium voluntatis contrahuntur nerui, & extenduntur, secundum quam contractionem, & extensionem fit corporalis motus: nec mouet intellectum, vt communiter dicitur per sympathiam, sed per imperium, medio quo assumit intellectum in facultatem suam, & vtitur eo ad consiliandum, ex qua assumptione fit passio in intellectu, qui est assumptum esse, & operatio intellectus, quæ est consultatio, vt videtur velle Egidius citato quodlib. 3.

Egid.

2. confer. quando cōsideratio.

802 Secunda via potest explicari illud intentum, & ad mentem Egid. quodlib. 3. q. 15. §. quæret aliquis. Nam propositio obiecti cum indifferentia est naturalis, cū præsupponatur necessario ad libertatem, & sit causa eius: vnde non potest esse libertatis effectus. Hæc autem propositio obiecti cum indifferentia fit per duplicem actum intellectus. Vnū, quo cognoscitur obiectum sub vna ratione, verbi gratia, vt prosequendum, quia sensibile. Alterum, quo cognoscitur obiectum fugiendum, quia prohibitum. Hic autem duplex actus intellectus dependet à duplici actu voluntatis, volentis considerare obiectum, vt prosequendum, quia bonum sensibile, & fugiendum, quia malum, & prohibitum. Nam ad cog-

nosendum necessarium esse actum voluntatis coniungentem actum intelligendi cum obiecto, docet P. Augustinus in de ciuitate cap. 8. & quem referunt, & sequuntur S. Thomas in 1. dist. 3. q. 4. art. 5. in corpore, & ad 3. & 1. p. q. 79. art. 7. ad 1. & 1. contragentes cap. 55. in secunda ratione. Egidius latissime quodlib. 5. q. 6. Gerardus in 1. dist. 1. q. 4. art. 3. & apud ipsum Goffredus Ariminentis in 2. dist. 7. q. 2. art. 1. conclus. 2. Tolertanus in 1. dist. 1. q. 7. art. 3. ad 1. Egidij, contra primam conclusionem. Argentinas in 1. dist. 3. q. 2. art. 1. & videtur sententia Scoti in 1. dist. 27. q. 3. §. ideo istis, circa finem, & plures alij apud ipsos. Hic autem duplex actus voluntatis, licet quoad primum sui esse non dependeat ab exercitio voluntatis libero, quia est naturalis: in conseruari tamen dependet à dominio voluntatis, quæ potest vti vtroque, vel alterutro: & potest cessare ab vno, & sic se determinare ad obiectū, quod proponit alterum. Quia desistente ab actu voluntatis, quo volebat considerare obiectum, vt prosequendum, quia bonum sensibile, se determinat ad fugiendum illud, quia prauum. Et facile actus fugæ erit in esse entis prior prout à Deo, vt causa vniuersali physica, quam prout à voluntate, tamen in genere moris erit à dominio voluntatis prior in illa desistentia.

P. Aug. S. Thom.

Egidius Gerardus

Ariminensis.

Tolertanus.

Argent.

Scotus.

803 Tertia via potest explicari intentum, supponeado ex doctrina S. Thomæ, & Caietani quam refert, & sequitur noster Lusitanus lib. 2. de vlti. mosine q. 2. art. 2. §. 3. num. 19. actum liberum voluntatis, vt dependentē à concursu vniuersali physico Dei, & speciali voluntatis, in actu signato, & prout concipitur, vt quodam bonum, & appetibile, & vt elegibile à voluntate, præcedere se ipsum prout in actu exercitio, tãquam materia electionis; & sic ex amore finis eligi à voluntate se determinante, & determinante conc-

3. Modo per electionem actus. S. Thom. Caietan. Lusitan.

cursum vniuersalem Dei quoad exercitium actus ratione sui dominij: ita vt actus voluntatis, prout electus a voluntate signatè præcedat prout a voluntate, quali electus, & imperatus, se ipsum prout à Deo, & à voluntate physice causatum: & sic voluntas in esse moris sit determinatiua sui exercitij, & Dei, vt sint in esse physico.

Qui est signate, vt sit exercite.

804 Hoc supposito explicatur intentum. Quia concursus vniuersalis Dei, & specialis voluntatis in esse physico, & naturali secundum quod in actu signato præcedit se ipsum prout in actu exercitio, est indifferens, vt sit, vel non sit electus à voluntate per determinationem moralem, qua se, & concursus Dei determinat quoad exercitium: & sic exercitium physicum Dei applicans voluntatem, vt causet in exercitio actum volendi, dependet à determinatione morali voluntatis, determinantis se per suum dominium ad vnum, circa obiectum cum indifferentia propositum, licet hæc determinatio moralis supponat determinationem moralem Dei, vt causa finalis, & fiat virtute illius.

805 Dices, voluntatem non posse imperare, & eligere, aut vti actu, qui non sit: quod enim non est, non potest subijci dominio voluntatis, cum subiectio sit relatio dependentiæ ad dominium, & id quod non est, non potest esse alteri subiectum.

Nam actus apprehensus est eligibilis.

806 Sed contra. Quia licet voluntas non possit eligere illud quod nullo modo est, neque exercite, nec signate, tamen actus qui non est in actu exercitio, est tamen in actu signato, & in apprehensione intellectus potest à voluntate eligi virtute impulsus, & amoris finis, & ei subijci, vt sit in exercitio. Vt forma quæ actu non est in se, sed solum in potentia subiecti potest causari ab agente, vt sit, & ei subijci, & eius causalitati per actionem physicam, quæ est ipsa forma in fieri, imo

ad hoc vt actus eligatur, vt sit in actu exercitio, oportet vt in actu exercitio non sit. Nam quod est, non potest eligi, vt sit.

807 Explicatur hoc amplius. In genere physico, actus physicus, qui est forma non est, neque actio est ante exercitium causæ efficientis secundæ: & tamen causa efficiens secunda virtute causæ primæ dat esse actui, seu formæ per actionem, quæ est modus distinctus à termino, & præcedit ipsum terminū, seu est ipse terminus inferior, vt dicitur communiter, vel per actionem quæ est habitudo, quæ est relatio dependentiæ termini ab agente, & est in distincta realiter ab ipso termino, vt plures putamus cum Egidio: & in actibus immanentibus admittitur communiter (communiter enim dicitur actiones immanentes per se ipsas fieri, & non per actionem, quæ sit modus distinctus ab eis realiter) Ergo similiter in genere morali, actus moralis, qui est actus elicited, vel imperatus voluntatis non erit, neque vltus eius ante exercitium dominatiuum, & vsuum causæ moralis secundæ: & tamen causa moralis secunda virtute causæ moralis primæ (si actus sit bonus) dabit esse actui, quo vtitur per dominium, & vsuum, qui sit modus distinctus, vel in distinctus ab actu, & præcedat ipsum, vt faciendum à causa, seu causis efficientibus: & sic vltus voluntatis, vel determinatio eius moralis præcedere potest exercitium Dei, & voluntatis, vt causarum efficientium, & tale exercitium à determinatione voluntatis determinari.

Sicut actio physica causa efficiens, vt sit.

808 Ex dictis infero, quod licet motio Dei ex parte finis, & concursus vniuersalis qui est motio applicatiua causarum secundarum ex se, & veluti ordine intentionis sint determinabiles à causa secunda, tamen in ordine executionis, siue in exercitio prius causantur effectus in esse physico (& etiam in esse morali, ij, qui à Deo causantur.

Motio Dei determinabilis, & de terminabilis.

tantur) a Deo sub ratione entis, & bo-
ni, quam a creatura sub ratione talis
entis. Sicut principium primum specu-
larivum, scilicet *omnis res est, vel non
est*, licet ex se sit indifferens, & deter-
minabile a minori propositione, tamē
in conclusionē, quæ est effectus vtriuf-
que, prius influit primum principium,
quam minor. Quia in cōclusionē prius
infertur esse simpliciter, quam esse ta-
le. Sed de hoc hæc sufficiant, ne ab in-
teato maxime digrediamur.

CAP. IV.

Soluantur argumenta.

Obijcit. 809 **S**ED contra nostram senten-
usum non tiam obijetur primo. Vel
esse a vsus iste, quo voluntas
Deo. vitur suis actibus in esse morali per
dominium quod in eis habet, est a
Deo, vel non? Si est. Ergo Deus deter-
minat voluntatem etiam in esse mora-
li ad illam actionem dominatiuam, &
sic voluntas non manet libera, cum
non se determinet. Si non. Ergo ali-
cuius entis creati, vel modi Deus non
est causa, & iam dilabimur in senten-
tiam Durandi.

Inuauit 810 Respondent aliqui vsus istū,
aliqui. quo voluntas vitur suis actibus, non
esse a Deo. Sic Vazquez 1.2. disp. 129.
Vazq. cap. 6. vbi alios refert. Ripalda *supra*
Ripalda. numer. 17. Raynaudus in *explicatione*
Raynaud. nouæ libertatis p. 1. cap. 4. §. 14. vbi
das. plures etiam refert.

811 Sed quare iste vsus non sit a
Deo, dicunt. Quia talis vsus est concur-
sus formalis extrinsecus, seu denomi-
natio extrinseca proueniens formaliter
a potestate, quam habet voluntas
cohibendi suos actus: quo modo Deus
non potest concurrere ad actus libe-
ros; quia non est prima causa formalis;
& solum concurrat ad illos in genere
causæ efficientis.

812 Quod si illis obijcias, hinc
sequi actum bonum moralem, vt bo-
nus moraliter, non esse a Deo, sicut ma-
lus, vt malus a Deo non est. Respon-
det Raynaudus §. 14. circa finem, quod
actus bonus, & præsertim supernatu-
ralis, tametsi vt est liber homini, non
sit a Deo, ob eandem causam, qua non
est actus pravus, tamen multis alijs tri-
butis tribuitur Deo: nempe, quatenus
a Deo præcipitur, suadetur, & eius in-
tentione tribuuntur homini a Deo au-
xilia illi in debita, quibus fieri possit
ab homine: cum e contra prohibeat
peccatum committendum, & vlciscen-
tur commissum. Et hanc solutionem
admittere, & sequi debent, qui putant
vitalitatem, voluntarieratem, liber-
tatem, & moralitatem esse denomina-
tiones extrinsecas actui, proueniētes
a potentia vitali, voluntarie, & libere
operanti.

813 Attamen, quia existimo has
non esse dominationes extrinsecas, *Sed vsus*
sed intrinsecas actui, scilicet ordines, *est demer-*
seu habitudines dependentiæ actus a *uatio in-*
potentia: & alias est durum Deum non *trins. ac-*
esse causam moralem actus boni, vt *tui.*
bonus est immediate; ideo hæc solutio
non placet.

814 Quare aliter respondeo cum *Sicque d'*
Egidio in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. ad 3. *Deophy-*
vsus istum, quo voluntas vitur suis ac- *sic, &*
tibus bene, esse a Deo non solum, vt *moralit-*
a prima causa physica causante actum, *ter.*
a quo vsus non distinguitur, sed etiam *Egid.*
vt a prima causa morali, & finali: &
specialiter, si actus sit supernaturalis.
Quia, vt dixi *num. 777.* per motionem
finis, & actum, qui ex eo oriūtur Deus
mouet, & trahit voluntatē ad se. Sicut
enim agens naturale (vt Egidius ex-
plicat *super 7. physicorum lect. 4.*) ver-
bi gratia ignis, trahit corpus ad se, im-
primendo illi aliquam formā, vt ignis,
qui est in sua sphaera, trahit ad se corpus
sorsum, rarefaciendo ipsum, & in cor-
porando ei calorem, & dando ei for-

Specia-
liter ta-
mē actus
bonus a
Deo.

Sed vsus
est demer-
uatio in-
trins. ac-
tui.

Sicque d'
Deophy-
sic, &
moralit-
ter.
Egid.

Trahente
volunta-
tem sicut
centrum
corpore.

mam leuitatis: & secundum quod plus,
minusve dat ei de forma leuis, sic plus
minusve dat ei de loco sorsum. Sic
Deustrahit creaturam rationalem ad
se, imprimendo ei aliquam formam,
quæ est participatio sui, scilicet amo-
rem boni vniuersalis, seu specialis, &
causando actus intellectus, & vo-
luntatis indeliberatos, quibus trahi-
tur rationalis creatura a Patre. Quia
sicut ignis trahit corpus ad se, quia
dando ei suam formam, assimilat illud
sibi, & dando ei formam, quam habet,
trahit illud ad locum, in quo ipse ignis
est, cum res naturalis determinetur
ad locum per suam formam, sic Deus
trahit creaturam rationalem ad se:
quia dando ei suam formam partici-
pativæ, assimilat illam sibi (saltem ana-
logice), & si forma sit supernaturalis,
trahit illam ad se ipsam, qui est locus,
& centrum rationalis creaturæ. Qua-
re creatura rationalis sequendo illam
motionem, & sinendo se moueri, con-
format se fini suo, & sic finis suus, qui
est Deus, est prima causa illius actio-
nis moralis, vt bona, & supernatura-
lis est, & ipsa est causa secunda mo-
ralis.

815 Neque hinc fit voluntatem
non manere liberam. Quia talis motio
relinquit voluntatem indifferentem,
vt sinat se moueri, & sequi motionem,
qua trahitur a fine, vel auertat se a
motione finis, contra mouendo se per
appetitum.

816 At vero vsus, quo voluntas
male vitur suis actibus, licet sit a Deo
vt a prima causa physica, non est a
Deo per se, vt a prima causa morali.
Quia ille vsus pravus est dependen-
tia actus a dominio voluntatis auer-
tentis se a Deo, in qua auersione con-
sistit formaliter malitia moralis: cuius
auersionis Deus non est causa, neque
esse potest. Quia cū sit defectus, Deus
illius causa non est, sed creatura, quæ
est prima causa defectiua. *Deus enim*

(ait Egidius *supra citatus ex 2. sententia Egid.*
ziar. §. sed dices) mouet totam naturā,
& dedit nobis liberum arbitrium, per
quod possemus velle, & non velle, subie-
cit libere arbitrio potentias animæ, &
membra exteriora, vt posset potentias
mouere ad suos actus, & membra exte-
riora ad suos motus, vsque ad quæ punc-
tum omnia facit Deus. Sed quod nos
per voluntatem dramur istis in ordina-
te, in hoc voluntas non est causa efficiens
sed deficiens, & non reducitur in Deū,
tanquam in agentem, sed tanquam in
punitatem. Et idem habet eius disci-
pulus Thomas de Argentina in 2. *Argent.*
dist. 37. q. 1. art. 3. §. forte dicitur, *S. Thom.*
& eius Magister S. Thomas in *Epist.*
ad Romanos cap. 9. lect. 3. vt retuli in
quæstionum *num. 118.* vbi eius ver-
ba retuli, ex P. Augustino adducta, &
referam *num. 828.*

817 Neque hinc fit Deum ali-
cuius entis creati, vel modi non esse
causam, & nos incidere in sententiam
Durandi: sed solum fit Deum actus
pravi aliquo modo non esse causam,
quod verum est, quia non est causa il-
lius modo defectiua. Quia vt ait Ar-
gentinas *supra*, malus vsus, prout ma-
lus est, non est actus, sed defectus ab
actu, neque est ens, aut modus, sed pri-
uatio entis, & modi: est enim auersio
voluntaria a fine, prout a voluntate
creata, & sic est modus causandi actum
physice bonum, deficiendo, & ideo,
vt sic non habet causam efficientem,
sed deficientem. Durandus autem nō
solum dicebat malum vsus actus non
esse a Deo, vt causa morali, sed neque
actum ipsum esse a Deo, vt causa phy-
sica.

818 Dices, vel malus vsus ille vo-
luntatis est aliquid, vel nihil? Si aliquid,
Deus debet esse prima causa illius. Si
nihil. Ergo per nihil voluntas se de-
terminat.

819 Vt respondeam, suppono
cum Egidio, & Argentina *supra do-*
mi-

Nec fit
Deum ali-
cuius nō
esse cau-
sam.

Dicit vsus
esse nihil,

Vsus est
relatio.

Egid.
Argent.

minium voluntatis, & vsum, quo vti-
tur suis actibus, formaliter loquendo
non esse *aliquid*, sed *ad aliquid*, licet
materialiter *aliquid* sit. Nam dominū
est relatio domini ad servum, & serui-
tus est relatio serui ad dominum, quæ
relationes (cum pertinent ad tertium
genus earum, quas Aristoteles, & logi-
ci cum eo assignant in prædicamento
relationis) ita se habent, vt ex parte
vnius extremi sint reales, & ex parte
alterius sint rationis: quod commune
est omnibus relationibus, quæ fundan-
tur in mensura, & mensurato. Nam re-
latio, quam dicit mensuratum ad men-
suram, verbi gratia, scientia ad scibile
est realis, & relatio, quam dicit mensu-
ra ad mensuratum, scilicet scibile ad
scientiā est rationis; & sic relatio serui-
tutis, & subiectionis, quā dicit seruus
ad dominum est realis, relatio vero
quam dicit dominus ad servum est ra-
tionis: & sic relatio subiectionis actus
ad voluntatem est realis, & relatio
domini voluntatis ad actum est ratio-
nis.

820 Secundo suppono ex doctri-
na Egidij in 1. dist. 27. q. 1. art. 1. (quam
noster Tolertanus in 1. dist. 13. art. 3.
q. 4. valde subtilem, & pulchram ap-
pellat) relationem aliunde habere,
quod sit *res*, & *quid*, & aliunde quod
sit *relatio*, & *ad aliquid*. Nam quod sit
res, & *quid* habet à fundamento, siue
ab eo, in quo est, at vero quod sit *rela-
tio* habet à termino, quem respicit. Et
ratio est. Quia *res* (prout hic de ea lo-
quimur) dicitur ab eo quod est esse *fir-
mum*, & *ratum*: & relatio cum non dis-
tinguatur à suo fundamento, non ha-
bet esse ratum, & firmum, imo neque
aliquod esse, nisi esse sui fundamēti. At
vero esse relationem habet à termino:
quia relatiuorum esse est *ad aliud se
habere*. Quam doctrinam desumpsit
Egidius ex P. Augustino.

821 His suppositis respondeo ad
vsus non replicam, vsum malum voluntatis nō

esse formaliter *aliquid*, sed *ad aliquid*
est enim relatio subiectionis actus ad
aliquid, sed *ad ali-
quid*. quia est ipsa entitas actus, &
sic, vt est *aliquid*, Deum esse primam
causam physicam illius. Quia est cau-
sa prima physica illius, quatenus est
prima causa physica entitatis actus:
vt vero est *ad aliquid* voluntatem es-
se causam, & solam causam. Quia ipsa
sola est terminus illius relationis, &
sic vsus actus mali, vt vsus est, volunta-
tem creatam esse causam; licet vsus
actus boni sit etiam voluntas; Diuina:
quia vtiur illo actu in ordine ad fi-
nem, nō solum vt actus est, sed vt liber
est.

822 Explicatur hæc doctrina
exemplo actus vitalis, qui constituitur
in esse talis per habitudinem, & ordi-
nem ad potentiam vitalem creatam:
& huius actus vitalis proculdubio
Deus est prima causa physica, quia
omnis entitatis creatæ est causa vni-
uersalis: at vitalitatis quidem causa
est, vt *res quædam est*, & vt est *aliquid*
non tamen vt est *ad aliquid*. Quia li-
cet in actu vitali nulla sit entitas, nul-
la formalitas, nullaque habitudo, cuius
Deus non sit causa, non tamen est cau-
sa vitalitatis: quia non causat actum,
modo vitali, sicut causat potentia vi-
talis. Sic Deus est causa actus prauī,
& omnis entitatis eius, & relationis,
vt *res quædam est*, non tamen est cau-
sa vsus prauī, & determinationis: quia
non causat illum vsum modo defecti-
uo, neque est terminus illius relatio-
nis, in qua consistit vsus, sed dominium
voluntatis: & Deus solum est causa per-
missiua illius actionis vsuæ, quæ, licet
explicetur nomine actionis, propriè
non est actio, sed defectus actionis mo-
ralis, neque est vsus, sed abvsus. De
quo Egidius in 2. dist. 37. p. 1. art. 3.
præcipue ad argumenta, q. 2. art. 1.
& ideo actus prauus a Deo est, vt est
actus, non vero vsus prauus illius, seu
mō.

modus negociandi, & se habendi cir-
ca actus. De quo late in tract. de pec-
catis.

823 Secundo potest obijci. Si
vsus prauus actus voluntatis creatæ
non esset à Deo, Deus non posset cog-
noscere peccatum futurum: Conse-
quens est falsum. Ergo, & antecedens.
Sequela probatur. Quia Deus non po-
test cognoscere peccatum in sua fu-
turatione, vt dicemus *disputatione se-
quenti*, & in hac sæpe dictum est, ne-
que potest illud cognoscere in se, vt
in causa. Ergo nullo modo illud cog-
noscit.

824 Respondeo negando seque-
lam, ad cuius probationem dico, Deū
cognoscere peccatum, vt possibile in
suis ideis: non quidem in ideis factio-
nis, sed representationis: cognoscit
enim illud per suam artem, à qua dis-
cordat, & per ideam boni causabilis à
Deo, vt cum Egidio diximus *disp. 1.
num. 165. & 166*. Vt futurum autem
sub conditione cognoscit peccatum
in ideis tertij signi. Nam sicut repræ-
sentatur consensus liber possibilis cō-
sequenter ab hoc auxilio, & in hoc
instanti, & circumstantijs ex determi-
natione voluntatis sequentis motio-
nem Dei ex parte finis, sic etiam re-
præsentatur dissensus liber possibilis
consequenter ex libera determinatio-
ne voluntatis dissentientis ab hoc au-
xilio in hoc instanti, & circumstantijs,
& auertentis se a motione, & vocatio-
ne Dei. Vnde sicut scit Deus scientia
naturali, quod, *si esset voluntas cum
hoc auxilio in hoc instanti, & circumstā-
tjjs, erit consensus liber*, sic etiam scit
quod, *si esset voluntas cum hoc auxilio
in hoc instanti, & circumstantijs, erit
dissensus liber, & peccatum*. De quo
numer. 829.

825 Tertio potest obijci, sequi
ex nostra sententia Deum non esse
specialiter causam actus boni, phy-
sicè, & moraliter, quomodo non sit cau-
sa peccati. Consequens est cōtra Scri-
pturam Sacram, & Patres. Ergo, & an-
tecedens. Sequela probatur. Quia
Deus respectu actus boni solum con-
currit physice, sicut ad actum malum,
& vsus actus boni, vel mali est à vo-
luntate creatæ. Ergo nec physice, nec
moraliter est specialiter causa actus
boni, quo modo non sit specialiter cau-
sa actus mali.

826 Respondeo negando seque-
lam. Ad cuius probationem dico, Deū
ad actum bonum non solum concurrere
re concursu vniuersali, vt causa phy-
sica, sed etiam mouendo specialiter vt
causa moralis, extrinsecè per præcep-
ta, prædicationes, suasiones, & c. intrin-
secè per sanctam vocationem, se tenen-
tem ex parte intellectus, & per motio-
nem specialem obiectiuam, se tenen-
tem ex parte finis (siue hæc sit efficax
ex se, siue à consensu) qua mouet vo-
luntatem, & trahit ad se, vt desideratus,
& amatus, vt est finis; quæ motio
est sancta inspiratio, & se tenet ex
parte voluntatis, & inclinatur ad actum
bonum in genere causæ efficientis, vt
supra explicatum est *numer. 779*. Si
actus sit supernaturalis, concurrunt spe-
cialiori motione, & amore stricto bo-
ni supernaturalis, & Diuini, quo mo-
uer potentiam ad actus fidei, spei, &
charitatis. Et vterius ad actus super-
naturales (maxime meritorios, siue
de congruo gratiæ, siue de condigno
gloriæ) est necessarius alius influxus
specialior Spiritus Sancti, ductiuus, &
regulatiuus. Primo, quia homo non
potest discernere inter cogitationem
naturalem, & supernaturalem: nec
quando operatur habitu naturali, aut
supernaturali, vt docet Egidius in 1.
dist. 17. p. 1. q. 3. art. 2. ideoque Spiritus
Sanctus vtiur voluntate, & habitu
supernaturali ad actum eliciendum.
Secundo. Quia eliciendo actum super-
naturalem creatura, mouetur supra
se: & nulla causa potest mouere se su-
pra



pra se virtute propria. Vt de monstrat Egid. in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. in 2. p. sed debet moueri à Deo. Tertio: quia, vt docet N. Gerardus q. 5. prolog. art. 6. S. secundo ille actus: rectitudo huius actus dependet à Diuino beneplacito acceptante: quod est in notum humano intellectui: & ideo nulla rectitudo naturalis rationis sufficit ad illum dirigendū. Nec datur prudentia Theologica dirigens immediate virtutes Theologicas ad Deum: alioquin prudentia, quæ virtus moralis est, Theologica esset, essentque quatuor virtutes Theologice. Quare necessarium est vt Spiritus Sanctus assistens dirigat voluntatem informatam habitu charitatis, vt in virtute suæ motionis Diuino beneplacito se valeat conformare. Et hoc videtur velle Concil. Mogunt. cap. 8. cum ait. Sic in bono opere faciendo de primenda est facultas hominis, vt interim cogitemus Spiritus Sancti motum, & in nobis efficacem, & apud Deum acceptum, & pretiosum esse. Explicant hoc Egid. in 2. dist. 27. q. 1. art. 1. S. si ergo esset, & dist. 28. q. 1. art. 4. dub. 1. lat. & quodlib. 6. q. 2. & eius discipuli exemplo pueri nescientis scribere, cui non sufficit quod dentur sibi calamus, & atramentum ad scribendum, sed oportet quod scriptor capiat manum pueri, & ducat eam ad hoc, quod bene scribat, ipsum ducendo manu, & regulando media arte scribendi: & sic puer nesciens scribere recte scribit. Sic non sufficit, quod Deus det nobis bonas cogitationes, & quod liberum arbitrium consentiat negatiuè, sinendo se moueri ab Spiritu Sancto, sed oportet quod Spiritus Sanctus liberum arbitrium, vt habitu charitatis informatum ducat media motione tractiua se tenente ex parte finis, & dirigat, & regulat ad operandum meritorie media idea Diuina de actu meritorio recte faciendo. Hæc vero ductio, & regulatio fit

Concil. Mogunt. Egid.

ab Spiritu Sancto media motione tractiua, se tenente ex parte finis: quia rationalia, & naturalia determinantur ad operandum medio amore finis, & sic motione tractiua: vt cū S. Thom. diximus num. 787. Nam motio impulsua nō est ad actus naturales ad quos causa sua inclinatione mouetur, sed potius ad violentos. Nam vt docet N. Coelestinus quodlib. 13. disp. 4. cap. 1. num. 4. Licet instrumentum inanime, cum non habeat aliquam intentionē, aut inclinationem respectu effectus, loco intentionis moueatur motu, seu impulsu physico, quo mouetur ex parte efficientis, & applicatur ad opus ab agente principali, vt baculus a manu, & ferra ab artifice: & quod sic mouetur non potest operari libere: quia non operatur gratia sui, sed gratia mouentis: ideoque non spontaneè, sed coacte, vt docent S. Thomas, & Egid. in 3. dist. 9. q. 1. art. 1. ad 1. & alijs in locis, vt retuli in quæst. 115. At instrumentū, vel quali instrumentū rationale (quale est liberū arbitriū respectu actus supernaturalis) mouetur, & determinatur ab Spiritu Sancto per intentionem finis supernaturalis, quam illi præfigit, regulatam idea Diuina: quæ motio non tollit libertatem, quia sic motum operatur gratia sui in electione mediorum, & illa motio potest impediri à voluntate, non sinendo se moueri, sed ponendo obicem illi. Vide P. August. De peccatorum meritis, & remiss. cap. 5. Egid. locis citatis. Argent. in 1. dist. 17. q. 1. art. 3. Ripaldam disp. 125. de ente sup.

Coelestis

P. Aug. Argent. Ripaldam

Actus vero mali solū physica occasione

turale petit, vt Deus illud applicet illi materię, vt eliciat actionem bonā, vel malam physice, secundum modum suæ formæ, & permittat malitiam physicam: & proposito obiecto sine indifferentia (quod est materia circa quam negotiatur voluntas) voluntas petit, vt Deus illam applicet ad actum naturalem, vel amoris; si obiectum proponatur sub mera ratione boni, vel odij, si proponatur sub ratione mali: & postea adueniente aduertentia permittat ipsam se mouere moraliter, & vt in suo actu, relinquendo vsu dominio voluntatis, vt se moueat, & dirigat. Et licet non possit voluntas, vt est liberum arbitrium se mouere sine motione vniuersali Dei obiectiua, & ex parte finis se tenenti, vt diximus n. 778. cum S. Thomas; quæ etiam motio mouet ex se ad bonum naturale. Vt diximus n. 777. tamen determinatur in esse moris a dominio voluntatis, & sic potest voluntas auertere se ab illa per actū prauum; sicut potest intellectus auertere se à primo principio per actum erroris. Vnde ad actum prauum Deus per concursum vniuersalem, vt causa physica, & per motionem obiectiuam vniuersalem, vt causa moralis, solum concurrat ad actum, vt actus est, non vt est malus, & hoc adhuc per accidens ex ab vsu voluntatis. Sicut primum principium concurrat ad consequentiam falsam, vt consequentia est, non vt falsa est; & hoc indirectè, & occasionatum ex perversitate rationis.

Ad bonum inclinatur Deus per se, ad malum occasio

tiam perverse dicitur ad malū, scilicet auertēdo se ab illa motione finis, & sinendo se mouere a tēratione attrahente ipsum ad creaturā tāquā ad finem. 829 Hinc etiam fit quo modo Deus prædiffiniat subtractum peccati. Nam Deus prædiffinit subtractum peccati, ex indigentia voluntatis. Quia, proposito obiecto sine indifferentia, petit determinari ex inclinatione naturali, & applicari concursu vniuersali ad actum naturalem, quem voluntas operatur vt voluntas, & natura est, & formale peccati permittit. Quæ permissio dicit dare auxilia sufficientia, vt voluntas adueniente aduertentia respuat illum actum, desistendo ab illo, & non dare efficacia, vt eū effectu illum actum respuat. Vnde ait Egid. Egidius in 2. dist. 35. q. 1. art. 2. S. nos autem, quod Deus circa peccatum se habet mere omisiuè: quia nec vult malum fieri, nec vult mala non fieri. Et idem docet S. Thomas ibi art. 3. Et licet Deus speculatiuè sciat voluntatem se determinaturam ad actum prauū, pro illo instanti, & sub illis auxilijs sufficientibus per ideam tertij signi, in qua representatur dissensus à vocatione, in illis circumstantijs: Deus tamen ad danda auxilia illa regulatur per ideam secundi signi, per quam dat auxilia sufficientia, vt homo possit operari bene, vel male; & vult, quatenus est ex se hominem bene operari, & bene vti suo concursu.

Et sic prædiffinit subtractum peccati occasione

Egid.

S. Thom.

Sed actus bonum per se

vult consensum, & determinationem voluntatis, & vsum actus boni ex fine honesto, vel supernaturali, & postea applicare voluntatem ad actum, vt est naturalis. Sed prout est ex parte creaturæ exequentis, prius est Deum, vt causa vniuersalis physica applicare voluntatem ad actum, prout est naturalis, concursu vniuersali, & postea mouere illam per motionem finis efficacē (siue à se, siue à consensu iuxta diuersitatem sententiarum) sub qua præuisus est consensus, vt possibilis consequenter præscientia speculatiua ad consensum liberum, & liberam determinationem.

Excusatur digressio.

831 Hæc videbitur alicui longa digressio, sed fuit necessaria ad explicandum id, quod num. 764. dicebamus, scilicet obiectum scientiæ mediæ (si alias non repugnat) posse componi cum concursu vniuersali, priori prout à Deo, quam prout à creatura; & prioritatem concursus simultanei Dei, vt causæ vniuersalis scientiam mediā non inducere; neque physicam prædeterminationem (si alias nō repugnet) Dei vt Auctoris, & causæ vniuersalis inducere necessitatem, & adimere contingentiam rerum, & posse euitari illa inconuenientia ibi relata; & tandem hanc difficultatem de cognitione futurorum contingentium sub conditione futurorum, non esse necessario connexam cum principijs Philosophicis, & posse alterutrum in quacumque schola defendi.

CAP. V.

Resoluitur dubium iuxta prædictam doctrinam.

Quomodo Deus cognoscat peccata?

832 SED iam ad id vnde digressi sumus regrediamur; explicemusque. Quomodo Deus cognoscat peccata

sub conditione futura secundum doctrinam traditam?

833 Dicimus ergo hoc posse explicari triplici modo, iuxta triplicem viam, qua voluntas se potest determinare in genere moris a num. 798. explicatam. Iuxta primam quidem. Quia sicut in tempore, vt voluntas libere se determinet, prærequiruntur motio obiectiua vniuersalis, vel specialis, & consultatio, & iudicium, & obiectum cum indifferentia propositum, & aliquis actus indeliberatus; quæ omnia prærequiruntur ad operandum libere, & postea voluntas vtitur suo actu, auertendo se à fine per suam determinationem, sic est totum hoc possibile, & cognoscibile scientia naturali sub ratione possibilis, & etiam eadem scientia cognoscitur, quod si voluntati darentur omnia requisita ad operandum sub illa motione, seu auxilio, in hoc instanti, & circumstantijs, esset dissensus, seu peccatum infallibiliter.

Explicatur i. cog. nescendo voluntatis vsum

834 Iuxta secundam viam hoc explicatur. Quia sicut in tempore, vt voluntas se determinet, necessario prærequiritur propositio obiecti cum indifferentia per duos actus intellectus (qua obiectum proponatur sub ratione boni, & mali) dependentibus à duobus actibus voluntatis, volentis considerare obiectum sub illa duplici ratione, & voluntas potest vti his actibus, sistendo vni considerationi, & desistendo ab altera, per quod se determinat: quia dum sistit vtrique considerationi, neutra actuat ipsam voluntatem: quia indifferentia prohibet, vt à nulla actuetur. Sic in statu possibilitatis totū hoc videtur sub ratione possibilis per scientiam naturalem, & sic per eandem scientiā videt Deus, quod, si datur voluntati illa propositio indifferens, se determinabit ad consensum, vel dissensum consequenter.

2. cognoscendo sistentiam voluntatis.

835 Iuxta tertiam viam hoc ipsū explicatur. Quia sicut in tempore pro-

3. cognoscendo vsum illius.

DVB. XIV.

Quid senserint Augustinus Patens, & eius discipuli circa cognitionem obiectorum conditionatorum?

837 CVM Augustinus Patens principem locum teneat in explicandis his, quæ attinent ad doctrinam Religionis (vt ait Gaspar Ram relect. 1. fol. 7. column. 2.) & in materia de gratia, & prædestinatione habeat magnam vim, vt ex Coelestino PP. cū Bellarmio probant Curiel lib. 2. controuers. 4. num. 72. & cum alijs Carmelitani disp. 10. dub. 2. num. 28. Suarez lib. 1. de gratia prologo 6. Aluarez de auxilijs disp. 5. qui plures Summorum Pontificum Augustinianæ Doctrinæ approbationes adducit: quibus per moti nonnulli apud ipsum, num. 4. circa finem (quibus ipse tacite consentit) notarunt, quod Sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam secundo, & tertio aduersus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiæ, & prædestinationis, quam ex sacris litteris hausit Augustinus, sententiam tulit: vt iam eius doctrina non vnius particularis Doctoris opinio, sed fides Ecclesiæ Catholicæ dici debeat. Sed præcipue mentem Augustini, & Ecclesiæ hauriendā esse, ex libris ad Hilarium, & Prosperum, docuit Hormisdæ Papa ad Possesorem Episcopum: vbi ait. Quod ea quæ sentit Romana Ecclesiæ de gratia, & libero arbitrio ex libris Sancti Augustini, maxime ad Hilarium, & Prosperum cognosci potest. Adeat qui plurima velit de Authoritate P. Aug. Nostrum Ludouicum ab Angelis de vita, & laudibus Augustini lib. 5. præcipue cap. 7.

P. Aug. authoritas. Ram. Bellarm. Curiel. Carmel. Suarez. Aluarez.

proposito obiecto cum indifferentia, voluntas ex impulsu, & amore finis actuata vtitur suo actu, qui est obiectiue, & in actu signato in apprehensione, & per determinationem moralem se determinat ad vsum, verbi gratia ad consensum, vt sit in actu exercito: ita vt præcedat determinatio moralis prout à voluntate, vt actuata intentione finis exercitum Dei, & creaturæ, seu concursum Dei, & creaturæ prout in actu exercito; sic etiam totum hoc videtur sub ratione possibilis per scientiam naturalem, & etiā videtur quod erit determinatio ad consensum a voluntate determinante moraliter concursum physicum vniuersalem Dei, & creaturæ.

Et potest defendi præleter minatio ad mat. peccat. Gonet.

836 Atque hac doctrina explicari potest id quod vidi defendere Thomistas aliquos, & docet Gonet: scilicet Deum prius per decretum permisiuum permittere formale peccati, quam per decretum positium prædiffiniat, & prædeterminet materiam: quod alias difficile explicatur. Nam iuxta hanc doctrinam explicari potest, dicendo Deum prius determinare dare propositionem obiecti cum indifferentia, & motionem sufficientem ex parte obiecti, & non dare motionem efficacem: quibus positis videt Deus voluntatem per suum dominium se determinaturam in esse morali ad dissensum, qua determinatione præuisa prædiffinit concurrere cum voluntate, vt causa physica concursu vniuersali ad materiale dissensus, applicando voluntatem ad illud per talem vniuersalem concursum, & prædeterminando illam physica prædeterminatione, si hæc videtur esse necessaria voluntati ad omnes operationes.

(..)

Ludovic. ab Angelis.

dubium excitamus. Quid circa ipsam
senferit atque etiam eius discipuli? In
quo vnusquisque pro se stare Augus-
tinum putat. Maxime Viues, & Aldre-
rete, qui latius alijs hanc materiam
attigerunt. Nos explicato errore hæ-
reticorum eius mentem aperiemus.

CAP. I.

Proponitur Semipelagianorum, &
Mafsiliensium error, & modus,
quo illum defendebant.

839 **E**XTRIPATO Pelagij er-
rore, negantis neces-
sitate gratiæ, nonnul-
li Aphri, & alij Episcopi in Gallia a-
pud Mafsiliam (qui id circo dicuntur
Mafsilienses) inter quos non postre-
mus erat Ioannes Cassianus (vt refe-
runt Lobaniceses in annotationibus in
Epistolam Prosperi) & primus erat
Fauftus Regiensis, qui, vt observat
Alvarez *supra* disp. 2. num. 1. dux Semipelagianorum fuit. Hi (inquam) er-
rorem Pelagij ex parte suscitare co-
nati sunt, accusantes Augustinū, quod
plus iusto Pelagiū impugnasset. Ergo
(vt constat ex *Epistolis Prosperi*, &
*Hylarij apud Augustinum ante li-
brum de prædestinatione Sanctorum*)
isti existimabant contra Pelagiū
omnes in Adamo peccasse, & nullum
posse consequi salutem, nisi per Chri-
sti gratiam: sed negabant neces-
sitate gratiæ ad consequendam
gloriam.

840 Hic autem error, vt expli-
cans alij cant Viues *disp. 4.* Aldrete *disp. 29.*
negabat *sect. 5. num. 4.* fuit discors. Quia aliqui
dicebant fidem non esse donum Dei,
sed viribus naturæ posse haberi: &
fide sic habita, posse per illam mere-
ri gratiam, qua consequerentur fide-
les gloriam. Ad hanc gratiam (inquit

D. Prosper referendo eorum erro-
rem) qua in Christo renascimur, perve-
nire, per naturalem scilicet facultatem,
petendo, quærendo, pulsando, vt ideo
accipiat, ideo inueniat, ideo introeat,
quia bono natura vsu ad istam saluan-
tem gratiam initialis gratiæ ope me-
ruit peruenire. Idemque refert Hyla-
rius in principio sua *Epistolæ*. Et hunc
errorem prius P. Augustinus tenuerat,
& postea retractavit, vt ipse docet de
Prædestinatione Sanctorum cap. 3.

841 Nec moueat quod D. Prof-
per dicat, quod ad istam saluam gra-
tiam initialis gratiæ ope meruerit per-
uenire. Vbi videtur insinuare hæreti-
cos admittere aliquam gratiam, initia-
lem, necessariam ad consequendam
gratiam saluam. Nam nomine gra-
tiæ initialis nō intelligebant gratiam
interiorem, sed exteriorem: scilicet
Diuinam institutionem, & propitia-
tionem, quæ est in Sacramento sangui-
nis Christi: vt constat ex verbis, quæ
antea posuerat. Ideoque (dicebant hæ-
retici) omnem hominem ad credendū, &
operandum, Diuinis institutionibus ad-
moneri, & in illis antecedentibus. Vni-
uersis tamen hominibus propitiationē,
quæ est in sanguine Christi, sine excep-
tione propositam, &c. Vnde non bene
interpretatur prosperum Vazquez *1.*
p. disp. 89. num. 39. Et vide aliam ex-
positionem apud Bonam spem *disp.*
17. dub. 2. num. 27.

842 Hos esse, quos Semipela-
gianos vocant putat Viues *disp. 4. S.*
1. num. 36. ac proinde de illis intel-
ligi illam propositionem statutam ab
Innocentio X. dicentem *Hæreticum*
esse dicere, quod Semipelagiani ad-
mittēbant præuenientis gratiæ in-
terioris necessitatem ad singulos ac-
tus, etiam ad initium fidei. Quæ cum
non sit vniuersalis, sed indiffini-
ta; verificatur in his. Et vide Bo-
nam spem *supra*. Et illa propositio
damnatur propter secundam partem

D. Prof-
per.

Et solum
admitte-
bant gra-
tiam ex-
teriorem.

Vazquez

Bona
spes.

Et hi di-
cebantur
Semipela-
giani.
Viues.

Bona
spes.

in qua additur, & in hoc erant hæretici
quod vellent eam gratiam talem esse,
cui posset humana voluntas resistere,
vel obtemperare. Non propter primam.
Nam Mafsilienses illam docuisse, ex-
presse docet Patres, vt dicemus *usq.*

843 Alij vero dicebant neque
fidem, neque aliquod opus bonū pos-
se elici sine gratia: hanc tamen gratiā
dicebant non esse speciale beneficiū
Dei, sed omnibus a Deo æqualiter im-
pertiri. Nam Deus ex se vult omnes ho-
mines saluos fieri, & ex hac volunta-
te dar omnibus gratiam sufficientem,
& omnibus æqualem: sed aliqui hu-
mano labore, & industria bene vtun-
tur illa gratia: ideoque bono isto vsu
merentur remunerationem, & gloriā.
Alij vero sua negligentia, & tardio nō
vtuntur illa gratia, ideoque puniun-
tur. Vnde salutē vniuersiusque, sicut
& damnationem reducebant ad pro-
prium voluntatem, subiicientem sibi
gratiam: ideoque dicebant voluntatē
humanam esse originem, & initium be-
ne operandi, & se discernendi prædes-
tinatum a reprobis. Sic Mafsilienses,
qui minus errabant, quam præceden-
tes, vt etiam aduertit Aldrete *supra*.
Ceteram (ait Hylarius eorum errorem
referendo) ad nullum opus, vel incipie-
ndum, nequē perficiendum, quæquam
ibi sufficere posse consentiunt. Et D.
Prosper. *Quod in adultis, cū duo sint,*
qui humanam operantur salutem, Dei
scilicet gratia, & hominis obedientia,
prius volunt esse obedientiam, quam
gratiam: vt initium salutis ex eo, qui
saluatur, non ex eo credendum sit stare,
qui saluat: & voluntas hominis Diui-
ne gratiæ pariat opem, non gratia hu-
manam sibi subiiciat voluntatem. Hoc
idem docet P. Aug. de *Prædest. SS. cap.*
1. Vbi loquendo de his, quæ admit-
tebant Mafsilienses, ait. *Perdenerunt*
etiam (scilicet Mafsilienses) vt præue-
niri voluntates hominum Dei gratia
faciantur, atque vt ad nullum opus bo-

Alij ad
fidem ad
mittebat
gratiam.

Sed dis-
cretiorem
dicebant
esse ex
creatura.

Aldrete.

Hylar.
D. Prosp.

P. Aug.

num, vel incipiendum, vel perficiendum
sibi quæquam sufficere posse consentiāt.
Per quæ, ait, plurimum eos à Pelagia-
norum errore discerni: licet erra-
rent circa prædestinationem. Reten-
ta ergo ista (subdit) in qua per vene-
rant, plurimum eos à Pelagianorum
errore discernunt. Proinde, si in eis am-
bulent, & orent eam, qui dat intelle-
ctum, si quid de prædestinatione (sci-
licet errando) aliter sapiunt, ipse il-
lis hoc quoque reuelabit. Et idem do-
cet de dono perseu. *cap. 16.* cuius ver-
ba adducam *num. 896.* Et idem cum
his Patribus sentiunt. Nost. *Legio.*
Relect. de grat. p. 1. cap. 9. Car-
melit. Tract. de Prædestin. d. sp. 2. dub.
4. a numer. 139. Gamacheus *1. p. q.*
23. capit. 5. §. altera hæresis in fac.
Viues, & Aldrete *sup.* & latè vici-
rius probat Bona spes *sup. a num.*
21.

844 Hinc consequenter di-
cebant propositum eligendi homi-
nes ad gloriam esse post præscientiam
absolutam boni, vel mali vsus gra-
tiæ: & sic Prædestinatum a non præ-
destinato ex parte præscientiæ euen-
tus, non autem ex parte ordinis præ-
destinationis discerni: & consequen-
ter dicebant præscientiam absolutam
esse causam prædestinationis, & ele-
ctionis, & prædestinationem non esse
per electionem prædestinantis, vt S.
Thomas. *disp. 1. relatus n. 219.* refert,
putatque esse contra Sacram Scriptu-
ram. Qui autem creditur sunt (ait D.
Prosper.) qui vè in ea fide, quæ deinceps
per Dei gratiam si inuanda, mansu-
ri sunt, præcisse ante mundi consti-
tutionem Deum, & eos prædestina-
se in regnum suum, quos gratis voca-
tos, dignos futuros electione, & de hac
vita sine bono excessuros esse præuide-
rit. Vbi patet sermonem esse de præ-
scientia absoluta. Quod etiam proba-
bāt testimonijs P. Augustini, vt refert
Hylarius.

Legion.
Carm. lit.

Gamaeb.

Bona
spes.

Et elec-
tionē a
bono vsu
gratiæ.

D. Prosp.

845 Imo addebant non esse possibile illud propositū, quod à P. Aug. & ab alijs Catholicis eius discipulis adstruebatur, quo Deus discerneret ex se prædestinatum. Quia, & lapsis curam resurgendi adimebat, & sanctis reপরিস occasionem afferret: & per illud factalem quandam induci putabant necessitatem. Vt constat ex illis verbis D. Prosperi. *Hoc autem propositum vocationis Dei, &c. & infra. Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præstet voluntates: & sub hoc prædestinationis nomine fatalem quandam induci necesse sitatem.* Quod etiam refert Hylarius.

Nec possibile esse electionē aliter.

D. Prosp.

Et electio nem parvulorum dicebant esse ex meritis condit.

Ribade- neyra.

Præscientia tamē & Malsilienses longe distasse à scientia media: licet differentiam non explicent: quod mihi satis verisimile apparerat scientia media: ponebant Semipelagiani supponebat decretum exercitum Diuinæ voluntatis de salute, & bonis operibus, absolutum quidem ex parte Dei, & conditionatum, conditione libere ponenda à creatura.

da à creatura. Ponebant enim in Deo quandam voluntatem, qua volebat, quatenus est ex se omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Ex Apostolo 1. ad Thimotheum 2. si ipsi velint venire. Ex qua voluntate dicebant oriri vocationem vniuersalem, qua vocabatur omnes ad Sacramentum Baptismi, per prædicationem, & divulgationem Euangelij, quam vocationem extrinsecam appellabāt gratiam initialem (vt dicebamus num. 841.) quod etiam concedit, & late explicat Viues disp. 4. d. num. 45. Alij vero ponebant gratiam internam necessariam ad omnes actus pietatis: dicebant tamen hanc gratiam esse omnino æqualem in omnibus, vt dicebamus num. 843. ideoque consequenter tenebantur dicere præscientiam illam meritorum, quæ erat causa, vel motivum electionis Diuinæ, absolutam respectu adultorum, & conditionatā respectu parvulorum, si diu vixissent, esse liberam Deo subiectiue, non obiectiue; seu initiatiue, & in causa, non consummatiue. Auctores vero scientiæ mediæ dicunt ipsam nullo modo supponere decretum absolutum ex parte actus, etiam vniuersale, sed purum conditionatum. Vnde dicunt scientiam mediā nullo modo esse Deo liberam, sed creatura, & Deo esse contingentem.

1. Ad Thimorb.

Viues.

Quia supponebat decretum absolutum ex parte actus. Prosper.

847 Quod vero Semipelagiani, seu Malsilienses posuerint illud decretum, bene probat Viues ex illis verbis Prosperi. *Propositum autem vocationis gratiæ in hoc omnino definitum, quod Deus constituerit nullum in regenerationis assumere: & ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per Euangelicam prædicationē vocari: vt & qui voluerint, fiant filij Dei, & in excusabiles sint, qui fideles esse voluerint. Quia iustitia Dei in*

eo sit, vt qui non crediderint, pereant: bonitas vero in eo appareat, si neminem repellat à vita, sed indifferenter vniuersos vel salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quam doctrinā sumpserunt ex Pelagio, qui idem dicebat, vt constat ex Parente Augustino pluribus locis. Videatur lib. 4. contra Iulianum cap. 8.

Et erat dumtaxat creaturarum existentia.

848 Hinc oriuntur aliæ differentiae. Prima. Nam Semipelagiani, seu Malsilienses ponebant præscientiam meritorum conditionatorum dumtaxat hominum existentium, vel exitu rorum, at ponentes scientiam mediā ponunt eam respectu hominum, & Angelorum possibilem. Secunda. Illam præscientiam dicebant Semipelagiani, seu Malsilienses esse rigorosā præscientiam, quia erat futurorum hominum: ponentes vero scientiam mediā dicunt, quod licet latè dici possit præscientia, tamen rigorose loquendo est scientia, ideoque ab eis dicitur scientia media. Sed hoc attingisse sufficiat, pro argumentorum solutione, & promente P. Augustini intelligenda.

Negabantque non esse certum numerū prædestin.

849 Hinc de dicebant Semipelagiani, & Malsilienses non esse definitum numerum prædestinatorum, sed hunc posse augeri, & minui, etiam consequenter. Quia prædestinatio à libera hominum voluntate descendit, tamquam à prima radice. *Nec quiescunt (ait Prosper) prædestinatum numerum electorum, nec augeri posse, nec minui.* Et Hylarius qui latius hoc explicat *Inde est (inquit) quod, & illud pariter non accipiunt, vt eligendorum reiiciendorumque esse definitum numerum velint.*

Et principale dis- sidium erat de libertate ad consentiendum, vel dis- predestinandum.

850 Ex dictis patet Semipelagianorum, & Malsiliensium cum Augustino disidium principalius fuisse, non de libertate ad consentiendum, vel dispredestinandum, quenti versabatur inter eos, sed de li-

bertate ad se prædestinandum, vel nō prædestinandum. *Cæterum (ait Hylarius) quicquidlibet donatum sit prædestinatis, id posse, & amittere, & retinere propria voluntate contendunt.*

Et de præscientia absoluta.

851 Secundo patet disidium principale inter eos non fuisse de præscientia conditionali meritorum, hoc enim occasione argumenti parvulorum fuit ab eis tractatum, sed de præscientia absoluta, quæ est scientia visionis ab hæreticis ficta, qui volebant homines habere à se, & propria industria, & bono vsu gratiæ vniuersaliter omnibus data merita, Deo solum præsciente, at Augustinus P. dicebat homines habere illa merita ex speciali dono, & beneficio Dei, orto ex proposito, & electione sua. Quod probatur ex verbis D. Prosperi num. 847. allatis.

CAP. II.

Parentis Augustini sententia proponitur, & explicatur.

852 **P**ARENS Augustinus ecō. tra, in primis docebat contra Semipelagianos fidem esse, nō modo quoad incrementum, se donum verum quoad primum esse, esse Dei donum, & beneficium, nec posse haberi viribus naturæ. Sic de Prædest. Sanctorum cap. 2. idque postea diffinitum fuit in Concilio Arausico. 2. can. 5. de sumpra doctrina ex P. Augustino, à quo illius Concilij Canones transcripti fuere.

Aug. docebat fidem esse Dei donum, & beneficium, nec posse haberi viribus naturæ. Sic de Prædest. Sanctorum cap. 2. idque postea diffinitum fuit in Concilio Arausico.

853 Secundo docebat illum, qui operatur bene habere speciale beneficium gratiæ, quod non habet ille qui non operatur. Sic contra Malsilienses de prædestinatione Sanctorum cap. 2. speciale Vnde consequenter dicebat non dari causam, seu motivum prædestinationis ex parte nostra, sed hanc esse bon-

norum omnium salutarium originem, & sic Mafsilienfes errasse circa prædeterminationem. Per venerant (ait P. Aug. supra cap. 1. Joquendo de Mafsilienibus) etiam, ut præueniri voluntates hominum Dei gratia fateantur, atque ad nullum opus bonum, vel incipiendum, vel perficiendum sibi quemquam sufficere posse consentiant. Retēta ergo ista (in quibus non errabant, ut supponit S. Doctor) in quæ per venerant, plurimum eos à Pelagianorum errore discernant. Proinde, sine eis ambulant, & orant eum, qui dat intellectum, si quid de prædestinatione (errando) aliter appetant, ipse illis hoc quoque reuelabit. Vbi principalem differentiam Mafsilientium a sua, & Catholica sententia ponit in eo quod Mafsilienfes, licet concederent necessitatem gratiæ ad omne opus bonum perficiendum, & incipiendum, tamentale bonum opus dicebant non esse effectum prædeterminationis, sed causam: & hanc solum habere certitudinē præscientiæ. Aug. autem dicebat omnia bona opera prædestinati oriri à prædestinatione, & hanc habere non solum certitudinem præscientiæ, sed ordinis: quod videtur definitum in Araucano. Can. 23. & 25 Et hoc docent alij Patres, & cum eis Scholastici cum Magistro 1. dist. 41. & cum S. Thoma 1. p. q. 23. art. 5. & noster Aragon 2. 2. q. 24. art. 3. sub. 3. §. hoc tamen non. Henrici lib. 1. de. cap. 11. Vnde docet Augustinus P. prædestinationem esse donum Dei, quod latè probat toto libro de dono perseverantiæ. In quo omnes conveniunt, licet diuersimodè explicent, iuxta diuersum modum sentiendi, in quo consistat prædestinatio?

854 Hanc veritatem probat P. Idque Augustinus lib. de Prædest. Sanctorum probabat plurimis Sacræ Scripturæ testimonijs, ex elec. tione parvulorū, & Christi Domini. Quia neque illi (inquit) ullis bonis præcedentibus

Mag. sent. S. Thom.

meritis discernantur à cæteris, ut pertineant ad liberatorem hominum: nec ille ullis humanis præcedentibus meritis, cum, & ipse sit homo, liberator factus est homo.

855 Cum autem hæretici, ut fati facerent huic rationi, alij dixerint non esse bona paritas parvulorum ad adultos (ut refert Hylarius dicens) parvulorum autem causam ad exemplum maiorum non patientur afferri, quam, & tuam sanctitatem dicunt eatenus attingisse, ut in certum esse volueris, ac potius de eorum pœnis malueris dubitare.

Cai alij qui negabant paritatem.

856 Alij vero recurrerent ad merita cõditionalia, quæ, si diu vixissent, acturi erant: ex cuius præscientiæ Deus veluti motiebatur ad dandam eis gloriam. Hanc secundam solutionem impugnat P. Augustinus. Primo, quia Deus solum iudicaturus est merita, vel de merita absolute extitura: non conditionate futura. Idque probat ex Apost. ad Roman. 14. Secundo (& hinc incipit ponere suam sententiam de futuritione conditionata operum) quia illa futura conditionata nullo modo sunt futura, sed merè possibilia. Sed

Alij tei currebāt ad merita cõdit.

Ad Rom.

unde (inquit) hoc talibus viris in mentem venerit, nescio, ut futura quæ non sunt futura, vniantur, aut honorentur merita parvulorum. Vbi Augustinum non intendere solum non esse futura absolute, patet. Nam alias sensus P. Augustini esset, futura conditionata non sunt futura absoluta: quod indignum est in primis viuacitati ingenij Augustiniani: & deinde nihil argueret contra hæreticos, qui intendebant opera conditionata, etiam si non sint absolute, & simpliciter futura, quia tamen sunt futura sub conditione, esse sufficienter merita ad remunerationem.

Sed Aug. dicebat meritacõditionata futura non esse, sed possibilia.

857 Et cap. 13. sed quia hominibus situm non (ait) futuris, quæ non sunt futura, procul dubio nulla sunt merita. Et hoc videre

Et opponere

dere facillimum est, ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis, nec isti dicere debuerunt. Vbi Augustinum Parentem docere conditionalia non solum non esse futura absoluta, sed nullo modo participare rationem futuritionis, sed esse merè possibilia: sic ostendo. Nam plures vertunt in dubium. An conditionata opera de potentia absoluta possint mereri præmiū?

Ripalda. Sic Ripalda disp. 62. de ente, n. 3. & Coninch. refert Coninch. pro parte affirmatiua, licet ipse tali sententiæ non audeat suffragari. Et plures Theologi dixerunt esse dispositionem ad prædeterminationem, ut retuli numer. 512. Ergo P. Augustinus dum ait, vnde hoc talibus viris in mentem venerit, nescio, ut futura, quæ non sunt futura, vniantur, aut honorentur merita parvulorum? Et dum ait, Hominibus futura, quæ non sunt futura procul dubio nulla sunt merita, &c. intelligit de futuris, quæ nullo modo participant rationem futuritionis, sed solum repræsentatiuè, & manèdo in statu possibilitatis: alias non esset cur tanto miraretur, quod Semipelagianis id venerit in mentem, cū alijs pluribus venerit: & ipsi Aug. ad id impugnandum in mentem venerit, ut patet in locis numer. 861. referendis: nec esset dubio procul, cum id dubitabile sit, & dubitatur à viris Catholicis, & affirmetur ab aliquibus: nec esset cur Pelagiani hoc dicere non possent nec Semipelagiani deberent, ita videri facillimum. Altius ergo Augustinus P. sentit in sua impugnatione: scilicet futura illa, quæ dicebantur conditionata à Semipelagianis, nullo modo esse futura, sed merè possibilia, & puras combinationes rerum possibilitium, in quibus si vna ponatur, poneretur, & altera, & sic optime miratur Augustinus hæc esse merita, potuisse venire in mentem Semipelagianis, & cætera, quæ affirmat. Quia nulli in mentem huc vsque venit, hæc

posse esse merita, aut de hoc dubitare.

858 Confirmatur ex cap. 14. vbi explicans illud Sapientia 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius. Dicitur est (inquit) secundum pericula vitæ huius non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat, id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. Vbi Augustinus Pater supponit Deum certo scivisse iustum, si diu viveret peccaturum, quod est scire obiecta conditionata. Addit autem hoc non esse dictum secundum præscientiam Dei, quæ propriè est rerum in se futurarum: quia scilicet illa peccata non erāt aliquomodo futura, sed solum possibilia, & repræsentabantur futura, ex combinatione vitæ diurnæ iusti cum tentationibus. Ideoque ait, Deum potius præscivisse quod futurum erat, scilicet quod in tentatione mansurus non erat.

Et confitetur ab eodē.

859 Dices cum Viues disp. 5. dist. 8. numer. 67. Augustinum P. hic docere futurum illud conditionatum scilicet, si iustus diutius viveret, mutaretur eius intellectus, non esse futurum sub illa conditione, neque à Deo sciri certo. Quia futuritio tantum verificatur secundum pericula vitæ huius, nempe secundum dispositionem causarum secundarum, in quâ dispositione futuritio cognosci non potest, ut docet S. Thomas ab ipso relatus disp. 1. n. 37.

Dices Augustinum ne gasse futura condir. Viues.

860 Sed contra. Quia licet P. Augustinus doceat futurum conditionatum sub illa conditione non esse futurum futuritione exercita in se ipso. Supponit tamen esse futurum, futuritione ideali; alias Deus in rapiendo iustum à tentationibus vitæ huius, non regularetur cognitione certa, & infallibili, sed solum coniecturali. Et licet futuritio dicatur conditionata secundum

Sed est falsum de conditionatis idealibus.

cundum pericula vitæ huius, & dispositionem causarum secundarum, in quibus præcisse non potest cognosci infallibiliter futuritio, vt S. Thomas docet: tamen futuritionis conditionatæ cognitio non est solum secundum dispositionem causarum, nec fundatur in ipsa dispositione, sed in ideæ representatione. Quia sub ratione possibilis representatur Deo naturaliter, & invariabiliter mutatio intellectus iustia tentationibus vitæ huius: quæ cognitio cum non sit in causis, sed in se ipsa, prout contenta, & representata in Deo, infallibilis est.

Conditio nata esse mere possibilis doctuerat olim Aug.

861 Hanc etiam doctrinam ante exortam hæresim Semipelagianorum (vt solutionem, quam posset aliquis dare argumento desumpto ex parvulis, impugnaret) docuerat P. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 7. vbi late versat argumentum illud parvulorum, & prope finem concludit. Quo modo enim præsciuit ea futura, quæ illis in infantia morituris, quia præscientia eius falli non potest, præsciuit potius non futura? Et de anima, & eius origine lib. 1. cap. 12. vbi versat eundem locum Sapientiæ, & cõcludit. Quid, quod ipsa exinanitur omnino præscientia, si quod præscitur, non erit? Et id probat dicens. Quo modo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? Quo modo ergo puniantur peccata, quæ nulla sunt? Id est quæ nec vita nondum incipiente commissa sunt ante carnem, nec morte præueniente post carnem? Et Epist. 105. paulo ante finem. Quo modo enim (ait) futura dicantur, quæ nulla erunt? Vbi perpetua mens P. Augustini est, futura, quæ absolute non sunt futura, nullo modo participare rationem futuritionis, sed esse mere possibilia, & nullo modo extrahi ab statu puræ possibilitatis: alias si extraherentur, non bene diceret S. Doctor, non recte dici futura. Et est valde advertendum,

quod semper S. Parens de futuris conditionatis ait nullo modo prædicari futuritionem, scilicet etiam conditionatam: alioquin Augustinus diceret: futuris conditionatis non conuenit futuritio conditionata, quod non solum in dignum est credere Augustinum dixisse, verum, & terminos cognoscen- tem. Vult ergo S. Doctor futura conditionata reuera merè possibilia esse, & nomine tenus dici futura, quia à nobis significantur, vt futura sub conditione, quæ est additum non solum diminuens, sed potius destruens futuritionem, vt si dicamus homo mortuus, vel oculi cæci.

862 Sed responderi potest cum Thomistis, Augustinum Parentem vel le obiecta illa conditionata non esse futura, etiam futuritione exercita in se ipsis ante decretum absolutum ex parte actus, non tamen negare esse sic futura post tale decretum. Sed cõtra. Quia, si hæc esset mens S. Doctoris, falsa esset eius doctrina. Nam S. Doctor ait horum obiectorum conditionatorum nullam in Deo esse præscientiam. Quo modo enim (ait) recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? Futuritio autem horum obiectorū conditionatorum supponentium decretum absolutum ex parte actus, recte dicitur præsciri à Thomistis, est enim scientia visionis, & sic verè futurorū, licet futuritio dependeat a conditione.

863 Secundo, si ita esset, non bene diceret S. Doctor quod illud Sapientia rapta est ve malitia mutaret intellectum eius dictum est. Secundum pericula vitæ huius, non secundum præscientiam Dei: esset enim dictum secundum vtrumque, & magis secundum præscientiam, scilicet secundum scientiam visionis: quia pericula sola non essent sufficientia determinare euentum, absque decreto permissiuo.

864 Tertio, quia iuxta Thomis-

Allo quin non bene. Aug.

Glosaret locam. Sapient.

Nec præscientiã poneret ante decretum. Viues. tas Augustinus P. nomine propositi, & prædestinationis, intelligit decretum, vt tanquam certum apud omnes supponit Viues disp. 4. à num. 6. sed præscientiam istam ait Augustinus supponi ad propositum, & ad prædestinationem, vt patet de Prædestinat. Sanctorum cap. 10. vbi docet quod prædestinatio sine præscientia esse non potest, licet præscientia possit esse sine prædestinatione. Ergo iuxta ipsum etiam præscientia supponitur ad decretum.

Nec bene assigna- re modum præsciẽti. 865 Quarto, 17. de dono perseuerantia, postquam dixit. Prædestinationem esse præscientiam, & præparationem beneficiorum Dei, & quod de non prædestinatis, vt de Tyrijs, & Sidonijs habet solum præscientiam, intert. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter munus intelligentia, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant, vbi Augustinus causam, vel medium illius veritatis conditionalis non ait esse decretum, sed combinationem verborum congruentium, vel signorum cum genio Tyriorum, & Sidoniorum. Sed de hoc cap. sequenti.

Aug. sequitur D. Prof. 866 Cum P. Augustino consentit eius Discipulus D. Prosper in Epistola citata, vbi impugnat solutionem Malsilienfium de meritis conditionatis dicens. In tantum quibuscumque commentitijs meritis electionem Dei subijciunt, vt quia præterita non extant, futura, quæ non sunt futura, constringant, nouoque apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint, vbi de futuris conditionatis ait, constringi futura, cum nõ sint futura. Quod intelligendum est cum nullo modo sint futura. Nam si vellet non esse futura absolute, non impugneret solutionem Malsilienfium, & sic intendit illa conditionata obiecta dici ab ipsis futura, esse constringere futuritionem.

867 Idem sentit D. Damascenus in Dialogo contra Manichæos dicens. Eius, quod nõ omnino futurum est, non præscia est, sed impostura: & alij, quos breuitatis causa omitto.

868 Et ratio horum Patrum est. Quia, vt diximus disp. 1. numer. 394. Præscientia propriè loquendo est futurorum, merè autem possibilium cognitio dicitur sapietia, & si dicitur præscientia dicitur cum hoc addito diminuyente speculatiua. Vnde Hugo Viët. 1. de Sacramentis parte 2. cap. 16. docet quod si res futura non fuissent, sapientia Dei scientia esset, sed præscientia non diceretur. Videantur dicta loco citato.

869 Hanc esse mentem P. Augustini putant Doctores, quos pro nostra sententia retulimus à num. 664. & in terminis Bona spes disp. 11. à num. 12. vbi num. 14. refert pro hac sententia D. Thomam 1. 2. q. 105. art. 4. ad 6. Sylua 1. p. q. 14. art. 13. dub. 11. numer. 57. & noster Cœlestinus, & Zumel, quorum verba retuli num. 303.

870 Dices, nos supra num. 846. diximus verisimile nobis apparere Malsilienses posuisse scientiam conditionalem innixam decreto actuali, absoluto ex parte Dei, & conditionato ex parte creaturæ, quo vult salutem omnium, si ipsi velint. Ergo P. Augustinus arguens contra ipsos loquitur de futuritione conditionata exercita, & non de pure ideali. Probatur con- sequentia. Quia futuritio conditionata supponens decretum actuale Dei, non potest esse merè idealis, & possibilibis.

871 Respondeo Augustinum loqui qui de illa futuritione, quam ponebat Malsilienses, supponente illud decreto, sed adhuc de illa affirmare nullo modo esse futuritionem, sed meram possibilitatem, licet à nobis per modum futuritionis explicetur. Quia licet supponeret decretum, non supponebat omnia principia necessario re-

Et idem D. Damascen.

Et ratio PP. quia præsciẽtiã est futur.

Et sic Scholast. Bona. spes. D. Tb. Sylua. Cœlestin. Zumel.

Dices iuxta nos Aug. lo- qui de futurit.

Sed loqui de idcata nõ supponen- te principi.

quisita ex parte causæ, vt posset operatio creaturæ habere esse futurum exercitum, & non solum ideale. Quia ad existentiam, & futuritionem (etiã conditionatam) operationis est essentialiter requisita existentia causæ, pro eotempore, pro quo est exitura operatio, & etiam principiorum necessario requisitorum ad operandum, vt diximus cum aliquibus num. 531. & deinceps. Et cum futuritio meritorum poneretur à Malsiliensibus elicienda à creatura, non diu victura, & sic nec exitura pro tempore pro quo est exitura operatio, & elicienda absque gratia factem speciali, sine qua impossibilis est operatio bona, & salutaris, id circo S. Doctor, & alij Patres dicunt Malsilientes possusse futura, quæ non sunt futura.

Idque constat ex ipso P. Aug. 872 Hoc docuit P. Augustinus illis verbis num. 861. relatis. *Quo modo enim recte dicitur præsiri futurum quod non est futurum? Quo modo ergo puniuntur peccata, quæ nulla sunt? Id est quæ nec vita ista nondum incipiente commissasunt ante carnem, nec morte præueniente post carnem?* Quia scilicet necessaria est existentia iusti ante carnem, vel post carnem, ad futuritionem conditionalem operis. Et idem docet cap. 12. de prædestinatione Sanctorum.

Et ex indeterminatione accipiendi auxiliium sufficiens, vel efficiens. 873 Deinde quia adhuc, si victuri essent, indifferentes erant, vt eis conferretur a Deo auxilium solum sufficiens, aut etiam efficiens, & efficax, cum hoc conferre dependeat ex voluntate Dei. Et cum sine auxilio efficaci non possit esse futura operatio, consequenter, futuritione exercita in se, fit, vt talis operatio adhuc ex suppositione illa maneat mere possibilis. Præterea quia peccata illa, etiam si sub conditione auxiliorum, quæ eis darentur, essent futura, tamen si Deus vellet posset ea dimittere. Ergo adhuc manebat possibilis futuritio bea-

itudinis parvulorum, & non futuritio. Videatur P. Augustinus citato cap. 12. de prædest. Sanctorum. Vbi hæc omnia docet.

CAP. III.

Quam præscientiam operum posuerint Malsilientes, & quam Patres Augustinus?

874 **S**ED iam pulsar animum difficultas. Quam præscientiam posuerint Malsilientes, & quam P. Augustinus? Ex quo tota dubij resolutio dependet.

875 Pro cuius resolutione suppono cum Suario prologo 2. de gratia ante cap. 3. quem refert, & sequitur Viues disp. 4. dist. 1. numer. 8. Præscientiam significare scientiam cum antecedentia. Et cum antecedentia hæc possit esse, vel æternitatis ad tempus, vel scientiæ ad propositum: præscientia potest esse, vel supponens decretum, & de operationibus creaturarū existentium, vel extiturarum (quæ est scientia visionis) vel præsupposita ad decretum, & speculatiua (quæ est media, vel naturalis) ideo difficultas inquirat. Quam ex his præscientijs posuerint Malsilientes, & quæ P. Augustinus?

876 Viues tota disp. 4. putat præscientiam quam posuerunt Malsilientes fuisse scientiam antecedentem ad propositum, & sic scientiam mediam. Et cum hæc fuerit proposita Augustino Parenti à Diuo Prospero, & ab Augustino repudiata. Hinc infert scientiam à P. Augustino repudiatam fuisse mediam, in quo latissimè digatur. Et hæc fuit mens fere omnium Thomistarum.

877 Aldrete disp. 29. sect. 4. numer. 3. è contra, putat Malsilientes possuisse scientiam antecedentem, sola

Præscientiam ante Suarorū Viues.

Præscientiam Semip. fuisse scientiam mediam.

Fuisse ante tempus solum.

Aldrete la

la antecedentia æternitatis ad tempus, & sic possuisse scientiam visionis, & præscientiam absolutam operum: & sic quæstionem propositam Parenti Augustino à Diuo Prospero non fuisse de scientia conditionata, sed de scientia absoluta operum. Vnde dicebant propositum efficax electionis præsupponere præscientiam absolutam bonorum operum, & hanc sententiam nos sequuti sumus à numero 844. ibique illam probauimus, indiget tamen maiori explicatione.

Fuit præscientia absoluta in adultis.

Aldrete

Sed respectu parvulorum condit.

878 Dicendum ergo præscientiam, quam hæretici adstruebant comparatione adultorum fuisse absolutam; hac differentia, quod Semipelagiani dicebant fidem dari hominibus ex præscientia peccationis, pulsationis, & orationis factæ viribus naturæ; & habita fide, media illa merebantur fideles gratiam, & postea gloriam. At Malsilientes dicebant fidem esse ex bono vsu gratiæ, & etiam gloriam. Ita Aldrete supra sect. 5. numer. 4. & probatum est à num. 840. Malsilientes enim dicebant neminem non modo ad perficiendum, verum neque ad incipiendum sibi sufficere, vt probatum est num. 843. idque etiam refert D. Prosper in principio Epistola. Hæc enim (inquit) ipsorum definitio, ac professio est omnem quidem hominem Adam peccante peccasse, & neminem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione saluari.

879 Secundo dicendum præscientiam quam adstruebant Malsilientes comparatione parvulorum fuisse conditionalem, scilicet sub conditione quod diu viuerent, & eis daretur gratia vniuersalis, & indifferens. Sic constat ex numer. 856. Vnde opera illa conditionalia aliqui dicebant esse ex conditione gratiæ: quod expresse refert D. Prosper dicens. Nec considerant se gratiam Dei, quam comitem non præstant humanorum

voluntate esse meritorum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasiam non negant esse præsentas. Vbi refert Malsilientes non negare voluntates parvulorum præueniri gratia Dei intrinseca sub conditione, licet dicerent hanc gratiam esse subditam voluntati, & comitem, & non præuiam. Quia scilicet totum negotium prædestinationis, & bonæ operationis dicebant originem habere à voluntate humana.

880 Dices. In quo errabant, si gratiam ad omne opus non solum prosequendum, sed etiam incipiendum admittebant? Respondeo. Quia negabant speciale beneficium gratiæ intrinsecum, & extrinsecum; putabant enim quodcumque speciale beneficium Dei intrinsecum, vel extrinsecum factum vni præ alio esse acceptionem personarum, dare teporem, auferre libertatem: & si hoc esset simpliciter necessarium, superfluum esse laborem, non manere locum correptioni, nec persuasioni; ideoque dicebant Deum dare gratiam omnino æqualem, & indifferentem omnibus, ex mera sua bonitate, & omnibus ex se velle beatitudinem, vt supra explicuimus. Quare dicebant non magis esse beneficium Dei saluationem Pecri, quam proditorem Iudæ, & sic homines bono vsu gratiæ se prædestinare, & electos facere, & posse se gloriari de his. In quo errabant. Vide Aldrete disp. 29. sect. 5. numer. 8.

881 At Augustinus P. è contra ponebat præscientiam præcedentem decretum (licet non negaret dari etiam præscientiam decretum sub sequentem) quæ esset beneficiorum Dei specialiter faciendorum illi, qui eligendus, vel prædestinandus esset ab ipso, sic 10. de prædest. Sanctorum, & late cap. 17. de dono perse

Et errabant negandos speciale beneficium gratiæ.

Aug. ponebat præscientiam antecedentem decretum.

Et ne.

uerantia, ibi. An quisquam dicere audebit Deum non praesciisse quibus daturus esset, ut crederent & aut quos daturus esset filio, ut ex eis non perderet quemquam? Quae utique si praesciuit, profecto beneficia sua, quibus nos dignatur liberare, praesciuit. Et postea immediate subdit. Haec praedestinatio Sanctorum nihil aliud est quam praescientia, scilicet & preparatio beneficiorum Dei, &c. Vbi Augustinum P. loqui de praescientia antecedenti decretum constat: quia loquitur de praescientia praecedenti voluntatem dandi fidem, & voluntatem dandi Christo praedestinos: alludens ad illud Ioannis 17. Quos dedisti mihi, & tu erant, & tu mihi eos dedisti, & vult hanc praescientiam esse praescientiam beneficiorum Dei, quibus nos dignatur liberare a mala perditionis, media preparatione illorum per suum propositum; in qua preparatione supponente illam praescientiam beneficiorum Dei consistit praedestinatio, ut ipse docuerat de praedest. Sanctorum cap. 10. dicens. Quod praedestinatio est gratia preparatio, & sic ait, quod haec praedestinatio est praescientia, & preparatio beneficiorum Dei, & ait haec, quia de primo homine aliter videtur discurre: S. Doctor, ut colligitur ex lib. de correptione, & gratia cap. 10. & duobus sequentibus. Quam diuersitatem non bene ferebant Semipelagiani, ut refert Hylarius ibi dicens, deinde moleste ferunt ita diuidi gratiam, quae, vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur: quia maiorem gratiam vult Augustinus necessariam esse nunc hominibus, quam esset tunc primo homini. De quo. Bona spes. disp. 17. dub. 5. & in hoc conueniunt Catholici. Quare solum est inter illos Scholasticam differtatio in explicando hoc specialia beneficio gratiae. Nam aliqui dicunt consistere in aliquo intrinseco

Sed beneficiorum Dei.

Ioan.

Bona spes.

Differtatio modo explicata ab Schol.

auxilio, ponendo ex parte causa in obiecto praescientiae, ratione cuius auxiliu sit a se ipso, & natura sua, vel ex contemperatione ad voluntatem intrinsece efficax. Alij dicunt consistere in ipso consensu prauiusso per scientiam mediam, & sic auxilium esse efficax, non ex se, sed prout stat sub scientia media, seu praescientia. Alij possent dicere esse ipsum auxilium prout stat sub praescientia, & sub voluntate Diuina de illo dando. De quo: Quod nam sit verius? prohibiti sumus loqui. Omnes tamen dicunt praedestinatum a non praedestinato, & bene operantem a non bene operanti discerni a Deo media gratia contra Semipelagianos, & praescientiam a P. Augustino positam esse beneficiorum Dei.

882. Nunc ad concertationem cum Scholasticis descendendo. Dico praescientiam, quam posuit P. Augustinus esse scientiam naturalem de consensu, ut possibili prout ab his causis liberis in hoc instanti, cum impossibilitate consequenti dissensus: quia praescientia dirigitur Diuina praedestinatio, & vniuersaliter voluntas Diuina in prouidendo creaturis rationalibus, & etiam voluntas creata in operando. Sic Auctores relati num. 869. in xtra quos haec scientia est formaliter absoluta, & virtualiter conditionalis, ut explicuimus saepe.

883. Probatur vero. Quia Pelagius (ut dicebamus numero 528. disputation. 1.) docebat voluntatem creatam a se ipsa dirigi, & regulari: & Semipelagiani (ut refert D. Prosper) dicebant. Ad conditionem hanc velint vniuersusque hominis pertinere; in qua eum nihil prius merentem, quia neque existentem liberi arbitrij, & rationalem, gratia creatoris instituat, ut per discreationem boni, & mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandato.

Haec August. praescientia est scientia naturalis.

Quia regularitas D. Prosper.

datorum eius possit suam dirigere voluntatem. At Aug. Parens hanc sententiam late impugnat (ut ex ipso Augustino, & Agudio probauimus disp. 1. num. 528. & in hac a num. 690) dicens lib. de gestis contra Pelagium cap. 3. Nos per singulos actus a Deo regi, nec frustra orantes dicere, itinera mea dirige secundum verbum tuum, ne dominetur omnis iniquitas, quae directio fit per suam artem, quae cognoscit itinera nostra sub ratione fastidium ut late probatum est disp. 1. dub. 10. a cap. 2. Et idem docet S. Pater Psalm. 4. in fine, & Psalm. 58. in prologo, & satis palchre ad fratres in eremo. serm. 55.

884. Tandem dico hanc praescientiam directiuam voluntatis Diuinae, & creatae, quam P. Augustinus ponit ante propositum, esse mere naturalem, & non mediam inter naturalem, & liberam. Et probatur primo. Quia numquam P. Augustinus, & alij Patres hanc praescientiam dixerunt esse conditionalem. Sentiunt ergo esse ipsam scientiam simplicis notitiae: mirum enim esset, si sentirent esse conditionalem formaliter, quod id ommitterent, semper, & vbique, nec verbum de scientia condicionali dixissent.

885. Secundo. Quia si est regularis voluntatis Diuinae, & creatae debet esse omnino immutabilis, alias si posset aliquo modo mutari, & variari, ipsa regularetur per aliam scientiam invariabilem, ut latissime probatum est dubio 10. disp. 1. Vnde P. Augustinus 17. de dono perseverantiae in sua (inquit) quae falli, mutarique non potest praescientia opera sua futura disponere, id omnino, neque aliud quidquam est praedestinare, quae falli (inquit) mutarique non potest. Ab ea enim sapientia descendit omne bonum nobis. Omne quippe datum (ait Augustinus citato loco) optimum, si.

886. Tercio quia Augustinus Parens 14. de dono perseverantiae ait. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter manus intelligentiae, quae moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant. Vbi S. Doctor non recurrit ad futuritionem conditionatam prauiissam in se ipsa, sed ad combinationem possibilem praedicationis, & signorum cum munere naturali intelligentiae: quae cognitio proculdubio omnino Deo naturalis est. 887. Scio Viues disp. 7. dist. 2. numer. 18. totum esse in hoc testimonio explicando de decreto actuali. Et tota solutio, ait, pendet ex illis verbis Diuinum naturaliter munus intelligentiae. Dicitur (inquit) Diuinum quia ex Dei omnipotentia, & decreto descendit. Ex decreto (inquit) pertinente ad ordinem naturae, aut ex decreto praedestinationis ordinante ad suum finem dona gratuita ordinis naturalis. Adducitque D. Thomam in Matth. 11. 888. Sed contra hoc est quod P. Augustinus addit Diuinum naturaliter, vbi illud Diuinum munus intelligentiae, ait, quosdam habere naturaliter, id est ex diuina: vi creationis, siue ex naturali liter habitum. ex sua differentia individuali magis perfecte participant vim intelligendi Diuinam: quae non sufficiunt ad salutem, nec conducunt nisi materialiter, & subiectiue. Ut S. Thomas ab ipso Viues adductus docet, dicens.

1.) & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Et posset addere verba sequentia. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quia scilicet non prius intelligitur Deus non cognouisse conditionata, & postea cognouisse.

886. Tercio quia Augustinus Parens 14. de dono perseverantiae ait. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter manus intelligentiae, quae moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant. Vbi S. Doctor non recurrit ad futuritionem conditionatam prauiissam in se ipsa, sed ad combinationem possibilem praedicationis, & signorum cum munere naturali intelligentiae: quae cognitio proculdubio omnino Deo naturalis est.

887. Scio Viues disp. 7. dist. 2. numer. 18. totum esse in hoc testimonio explicando de decreto actuali. Et tota solutio, ait, pendet ex illis verbis Diuinum naturaliter munus intelligentiae. Dicitur (inquit) Diuinum quia ex Dei omnipotentia, & decreto descendit. Ex decreto (inquit) pertinente ad ordinem naturae, aut ex decreto praedestinationis ordinante ad suum finem dona gratuita ordinis naturalis. Adducitque D. Thomam in Matth. 11.

888. Sed contra hoc est quod P. Augustinus addit Diuinum naturaliter, vbi illud Diuinum munus intelligentiae, ait, quosdam habere naturaliter, id est ex diuina: vi creationis, siue ex naturali liter habitum. ex sua differentia individuali magis perfecte participant vim intelligendi Diuinam: quae non sufficiunt ad salutem, nec conducunt nisi materialiter, & subiectiue. Ut S. Thomas ab ipso Viues adductus docet, dicens.

Cuius obiectum auxiliu respectiuum ad gentium naturale.

Non descendens a decreto. Viues.

Sed ex vi creationis, vel in danda: vi creationis, siue ex naturali liter habitum.

Et 2. Vnde

D. Iacob.

Vnde diuersimode distribuit Dominus dona sua: quia quibusdam dat cor docile, & pronitatem ad bene agendum: sed hoc non sufficit, nisi sit instructor. Item aliquando est instructor, sed cor durum. (vt in Iudeis) & sic illis (scilicet Tyrrijs, & Sidonijs) non sufficit facilitas ad credendum: sic nec istis (scilicet Iudeis) nocet cor durum. Quia licet, si vtrumque reperiatur, sufficit ad salutem: quia tunc erit speciale beneficium gratie, neutrum eorum sufficit. Quod totum docet P. Augustinus citato cap. 14. de dono perseuerantiae, quem sequitur S. Thomas. Quare citatum testimonium profusum est contra Thomistas. Quia probat cognitionem futurorum sub conditione esse ante decretum. Sed difficultas erit. An illa cognoscat in sua futuritione? An in sua possibilitate? Et si verum fatear, potius fauet Legionensi, & alijs, qui ponunt congruitatem in actu primo quos retuli num. 525. vt etiam sentit Viues num. 24. De quo videantur dicta a num. 443. Quare, quod hic intendimus est, illud testimonium Parentis Augustini, sicut probat cognitionem contingentium conditionerum ante decretum, probare etiam talem cognitionem esse ante futuritionem exercitam in se ipsis: quod sic ostendo.

889 Medium quod P. Augustinus assumit ad suum intentum probandum est. Quod quidam naturaliter habent Diuinum munus intelligentiae in ipso ingenio, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus audiant verba, vel signa conspiciant. Ex hoc autem medio, si quid probatur (probatur vti que, quia S. Doctor non assumit medium disparatum) probatur ex sola combinatione horum extremorum cognosci a Deo infallibiliter futurio motio nis ad fidem. At non probatur praecise in congruitate in actu primo: quia in causis secundis non cognoscuntur futura conditionata (vt vti que Do-

Et ex praescientia praedicta futu ritionem exercit.

ctores Iesuitae, & Thomistae commu niter fatentur.) Ergo in congruitate in actu secundo, vt possibili. Vel si cognoscitur praedicta motio incongrui tate in actu primo, erit per scientiam naturalem, vt vult Legionensis.

CAP. IV.

Soluntur argumenta Thomistarū, quae militant contra nos.

890 **C**ONTRA nostram sen tentiam plura possunt obijcere Thomistae, vt probent P. Augustinum sensisse ob iecta conditionata habere futuritionem exercitam, & cognosci a Deo in decreto actuali.

Obijcit. Aug.

891 Primo. Scientia media fuit proposita P. Augustino a D. Prof pero. Sed Augustinus illam reiecit, & dixit Deum cognoscere futura con ditionata in decreto. Ergo iuxta P. Augustinum Deus cognouit futura cō ditionata in decreto, & non in futuri tione ideali.

Posuisse decretū.

892 Maiorem probant ex il lis duabus difficultatibus, quas D. Prosper proposuit P. Augustino sibi soluendas circa finem epistolae. Pri ma est. Vtrum praescientia Dei secun dum propositum inueniat, tam in par uulis, quam in adultis? An solum in adultis? Secunda est. An Deus alios v. s. a honoris, alios contumeliae fecerit, quia finem vnius cuiusque praeside rit, & sub iuso gratiae adiutorio in qua futurus esset, voluntate, & actio ne praescierit?

Quia proposita illi sunt scient. med.

893 Minorem probant. Quia P. Augustinus (vt sentit Aluelda) cap. 9. incipit respondere his difficulta tibus: & Malsiliensibus (qui eius te stimonio desumpto ex sex questio nibus Pagan. probabant praescientiam illam futurorum conditionerum a de-

Et illam reputa uit.

à decreto independentem) respondet. Quod quando in praedictis libris dixit. Tunc voluisse hominibus apparere Christum, qui in eum fuerant credituri: hoc dixit sine praedicto latenti consilij Dei, aliamque causam. Et subdit. Quid enim verius, quam praescisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? Sed vtrū praedicto sibi Christo, a se ipsis habituri essent fidem, An Deo donante sumpturi? Id est vtrum tantum modo eos praescierit, an etiam praedestinauerit Deus, & quare, ac differere, tunc necessariam non putauit. Sentit ergo S. Doctor il lam fidem cognitam fuisse a Deo in decreto actuali.

Sed Aug. non scientia media, sed absoluta proposita.

894 Respondeo cum Aldrete disp. 29. sect. 4. num. 4. negando maio rem. Quia P. Augustino non fuit proposita scientia media, sed praescientia absoluta operum in adultis, & condi tionata post decretum vniuersale saluandi omnes, in parvulis. Nec fuit illi proposita quaestio, quae modo verfa tur inter Iesuitas, & Thomistas, sed alia vt supra explicuimus. An scilicet praedestinatio oriatur tanquam a radice a voluntate humana sine gratia, seu a bono vsu gratiae? An contra? Nam primum dicebant Semipelagiani, & Malsilienses, & hoc reprobat P. Augustinus in testimonio adducto in pro batione minoris, in quo affirmat nihil verius, quam praescisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri. Quod si intel ligeretur de scientia media, nihil es set verius iuxta Augustinum, quam dari scientiam mediam. Intelligit ergo nomine praescientiae scientiam ab solutam operum, prout a libero ar bitrio, & gratia de illis, qui in eum fuerant credituri. Sed dubium ait esse inter ipsum, & Malsilienses. An a se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi? id est, vtrum tantum modo eos praescierit, an etiam

praedestinauerit Deus. Vbi totam li tem dicit S. Doctor in eostare. An Deus sit solum praescius bonorum operum, an etiam praedestinator? Et primum dicebant haeretici, Augustinus vero secundum. Ex quo patet ad plura, quae congerit Viues disp. 5. dist. 6.

Et licet Semipel. ponerent scient. cond.

895 Dices primo. Malsilien ses dicebant parvulos saluari ex praescientia meritorum conditionerum factorum sub gratia, vt supra dixi mus ex D. Prospero. Ergo hic D. Prof per in suis difficultatibus loquitur de praescientia conditionerum.

Est occasio occasionaliter

896 Respondeo. Quod licet Malsilienses dicerent parvulos saluari ex praescientia meritorum conditionerum, hoc tamen dixerunt oc casione cuiusdam argumenti sibi ob iecti, & praecipuum dissidium erat de adultis, quos Semipelagiani dice bant habere fidem viribus naturae, & perseuerantiam ex bono vsu gratiae merita per fidem: & sic in primo errabant circa gratiam cum Pelagio, & in secundo errabant circa praedesti nationem. At Malsilienses dicebant adultos habere fidem, & perseueran tiam ex bono vsu gratiae, Deo solum praesciente, & non praedestinante. Et hi a Pelagiana haeresi multum se dis cernebant: sed errabant circa praedesti nationem, vt ex P. Aug. diximus supra cum Aldrete, & docet etiam P. Augu stinus de dono perseuerantiae cap. 16. A Pelagianorum porro (inquit) haeretica peruersitate tantū isti (scilicet Malsilienses) remoti sunt, propter quos haec agimus, vt licet nondum velint fateri praedestinos esse, qui per Dei gra tiam stant obedientes, atque perman eant, iam tamen fateantur, quod eorum praecurrit voluntatem, quibus datur haec gratia. Vnde D. Prof per praecipue querebat de adultis, & occasionaliter de parvulis. Et sic etiam respondet Parens Augustinus.

P. Aug.

Nam in *duobus libris* loquitur de adultis, occasionaliter vero de parvulis, de *Prædestinat. Sanctorum cap. 12.*

Et errant non ponendo grat. discretivam. 897 At utrosque errasse circa prædestinationem, etiam si dicerent ipsam esse ex meritis habitis adiutorio gratiæ constare. Quia dicebant illam gratiam esse generalem, & sic nullo modo discretivam: quare iuxta eorum beneficium prædestinationis oriebatur à voluntate humana, nec speciales gratias debebat prædestinatus dare Deo, ac non prædestinatus.

Bona spes. Quare bene *Bona spes disp. 17. dub. 2. resolat. 3.* ait esse de fide prædestinationem non cadere sub meritum, non solum gratiæ creationis, vel fidei, sed neque sub meritum nostræ voluntatis, quam prævenit gratia sufficiens generaliter omnibus per Christum data: & hanc esse communem sententiã diximus *num. 853.* Quare omnes dicunt discretionem prædestinati à non prædestinato esse ex prædestinatione, & electione Dei: hac differētia. Quia qui dicunt electionem ad gloriam esse ante præmissa merita, dicunt Deum per illam ex se discernere prædestinatum, à non prædestinato: & qui dicunt e se post præmissa merita, dicunt talem discretionem esse per electionem mediocriorum efficacium. Omnes tamen supponunt hæreticum, aut saltem falsum esse hanc discretionem oriri à voluntate humana, utenti gratia omnino in differenti, & communi omnibus: alias cessaret admiratio Pauli, recurrentis ad altitudinem sapientiæ Dei, & esset falsa illa sententia salvatoris. *Nō vos me elegistis, sed ego eleghi vos,* de quo pleni sunt libri P. Augustini de *Prædest. Sanctorum. Vide cap. 10. & 17.*

A quo longe ponentes auxilia in differentia. 898 Et licet plures Theologi dicant auxilia gratiæ esse ex se omnino indifferentia, & solū esse efficaciam à consensu: tamen omnes constantè defendunt, eum, qui bene operatur, habere speciale beneficium gratiæ, quod non

habet, qui non operatur bene. Quia Deus illis, qui bene operatur, dat auxilium, & gratiam congruam, ex scientiæ mediæ prævisione: & sic dat eis, ut operentur, quod si non daret, manerent in masa perditionis. Sic expressit P. Augustinus de *dono perseverantiæ cap. 14. ubi* (inquit) *Tyrijs relictis sunt, & Sidonijs, qui etiam credere poterant, si mira illa Christi vidissent: sed quoniam, ut crederent non erat eis datum, etiam vnde crederent eis negatum.*

899 Secundo dices cum Viues *Replicat semper. posuisse scient. med. Viues.* supra *disp. 3. numer. 24.* in illis verbis, *quibus autem credituri sunt numer. 844.* Relatis Malsiliensibus nomine præscientiæ intellexisse scientiam mediã. Quia futurum de quo nunquam verificabitur, *nunc est,* non est futurum absolute, potest tamen esse futurum conditionatum. In his autem dictis Malsiliensium sermonem esse de futuris, de quibus nunquam verificabitur, *nunc est,* probatur. Quia in illo dicto sicut dicitur, *præsciri, si his hominibus Evangelium prædicetur, credituri sunt,* eodem modo dicitur, *si his hominibus Evangelium prædicetur non credent.* Quia si cur affirmative verè dicitur respectu prædestinatorum, negative verè dicitur respectu reproborum. Sed in his omnibus non fuerunt positæ conditiones, ut patet in Tyrijs, & Sidonijs. Ergo in his omnibus locutionibus sermo est de futuris, de quibus nunquam verificabitur, *nunc est.*

900 Hæc replica probat oppositum, quod intendit. Quia in illis, qui iuxta Semipelagianos credituri erant de facto, verificabatur de facto, *nunc credunt,* & in illis qui non erant credituri, verificabatur, *nunc non credunt.* Et potest fieri replica in omni sententia. Quare nego minorè, quia in utriusque verificabatur iuxta Semipelagianos *erit, vel non erit.* Et licet in illis hominibus possit pronuntari illud fu-

futurum sub conditione, non ideo est, quia Semipelagiani non ponerent præscientiam absolutam, sed quia de omni futuro absoluto potest etiam formari conditionatum. Quia in omni sententia futurius absoluta supponit conditionatam, siue medium illius sit decretum, siue futurius exercita, siue ideata.

Rep. tur. 6. num. 97. & alibi. Tercio replicat Viues *disp. 5. num. 28.* Turbatio Malsiliensium orta fuit ex decreto efficaci de prædestinatione Sanctorum ante præmissa merita, ut contrarium libertati, correctioni, & prædicationi. Ergo ponebant scientiam mediã, quæ prius prævideretur consecutus sub conditione futurus.

902 Respondeo turbationem Malsiliensium ortam fuisse ex decreto discreto prædestinatorum à non prædestinatis, ut constat ex illis verbis D. Prosperi. *Hoc autem propositum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani eligendæ, & reijciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit creatori alij vasa honoris, alij vasa contumeliæ sint creati, & lapsi curam resurgendi adimere, &c.* Hoc autem iuxta ipsos non temperaretur scientia mediã antecedenti ad tale decretum, quia semper dicerent (ut dicebant) *quod utraque parte superfluis laboris, sineque reiectis vlla industria possit intrare neque electus vlla negligentia possit excidere: quoquo enim modo se egerint, non posset aliud erga eos, quam Deus designavit accidere, &c.* Quare ipsi ponebant prædestinationem, & præscientiam conditionalem dependentem ab electione creaturæ: & sic dicebant ipsos non eligi, aut reprobari à Deo, sed se ipsos factos bonos, bono usu gratiæ, etiam eligere, & prædestinare: nec volebant dirigi à scientia Diuina etiam conditionali, sed à se ipsis: imo volebant dirigere

voluntatem, & scientiam Diuinam, ut explicat D. Prosper inferius ab illis verbis. *Propositum autem, ut numer. 843.* explicuimus, quare non ponebant prædestinationem, nec electionem specialem erga aliquos, sed universalem, & omnino indifferentem erga omnes. De quo *Bona spes disp. 17. dub. 2.*

903 Secundum argumentum Thomistarum ponit Viues *disp. 5. dist. 5. num. 28.* P. Augustinus docet Deum ea quæ præscit, prædestinasse, & ea quæ prædestinavit, præscisse. Ergo si de facto præscit futura conditionata, de facto illa prædestinat. Antecedens probat ex *cap. 9. de Prædest. Sanctorum,* ubi nihil dicit S. Doctor, quod conducat ad antecedens probandum. Melius id probat ex *cap. 17. de dono perseverantiæ, ibi.* *Nam in sua, quæ falli nullo modo non potest præscientiæ operis sui disponere, id omnino nec aliud quidquam est prædestinare.* Et infra. *Hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, quæ defendimus, non præsciuntur à Deo, præsciuntur autem, hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus.*

904 Respondeo concedendo antecedens de præscientia futurorum futurius exercita, siue absoluta, siue conditionata beneficiorum, seu donorum Dei, negando verò antecedens de præscientia futurorum dumtaxat ideatorum, vel etiam de præscientia futurorum ideatorum, quæ Dei non sunt dona. Nam, ut ait P. Augustinus de *Prædest. Sanctorum cap. 10.* *Potest esse sine prædestinatione præscientia.* Et reddit rationem dicens. *Prædestinatione quippe Deus ea præscit, quæ fuerat ipse factururus. Vnde dictum est, fecit, quæ futura sunt. Præscire autem potens est, etiam quæ ipse non facit, sicut quæcumque peccata.* Vbi S. Doctor distinguit duplicem præscientiam alteram donorum, seu beneficiorum Dei, & hanc inquit esse eorū quæ fuerat


Bona spes. 17. dub. 2. Obicit. Deit. quæ præscit. prædestinasse, & ea quæ prædestinavit, præscisse. Ergo si de facto præscit futura conditionata, de facto illa prædestinat. Antecedens probat ex cap. 9. de Prædest. Sanctorum, ubi nihil dicit S. Doctor, quod conducat ad antecedens probandum. Melius id probat ex cap. 17. de dono perseverantiæ, ibi. Nam in sua, quæ falli nullo modo non potest præscientiæ operis sui disponere, id omnino nec aliud quidquam est prædestinare. Et infra. Hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, quæ defendimus, non præsciuntur à Deo, præsciuntur autem, hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus. Verū est de futuris exercitis, non designatis.

rat ipse facturus. Alteram eorum, quæ ipse non facit : & primam inquit esse idem, ac prædestinario, non vero secundam.

Est enim prædestinatio præscientia præparatiua. 905 Ad probationem antecedentis concedo dispositionem, qua in sua præscientia, per suam voluntatem disponit Deus sua opera faciendâ, esse prædestinationem. Est enim prædestinatio præscientia, & præparatio beneficiorum Dei iuxta P. Augustinum. Vnde in secundo testimonio consequenter ad hanc doctrinam ait, quod hæc Dei dona, scilicet quæ dantur electis (secundum prop. spiritum Dei vocantis, ut præmiserat) si nulla est prædestinatio, quam de seclima, non præscientur à Deo, quia beneficia, & dona Dei non possunt esse futura, nec præsciri a Deo nisi ab ipso prædestinentur. Præsciuntur autem, ut ex Scriptura constat. Hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus.

906 Dices iuxta P. Augustinum saltem beneficia sua, quæ præscit, prædestinavit. Ergo, si defacto præscit futura sub conditione, quæ sunt beneficia sua, defacto illa prædestinat.

907 Concesso antecedenti, distinguo consequens, & concedo consequentiam de præscientia futurorum futuritione exercita, & nego de præscientia futurorum futuritione idealis. Prædestinat ergo Deus futura, quæ sunt talia futuritione exercita, si sint dona sua: secus si non sunt: aut si sunt, solum sunt futuritione ideata futura.



CAP. V.

Solvuntur argumenta Iesuitarum prout contra nos possunt militare.

908 SIMILITER Iesuitæ plura possunt obijcere contra nostram sententiam, ut probent præscientiam regulatiuam prædestinationis, quam ponit P. Augustinus non esse naturalem, sed contingentem Deo, & sic scientiam mediam.

909 Primum testimonium desumunt ex P. Augustino in expositione quarundam propositionum Epistola ad Rom. propositione 62. ibi. Quomodo Deus præscientia eligat credituros, & damnet incredulos. Vbi S. Doctor docet Deum præscientia dirigi, ut eligat credituros, & damnet incredulos: que non potest esse futurorum idealium, ut patet.

910 Confirmatur ex Epist. 49. q. 2. ubi ait, tunc voluisse hominibus parere Christum, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eum essent credituri: quod cognouit scientia condicionali, & non solum futuritione idealis, & sub ratione possibilis, quia hæc non potest mouere ad aduentum Christi.

911 Confirmatur secundo ex D. Ambrosio super illud ad Rom. 8. Diligentibus Deum ibi. Hi autem secundam propositam vocantur, quos credentes præscit Deus futuros sibi idoneos, ut antequam crederent, scirentur. Et rursus. Quos præscit futuros sibi deuotos ipsos elegit ad promissa præmia capessenda. Et rursus. Miserebor cuius miserus ero, id est cuius præscius eram, quod ei misericordiam daturus essem. Et alia plura, ibi.

912 Confirmatur tertio ex D. Chryso. D. Chryso. hom. 41. in cap. 9. Matthai. Quem admodum tunc ad illos

illos accessit, vocauitque quando operaturus sciebat.

913 Respondeo in his locis mentionem esse de præscientia absoluta meritorum, quæ præcessit absolute electionem ad gloriam. Imo, & illis testimonijs, si quid probatur, probatur dari causâ prædestinationis ex parte nostra. Imo primum testimonium probat fidem esse ex meritis absolute præuisis viribus naturæ. Quare Semipelagiani illud obijcebant P. Augustino, ut constat ex Epistola Prosperi. Et P. Augustinus de prædestinat. Sanctorum cap. 3. ait se illa verba retractasse. Et nos ter Franc. à Christo in i. dist. 40. q. 4. à S. Hieronimus hæc, & alia testimonia adducit pro parte affirmante dari causam nostræ prædestinationis ex parte nostra: & postea in fine questionum illa testimonia soluit, & explicat cum P. Augustino. Quod etiam præstat Ripalda disp. 17. de ente sect.

Franc. à Christo. 40. q. 4. à S. Hieronimus hæc, & alia testimonia adducit pro parte affirmante dari causam nostræ prædestinationis ex parte nostra: & postea in fine questionum illa testimonia soluit, & explicat cum P. Augustino. Quod etiam præstat Ripalda disp. 17. de ente sect.

Ripalda. ii. ubi hos Patres liberat ab errore Semipelagianorū, quod, & alij Theologi præstarunt agendo de causa prædestinationis ex parte prædestinati. i. p. q. 23. art. 5. Vnde isti Patres non agunt de præscientia, prout est scientia præcedens ad decretum, sed prout est scientia præcedens præcedentia æternitatis ad tempus.

914 Ad primum ergo testimonium dico P. Augustinum loqui de præscientia fidei absolute futuræ, sed hoc retractasse, ut hæreticum cap. 3. de prædestinat. Sanctorum.

Et nostræ sent. alibi docuit 915 Ad secundum dico loqui de præscientia absoluta fidei, sed hoc explicare de prædest. Sanctorum cap. 9. dicendo se loqui, sine præiudicio latentis consilij Dei aliarumque causarum. Videatur n. 893. Quinimo citata q. 2. ex Epistola 49. nostram posuit sententiam dicens: Sub cuius regimine (scilicet Dei) vniuersa creatura spiritalis, & corporalis pro congruentia temporum locorumque administratur; cuius moderata

da, & gubernanda, quid, quando, & ubi circa eam fieri oporteat sapientia, & scientia penes ipsum est. Vbi ait omnem creaturam corporalem, & spirituales esse sub regimine Dei, & eius moderandæ, & gubernandæ rationem, esse sapientiam, & scientiam Dei: & non ait præscientiam, quæ futurorum est, sed sapientiam, & scientiam quæ sunt pure possibilium. Et inferius ait, quod hæc moderatrix regula, id est ipse est filius Dei, Patri coæter us, & incommutabilis sapientia, per quam creata est vniuersa natura, ex cuius participatione omnis rationalis anima fit beata, scilicet verbum Diuinum, ut ars Patris, per quam vniuersa natura creata est, & cuius participatione omnis anima rationalis fit beata: quæ utique scientia media non potest esse, per illam enim non est creata vniuersa natura, neque eius participatione omnis anima rationalis fit beata.

916 Ad testimonia D. Ambrosii dico ipsum velle illos secundum propositum vocari, quos absolute præscit esse deuotos, media sua misericordia, & speciali gratiæ beneficio. Quod explicat in vltimis verbis. Miserebor cuius miserus ero, id est cuius præscius eram quod ei misericordiam essem daturus, hoc est, miserebor dando gloriam cuius prius miserus fuero dando specialem gratiam, ut ea dignus efficiatur, quod contingit in reali executione. Atque eodem modo intelligendi sunt D. Chyso. & alij Patres, quos pro se adducit Aldrete disp. 29. sect. 2. & 3.

917 Secundum testimonium desumunt ex lib. 1. ad simplicium q. 2. ubi postquam multa dixit deuotione congruâ concludit. Falsum est autem si quis dicit, igitur non misericordis Dei, sed volentis, atque currentis est hominis, quia nullius Deus frustra miseretur, cuius autem miseretur sic eum vocat, quo modo scit ei congruere.

Obijcit. Aug. do. c. 1. ubi postquam multa dixit deuotione congruâ concludit. Falsum est autem si quis dicit, igitur non misericordis Dei, sed volentis, atque currentis est hominis, quia nullius Deus frustra miseretur, cuius autem miseretur sic eum vocat, quo modo scit ei congruere.

ut vocantem non respuat: quo modo scit inquit.

918 Huic testimonio consonat illud supra num. 886. positum ex 14. de dono perseverantiae, ex quo apparet quosdam habere in ipso ingenio, &c. in quibus locis S. Doctor loquitur de scientia regulativa decreti.

919 Respondeo P. Augustinum in his, & alijs testimonijs loqui de scientia regulativa decreti, sed in eis non ponere, sed potius rejicere tacite scientiam mediam. Quia in eis explicat congruitatem vocationis penes modum vocandi, & attemperacione, ad dispositionem, & aptitudinē vocatideoque his testimonijs videntur ad probandum Deum cognoscere futura conditionata per scientiam mere naturalem Legionensis, & alij.

920 Respondeo ergo P. Augustinum per ly quo modo scit ei congrue, ut vocantem non respuat intelligere scientiam naturalem: quia illa cognoscit Deus congruitatem vocationis in actu secundo, ut saepe dictum est. Vide à num. 886. & ex hoc patet ad aliud testimonium. Neque in hoc testimonio multum immorandum, quia eos nos possumus vti ad nostram sententiam probandam.

921 Tertium testimonium desumunt ex cap. 10. de predestinat. Sanctorum, saepe attracto. Ibi predestinatio est, quae sine praescientia esse non potest, potest autem esse sine predestinatione praescientia, predestinatione quippe Deus ea praesciuit, quae fuerat ipse facturus. Unde dictum est fecit quae futura sunt. Praescire autem potens est etiam, quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata. Quia, & sunt quaedam, quae ita peccata sunt, ut poena etiam sint peccatorum, unde dictum est, traddidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant, quae non conveniunt, non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Sentit ergo P. Augustinus saltem esse in Deo

praescientiam peccati futuri sub conditione antea sum decretum, ac proinde scientiam mediam.

922 Confirmatur ex pluribus locis, quae cumulat Aldrete disp. 29. citata sect. 1. in quibus Augustinus Parens docet Deum peccatorum solum esse praescium, non autorem, praecipue de libero arbitrio lib. 3. cap. 4. & 5. quae, quia communia sunt, non adduco. Et confirmat ex lib. de spiritu, & litt. cap. 31. ubi ait. Numquam legimus de Scripturis non esse voluntas nisi a Deo, & recte non scriptam est, quia verum non est, alioquin etiam peccatorum (quod ab ipso auctor est Deus si non est voluntas nisi ab illo. Ex qua doctrina (inquit Aldrete) Concilium Arausicanum. Canon 23. statuit, suam voluntatem hominibus facere, non Dei, quando id agunt, quod Deo displicet. Nam homines agunt (glossat Aldrete) motum voluntatis, qui sub illis circumstantijs nequit non esse malus: & ideo motus est in se malus. Quia (scilicet, ut Augustinus P. ait 12. confess. cap. 11.) talis motus delictum, atque peccatum est. Et idem docent alij Patres, sed praecipue D. Prosper ad obiect. 12. Vincet voluntate (inquit) exierunt, voluntate ceciderunt, & quia praesciti sunt suri, non sunt praedestinati, essent autem praedestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, & veritate mansuri.

923 Hoc argumentum non probat directe peccata, sub conditione futura cognosci a Deo per scientiam mediam: quia testimonia in eo adducta loquuntur de praescientia absoluta peccatorum, quae sunt causa, vel motivum reprobationis. Quare, si quid probant, probant etiam peccata esse absolute futura sine decreto Dei, etiam permissivo.

924 Deinde, dato quod probet peccata sub conditione futura cognosci a Deo ante decretum etiam permissivum, quod actu esset in Deo, non pro-

probat hanc cognitionem debere esse scientiam mediam, quia esset scientia mere naturalis.

925 Igitur Viues disp. 7. dist. 3. num. 33. ut satisfaciat his testimonijs, supponit P. Augustinum duobus modis vti nomine praedestinationis. Primo generaliter pro quocumque decreto suae voluntatis. Secundo striete pro electione ad gloriam, cui his temporibus nomen praedestinationis appropriatur.

926 Hoc supposito, respondet mentem S. Doctoris in priori testimonio esse quod Deus omnia opera nostra praescit, sed non omnia praedestinat, vel facit ordinando ad gloriam eius, in quo praescit. Nam peccata, ut peccata iure praescit, sed non facit ordinando ad gloriam, eo modo quo facit gratiam, & opera bona, eaque praedestinat, etiam si ad materiale peccati praedeterminet, ut dicunt Thomista, aut concursu vniuersali ad tale materiale concurrat, ut omnes Theologi fatentur.

927 Quinimo ait Viues numer. 36. Augustinum P. pluribus in locis expressè docere, & demonstrare peccata illa, quae sunt aliorum peccatorum poena, non tantum a Deo permitti per suam patientiam, sed etiam per suam potentiam ad illa hominem inducere, ut ipsum induret. Sic lib. 5. contra Iulianum cap. 3. de gratia, & libero arbitrio cap. 20. Et alibi saepe. Imo, & in testimonio in argumento alato id expressè docet: ut patet ex illis verbis quia, & existat. Quae omnia physicam praedeterminationem significanc.

928 Sed contra. Quia, & si hac doctrina vera sit, quia praedestinatio proprie est electio ad gloriam, quae propter non praedestinati dicuntur dumtaxat praesciri, ut cum P. Augustino, & Aegidio diximus dil. p. 1. num. 196. & 197. tamen P. Augustinus

amplius vult. Nam vult neque praedestinatione generali Deum peccata praedestinare. Intendit enim etiam in non praedestinatjs, neque ad gloriam electis, Deum non praedestinare peccata, ut constat ex ratione, quam adducit. Praedestinatione quippe Deus (ait) praesciuit, quae fuerat ipse facturus. Unde dictum est, fecit quae futura sunt. Praescire autem potens est, etiam quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata. Quaecumque peccata (inquit) ut doctrinam vniuersalem redderet, ad peccata eorum etiam, qui ad gloriam non sunt electi.

929 Respondeo ergo Augustinum P. in illo testimonio loqui de praedestinatione non solum prout est electio ad gloriam, sed generaliter prout est decretum Diuinae voluntatis, quia hoc solum praediffiniuit, quae erat ipse facturus: licet praescire potens sit, etiam quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata, quorum Deus non est autor, nec causa, ut late probat Aegidius in 2. dist. 37. q. 2. art. 1.

930 Dicitur autem Deum non esse autorem peccati, quia autoritas, & causalitas (ut docet Aegidius in 3. dist. 4. p. 1. q. 1. art. 1. praecipue, §. tertio modo) differunt in eo quod autoritas significat principalitatem, & primitatem in communicando esse. Causalitas vero significat ipsam communicationem esse, etiam si non sit principaliter, & cum primitate originis: quia hoc modo communicare supra ipsam communicationem, & causalitatem dicit specialem modum causandi, scilicet tanquam prima, & principalis causa, a qua habet originem effectus.

931 Vult ergo P. Augustinus Deum solum praedestinare ea, quae ipse est principaliter facturus, & quorum ipse est autor, quia ab ipso incipiunt, & sic ait in secundo testimonio, Numquam legimus de Scripturis non esse voluntas nisi a Deo, & recte scriptam

Aldrete

Concil. Araus.

P. Aug. D. Prof.

Sed ponit praesciē. absolutā.

Vel natu. ralem.

Intendit enim Deum non esse autorem peccati

Quid autoritas quid causalitas. Aegid.

Deus solum praedestinare ea, quae ipse est autor, quorum ipse est autor, quia ab ipso incipiunt, & sic ait in secundo testimonio, Numquam legimus de Scripturis non esse voluntas nisi a Deo, & recte scriptam

P. Aug.

Aegid.

tum non est, quia verum non est, alioquin etiam peccatorum (quod absit) auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo: quia scilicet peccata, ut talia sunt à creatura primo, & principaliter. Nam cum sint defectus, primo, & principaliter debent esse à causa defectiva, qualis est creatura, & ideo Deus non habet de illis præscientiam beneficam, sicut de actibus bonis, sed puram præscientiam. Et sic Conciliū Arausicanum ait, suam voluntatem homines facere, non Dei, quando illi agunt, quod Deo displicet. Quia peccata a voluntate humana, non à Divina originem trahunt. Quia, ut cum P. Augustino lib. 83. q. 9. docet Egidius in 1. dist. 36. principali 1. 7. 3. idem est aliquid esse Deo auctore, & Deo voluntate. Unde ibi docet Egidius peccata non cadere suo Divina providentia quantum ad causalitatem, sed quantum ad ordinationem, & non impeditionem: quia quæ fiunt Deo auctore, fiunt Deo volente, & quæ cadunt sub providentia Dei, fiunt Deo auctore. Cadunt vero peccata sub Divina providentia quantum ad ordinationem, quia factis malis, & præmissis beneficiis ipsi, ut inde eliciat bonum, vel proprium ipsius peccatoris, vel aliorum, vel bonum commune. Et hoc vult P. Augustinus in testimonio allato in argumento, cum ait. Quia, & si sunt quedam, quæ ita peccata sunt, ut poena etiam sint peccatorū, unde dictū est traxerunt illos Deus in reprobam mentē, ut faciant, quæ non conveniant; non ibi Dei peccatum est, sed iudicium. Vult enim Deum post præmissa peccata, ut futura ex mera libertate creaturæ, Deo mere permittente; Divinam providentiam ordinare illa peccata in poenam præcedentium peccatorum, in quo non est Dei peccatum, sed iudiciū. Iusta enim est illa ordinatio, cum sit ad affligendum peccatorem propter peccata antecedentia.

Peccata sub pro- vid. quæ- rum ad ordinationem

932 Neque hæc significant realem prædeterminationem, & decre- tum Dei, ut intendit Vines. Primo. Quia physica prædeterminatio ad materiam peccati dicitur à Thomistis esse necessaria ad omnia peccata promateriali, etiam ad primum. Hæc autem ordinatio non datur iuxta P. Augustinum nisi in subsequentibus peccatis, & in poenam præcedentium, ut notant illa verba. Quia, & si sunt quedam, quæ ita peccata sunt, ut poena etiam sint peccatorum. Secundo. Quia hoc expresse docet S. Doctor de gratia, & lib. arbitrio. Postquam enim cap. 20. & 21. in numeris locis Scripturæ ostendisset aliqua peccata poenas etiam esse aliorum peccatorum, concludit. Fixū enim debet esse, & immobile in corde vestro: quia non est iniquitas apud Deum. Ac per hoc quando legitis in litteris veritatis à Deo se duci homines, aut obtundi, vel obdurari cora eorum, nolite dubitare præcessisse mala merita eorum, ut in se ista paterentur. Atque in hoc sensu Augustinum P. sequuntur Magister in 2. dist. 36. ubi plura loca Scripturæ, & Patrum adducit, & §. & ideo quærit. Vtrum peccatum in quantum peccatum est, sit poena peccati? Et posita aliquorum sententia dicentium esse poenam peccati ratione nocenti: quia corrumpit naturam §. in nullo tamen, ait in nullo tamen præiudicium fieri veritati putatur, si quis dicat ipsa eadem, quæ peccata sunt essentialiter (ut ita dicā) esse poenas, id est punitiones peccatorum præcedentium, quæ iustæ sunt, & à Deo sunt. Nec tamen in quantum peccata à Deo sunt, nec in quantum peccata sunt, poenæ peccati sunt Magistru sequuntur D. Th. ibi q. 1. art. 3. Egid. ibi dem q. 1. art. 2. D. Bonau. Richardus, Gabriel, Maior, Scotus, Conradus, & Valentia, quos refert Montefinos 1. 2. q. 87. art. 2. disp. 17. q. 1. §. his ita.

Quæ or- dinatio non est prædeter- minatio, ut sunt. Vines.

Mag. sentent.

Sed præiudicia, & præcedentiam.

D. Th. Egid. D. Bon.

933 Sed quo pacto ipsa eadem

quæ peccata sunt essentialiter, sint poenæ, & punitiones præcedentium peccatorum, & sic iustæ, & a Deo: nec tamen in quantum peccata à Deo sunt, nec in quantum peccata poenæ peccati sint? Explicant isti Doctores. Quia deformitas peccati dicitur duplicem habitudinem ad voluntatem. Vnā prout est liberè ab ipsa, & sic est culpa: & sic non est à Deo, nisi tantum permissivè: neque est poena, quia ut sic est voluntaria. Alteram prout physice accepta; est voluntati contraria: quia eam deturpat, & est illi disconveniens: quia est contra naturam rationalem, & sic in voluntaria, & poenalis: quia coniunctio disconveniens ad disconveniens est poena, sicut coniunctio conveniens ad conveniens est delectatio: & hoc modo est à Deo, & à Divina iustitia, & potentia, ordinante illam afflictionem in poenam præcedentium peccatorū. Ut qui delectationem (ait D. Thomas supra ad 1.) contra Dei ordinationem appetit, præter suam intentionem, afflictionem incurrat. Præcedit tamen illa deformitas prout habet rationem culpæ, & peccati, & prout est à creatura, se ipsam, prout habet rationem poenæ, & sic deformitas physica, ut poenalis est à Deo, illam ordinanti, & infligenti. Sic videntur rem hanc explicare S. Thomas, & Egidius supra.

Nam, ut culpa à creaturis ut poenæ à Deo.

Intelligē- dus Au- gusti. de usu sub- seq. non de ante- ced. Suarez.

934 Unde bene Suarez lib. 2. de concisione Dei, cap. 8. num. 7. ait testimonio Sacræ Scripturæ, & P. Augustini, aliorumque Patrum non esse explicanda de usu, & applicatione prævia: ut intrèdunt Thomistæ. Quia sic Deus esset non solum causa, sed auctor peccati. Quia ab eo originem duceret actio peccaminosa, sed de ordinatione, & veluti usu subsequenti determinationem creaturæ: quatenus voluntate prævisa iam ad actum determinata, Deus utitur illa representatione intellectus in ordine ad hoc, ut deformitas ipsa præter eius intentionem eam af-

fligat: quia ipsa deformitas, & in ordinatio afflictio est, iuxta illud P. Augustini 1. confessionum cap. 12. Insuper Domine, & verè sic est, ut poenæ sua se habet effectus omnis in ordinatis animis. Et sic ostendit Deus potentiam suā iuxta illud ad Rom. 9. quod dicit scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipso excitavi te, ut ostenderē in te virtutem meam. Excitatione enim ipsa, qua eum vocabat Deus ad bonum, præmissa eius duritie, & pertinacia in malum, usus fuit, & ordinavit ad eius afflictionem in poenam pertinaciæ. De quo plura Theologi in 2. dist. 36. & 1. 2. q. 87.

P. Aug.

Ad Rom.

Est ergo in Deo præscientia peccatorum. P. Aug.

935 Ad argumentum ego num. 921. propositum. Respondeo iuxta P. Aug. esse præscientiam ante decretum non solum respectu peccati futuri sub conditione, sed etiam respectu actuum bonorum: hanc tamen non esse scientiam mediam, sed naturalem: quæ respectu operum, quæ sunt beneficia Dei, dicitur prædestinatio: quia iungitur cum proposito inefficaci præparatio talium beneficiorum. At respectu peccatorum, vel saltem respectu malitiæ dicitur præscientia pura: quia peccatorum Deus non est auctor, sed præsciens. Licet ut sunt poena præcedentium peccatorum sit ordinator, ut iudex, & præcedentium peccatorum vltor, ut cum P. Aug. dicebamus num. 931. Ex quo patet ad primam confirmationem.

Nōm idē mē Deus auctor peccati.

936 Ad secundam confirmationem dico ipsam probare Deum non esse auctorem, nec causam peccati, sed solum creaturam. Quia licet Deus, ut causa universalis physica moueat, & applicet voluntatem creatam ad entitatem actus, qui est subtractum peccati, ut actus quidam physicus est, occasionatus ex indigentia voluntatis, qui prius operatur ut natura, quam ut liberum arbitrium: & sic proposito obiecto sine indifferentia, peti applicari à Deo ad actum naturalem circa illud.

ff illud

CAP. II.

Deum cognoscere futura contingencia, ratione naturali demonstratur.

Commēt. Egidius. dist. 2. art. 4. a num. 44. Colligitur autem hic error ex Commentatore, qui, vt refert Doctor noster in 1. dist. 35. q. 1. 1. 3. docuit Deum non cognoscere alia a se clarē, & distincte. Et pro illa refert Aphrodiseum lib. de fato cap. 16. N. Franc. a Christo in 1. dist. 38. q. 6.

4 Deum tamen cognoscere futura contingencia est fide certum. Sic vnanimiter Theologi in 1. dist. 38. P. Aug. 39. 1. p. 14. art. 13. Imo P. Augustinus 5. de ciuitate cap. 9. oppositum ait esse insaniam. Noster Ariminensis supra, noster Toleros in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. Aluiz, Herice, & alij extimant hanc sententiam esse fide certam.

5 Probatur hanc veritas ex plurimus Scripturæ locis, quæ accumulanti moderni, & ex Antiquis eruditus noster Ariminensis supra. Primus est:

Ecclesiasticus 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super solem, & circūspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes, in absconditis partibus Domini enim Deo antequam creentur omnia sunt agnita, & sic post perfectum respicit omnia. Quod testimoniū bene expendit Aluiz hic. Secundum est illud Psalmi 138. Omnes vias meas praeuidisti. Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima, & antiqua.

6 Probatur etiam ex Patribus quorum testimonia adducit Ariminensis supra præcipue P. Augustini supra. Et 15. de Genes. ad litt. cap. 15. vbi plurima Sacrae Scripturæ pro hac veritate adducit. Vnde est illud Tertuliani celebre dictum 1. contra Marcionem 5. Præscientia Dei tot habet testes, quot fecit prophetas, & plura alia, quæ quia apud recentiores in-

veniuntur o-mittit.

7 EST tamen difficultas. An hæc veritas possit ratione naturali demonstrari? Negat Herice supra num. 3. & adducit pro se Ochamum, Gabrielem, Ariminensem, Corduam, & Bellarminum, eo quod dicant vix posse explicari modum, quo Deus hæc futura cognoscat. Quos explicat Ribadeneyra infra.

8 Affirmandum tamen est cum communi sententia Theologorum, quos refert, & sequitur Ribadeneyra disp. 32. cap. 1. num. 3. Probat Ribadeneyra. Primo, quia Deus cognoscit futura, saltē quādiū sunt præsentia. Ergo, & antecedenter: Quia Deus non acquirit denuò cognitiones, quasi discens ab obiectorum existentia, sed iure æternitatis, quas habet semel, habet semper, & hanc rationē esse S. Th. & Egidij ait Vazq. hic disp. 66. cap. 1.

9 Et confirmat. Nam ipsi aduersarij fatentur Deum cognoscere obiecta præterita. Ergo & futura. Probat consequentiam, quia tam non sunt iam quæ præterierunt, quam illa, quæ erunt, & sicut Diuinus intellectus nihil accipit a futuris, vt ea cognoscat, sic nihil accipit a præteritis, quando præsentia fuerunt, vt ipsorum postea recorderetur. Ergo sicut cognoscit præterita postquam abierunt, ita & futura priusquam veniant.

10 Hæc tamen ratio non est Egidij, & (nisi ei aliquid addatur) non conuincit intentum. Nam per se loquendo, sicut ex eo quod contingencia habeant veritatem, & cognos-

Et licet neget Herice est demonstrabilis.

Ribadeneyra.

Non ex cognitione in tempore.

Neque ex cognitione præteritorum.

Quia arguitur à cognoscibili, ad incognoscibile.

tibi-

cibilitatem determinatam dum actu existant in se ipsis, non bene arguitur habere illam in sua futuritione antequam existant; vt cum pluribus diximus disp. 2. a num. 164. & a num. 191. ita, ex eo quod Deus cognoscat contingencia, quando actu existunt, non inferitur illa cognoscere antequam existant: Angeli enim, & homines cognoscere possunt contingencia, quando existunt, & ex hoc non fit posse illa cognoscere antequam existant. Et licet Deus non accipiat denuò cognitiones, quasi addiscens, sed iure æternitatis quas semel habet, habet semper; tamen oportet demonstrari ab hoc Doctore, quod contingencia veritatem quam semel habent in tempore, semper habuerint ab æterno. Quia hoc est necessarium, vt cognitio sit ab æterno. Vide quæ diximus a num. 266. disput. præcedenti. Confirmatio etiam non vrget, vt probatum est disput. præcedenti. Quod ex dicendis magis explicabitur. Et videri potest Herice numero 5.

11 Secundo probat Ribadeneyra ratione, quam vocat a priori, & apud suos communi, & efficaci. Intellectus Diuinus ratione suæ infinitatis nequit obiectum non cognoscere, vbi non est impedimentum ex parte obiecti, quo minus verè, & clarè cognoscatur. At ex parte contingentis impedimentum non est, quo minus verè, & clarè cognoscatur; antequam sit præsens. Ergo nequit illud non cognoscere.

12 Minorem probat. Nā vt Deus iudicet verè peccatum Petri non esse tunc præsens, sed postea; non est impedimentum defectus præsentia peccati nunc. Nam potius defectus peccati nunc requiritur ad veritatem illius iudicij. Aliunde etiam ex tali defectu præsentia non est impedimentum ex parte ipsius obiecti, vt clarè iudicetur. Nam præsentia obiecti tunc requiritur dumtaxat ad clari-

tatem cognitionis, quando intellectus propter limitationem impotens est ad clarè penetranda obiecta distantia: nulla autem distantia impedire potest intellectum infinitæ perspicitiæ, qualis est Diuinus.

13 Sed neque hæc probatio vrget. Quia impedimentum non est distantia, sed carentia obiectiæ determinationis, quam ab æterno habent contingencia, iuxta aduersarios, & iuxta plures nostræ sententiæ Auctores. Ex quo principio videtur Hericio citato num. 5. præcedens ratio non esse demonstratiua. Nam, si quis (inquit) affirmaret futura hæc antequam in se existant, non habere obiectiuam determinationem sufficientem, neque in causa, neque in se, vt plures modo tuemur, facile diceret impedimentum esse, vt contingencia non cognoscantur ab æterno, carentiam determinationis, quam contingencia habent ab æterno, vt nō possint a Deo cognosci, etiam si infinitus sit. Ex quo patet non esse efficacem aliam rationem, quam Aldrete post plurimos alios latè prosequitur, disp. 21. sect. 1. desumptam ex veritate determinata, quam habent contingencia ab æterno: Quia hoc non demonstratur ab hoc Doctore: cum plures quos sequuti sumus disput. 2. numer. 162. dicant contingencia solum, vt existentia habere veritatem determinatam.

14 Quod magis vrget contra Ribadeneyram. Nam hic Auctor citata disp. 12. n. 8. ait, iudicium Diuinum, verbi gratia, Petrus peccabit non habere ab æterno veritatem obiectiuam determinatam, sed determinandam de futuro. Sed vt latè cum Egidio, & P. Augustino probauimus disput. 2. n. 281. quidquid cognoscitur, eo modo quo cognoscitur debet esse præsens cognosceti, idque admittit hic Auctor. Ergo ab æterno nō cognoscitur De-

Nam in impedimentum in determinatione obiecti.

Aldrete

Et carentia præsentia tatis. P. Aug. Egidius

veritatem determinatam obiectiuam contingentium. Videantur ibi dicta.

Mediū demonstratū nos. s. e. sent. Coelestin.

15 Patet ergo (relictis alijs aliorum probationibus, quæ eodem vitio laborant, vt notauit noster Coelestinus quodlib. 13. disp. 2. cap. 1. num. 2.) totam huius dubij difficultatem in eo esse, quod contingentia ab æterno nō videntur habere determinationem, & veritatem determinatam obiectiuam, & sic nec cognoscibilitatem. Quia talem determinationem non possunt habere in suis causis proximis, scilicet in voluntate, & auxilio: neque in remotis: scilicet in decreto Diuino: cum omnes istæ causæ relinquunt ipsa contingentia; neque in se ipsis, cum ab æterno in se ipsis non sint, & nihil sit determinate cognoscibile, nisi habeat esse determinate, vel in se, vel in suis causis. Quare ostendendum est contingentia ab æterno determinationem habere, & Deo sic determinata præsentialiter existere.

Est determinatio, & præsentia obiecti ab æterno.

Ere as habent contingentia in esse decreto. Egid.

16 Hoc autem demonstrat Egidius in 1. dist. 38. q. 2. art. ultimo ex in distinctione esse ab essentia. Nam, vt probauimus disp. 1. a num. 238. Intellectus Diuinus ex eo quod sit suum esse intellectiuum, & actus purus, & nihil habens de potentialitate, ad cognitionem rerum non expectat progressum rerum in esse, sicut intellectus creatus, qui est potentialis. Nam cum modus cognoscendi sequatur modū naturæ cognoscentis non naturæ rei cognitæ: vt late demonstrauius ibi a num. 246. & modus essendi naturæ Diuinæ, & intellectus Diuini sit actualissimus, & sic æternus: in esse Diuino est æternaliter præsens esse, quod contingentia habitura sunt in tempore, & sic cognoscit tale esse sibi præsentialiter in se ipso, quatenus est ex parte modi cognoscendi Dei: licet ex parte rei cognitæ cognoscat contingentia in se ipsis esse in potentia ad habendum esse in tempore. Quod

latissimè ibi prosequuti sumus. Vnde carentia obiectiuæ determinationis, quam contingentia habet ab æterno, non impedit, quin à Diuino intellectu cognoscantur: quia licet talem determinationem non habeant in se ipsis ab æterno, sed illam habitura sint in tempore, tamen illam determinationem, quam habitura sunt in tempore, æternaliter est præsens Deo in sua omnipotentia contenta, in ideis representata, & in alijs prædicatis Diuinis, vt latissime probarum est tota disp. 1.

17 Hæc ratio mihi est euidentis, attamen quia plures putant Deum nō cognoscere creaturas in se ipso, sed in se ipsis, & in se ipsis futurorum esse determinatum ab æterno non est, ideo relicta huius rationis efficacia ad dub. 6. Nunc aliunde demonstranda est veritas hæc.

18 Ergo secundo demonstratur veritas illa Catholica, ratione P. Augustini loco cicato, de ciuit. vbi ait. *Qui enim non est præsciens futurorum, non est vtiq; Deus.* Nam, vt ait Egidius de prædest. & præscientia c. 12. in fine. Nomine Dei intelligimus intellectum quemdam separatum in quo nulla potentialitas est admixta. Sed secundum philosophum in libro de bona fortuna. Vbi plurimus intellectus ibi minima fortuna. Ergo vbi omnis intellectus ibi nulla fortuna, & nullum casuale. Si autem Deus non cognosceret futura contingetia, omnia quæ euenirent essent sibi casualia, & fortuita, & sic haberet intellectum potentialitate admixtum, & sic non esset actus purus, nec Deus.

Demonstratur nos. s. e. ex præsentia. P. Aug. Egid.

19 Dices, hanc rationem demonstratiuam non esse, quia Stoici, & plures alij negant Deo prouidentiam, vt refert Egidius. Sed contra. Quia Stoici affirmabant omnia euenire ex necessitate, & fato omnia contingere. Vtrum autem nomine fati

intelligerent vim aliquam, siue quamcumque ordinationem syderum, an Diuinam prouidentiam? Non explicat Egidius. Quid quid tamen intelligerent nomine fati, certum est, & demonstrabile, nec seriem causarum, nec Diuinam prouidentiam contingentiam rerum adimerè: vt ibi demonstrat Egidius. Et in tract. de prouidentia etiam demonstratur in Deo esse prouidentiam.

Et etiam ex actione Dei cum D. Aug. Magist. Egidius Ariminentis. Aluiz.

20 Tertio demonstratur veritas illa, ratione desumpta ex factiōne Dei, qua vtitur P. Augustinus 5. sup. Genes. ad litt. cap. 15. & late prosequuntur Mag. in 1. dist. 35. Egid. in 2. dist. 3. p. 2. q. 2. art. 4. §. sed intellectus noster Ariminentis in 1. dist. 38. q. 2. art. 1. Aluiz. supra. Et sic proponitur, Deus est causa factiua, aut permissiua omnium futurorum. Sed Deus nihil potest facere, aut permittere, nisi media cognitione faciendorum, aut permittendorum. Ergo Deus cognoscit futura contingentia, cum illa faciat, aut permittat. Verba P. Augustini sunt, *quamquam sufficere debeat, vt quisque nouerit, vel in concusse credat, quod Deus hæc omnia fecerit, non opinor eum esse tam ex cordem, vt Deum, quæ non nouerat fecisse arbitretur.*

Non facti scientiæ visionis non esse practica. Herice.

21 Hæc ratio (ait Hericius supra num. 7.) sibi esse minoris momenti. Primo quia scientia visionis, de qua est sermo in argumento, non est practica sui obiecti, sed speculatiua: ideoque debet illud saltem ratione supponere. Ergo ex ratione causæ inepte infertur Deum prænouisse scientia visionis hæc futura.

Sed scientiam simpliciter intellectiua.

22 Secundo. Quia omnium quæ sunt à Deo per directionem suæ potentia effectricis causa est scientia simplicis intelligentiæ, quæ cognoscit rerum naturas, & modos, quibus iuxta exigentiã earum petunt produci. Hæc autem scientia nō se extendit ad futura contingentia, sed solum ad possibilialia

23 Addit autem Hericius Augustinum P. loco cicato non loqui de scientia visionis, sed de scientia simplicis intelligentiæ: alias cogereur fateri ipsum tradidisse rationem minus congruentem, vt constat ex a se dictis. Imo concludit Augustinum Parentem ibi non loqui de ratione mere naturali, sed de ratione suffulta lumine fidei: vt constat ex illis verbis, *inconcussè credat, & ex illis tam ex cordem, hoc est sine corde ad credendum.*

Et Aug. loqui de scient. simp. intellig.

24 Sed in primis Augustinum P. loqui de vtraque scientia, de scientia simplicis intelligentiæ scilicet, qua vidit in se ipso omnia creanda, vt futura in actu signato, antequam velle facere, & de scientia approbationis, seu visionis, qua vidit illa in se ipso, vt in actu exercito futura nobis, sibi que ipsi in se ipso præsentia, postquam voluit: constat ex verbis antecedentibus. Dixerat enim. *In qua vita vidit omnia, quando fecit (scilicet scientia simplicis intelligentiæ) & sicut vidit ea (scilicet antequam faceret) ita fecit, non præter se ipsum videns, sed in se ipso; ita enumerauit omnia quæ fecit. Et clarius circa finem capituli. Porro si nouerat ea, priusquam faceret ea, profecto priusquam fierent, apud illam erant eo modo nota, quo sempiternæ, atque immutabiliter viuunt, & vita sunt, facta autem eo modo quo vna quæque creatura in genere suo est. Vbi ait creaturas antequam fierent fuisse apud Deum notas immutabiliter, & iam factas, eo modo quo vna quæque in genere suo est, etiam fuisse Deo notas priori modo, vt futuras in actu signato per scientiam simplicis intelligentiæ, posteriori vero modo, vt futuras in actu exercito per scientiam visionis. Et cap. 18. Hæc igitur antequam fierent, vti que non erant. Quomodo ergo Deo nota erant? Non enim quidquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequam fierent, & erant.*

Nam Aug. de vtraque scient. loquitur.

nota

non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura: ac per hoc factus est dies ille, cui utroque modo innotescerent, & in Deo, & in se ipsis. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse, cum ea fecisset, quam illo, quo ea nouerat, ut faceret, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. Vbi expresse posuit doctrinam quam ex Egidio posuimus num. 16. & cognitionem, qua Deus cognouit res, antequam eas faceret, quæ est simplex notitia, & postquam fecit, quæ est scientia uisionis, atque eodem modo eas, & ante, & postea cognouisse.

Et de ratione naturali. Nec ualet dicere P. Augustinum loqui de lumine fidei, non de ratione naturali. Quia licet dicat in concussio credit, dixerat antea, quam quæ sufficere debeat, ut quisque nouerit. Et addit, vel in concussio credit, ut saltem, qui talis sit rationis cui hæc euidencia non appareat, hæc credat in concussio. Licet iudicet S. Doctor nullum esse adeo excordem, ut arbitretur Deum non nouisse, quæ fecerat.

Et sciens. 26 Deinde responsio Hericij non satisfacit rationi. Quia licet directiua potentie effectricis sit scientia simplicis intelligentie, tamen hæc eadem quæ dirigit, ut fiant res, posito decreto, est scientia approbationis, qua fiunt, & scientia uisionis de factis, vel faciendis. Cum non alio modo innotescant Deo facta, quam facienda, ut Augustinus ait.

Et Deus ut faciat precogit. 27 Secundo, quia Deus, ut faciat, debet precognoscere facienda. Non enim quidquam fecit ignorans. Ergo ut ea conseruet, debet precognoscere facta, non enim minus conseruat, quam facit, nec minus precognitio requiritur ad conseruationem, quam ad factionem, cum utrumque sit facere.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

28 SED contra hanc veritatem obijcies. Deus cognoscit res, eo quod est rerum causa. Sed non semper causat res actualiter. Ergo non semper scit res actualiter, sed solum impotentia, & sic non scit res ab aeterno.

Obijcit. Deum ab aeterno non causasse.

29 Respondeo Egidius in 1. dist. 35. q. 2. art. 2. quæstionculi 2. ad 2. Quod Deus non agit per operationem mediam, sed sua actio est sua substantia, unde sicut semper est sciens in actu, & non impotentia, ita semper actio sua est in actu: operatum tamen exterius non semper actu existit, ex eo quod talia exteriora esse accipiunt secundum ordinem Diuina sapientie, & ideo sic secundum successionem temporum operata exterius esse accipiunt, ut Diuina sapientia ordinauit. Tamen propter aliam, & alium modum significandi in creatione, vel in operatione, & in scientia, dicitur Deum sciuisse res ab aeterno, fecisse tamen eas, & causasse in tempore, quia operatio dicit aliquid exiens ab agente in ipsum operatum, & ideo non dicitur Deum fecisse res, nisi quando facta habuerant esse, sed scientia, & si est exteriorum, non tam est eorum, ut sunt in se ipsis, sed, ut sunt in sciente, & ideo iudicandum est de scientia secundum conditionem scientis non secundum conditionem scitorum, propter quod Deus sciuit res ab aeterno, licet eas fecit in tempore.

Sed Deus scit ab aeterno, & causat in tempore. Egid.

30 Secundo obijci potest. Ut aliquid cognoscatur ab aeterno, debet ab aeterno habere veritatem actu determinatam, alioquin non posset ab aeterno determinate cognosci: & esse præsens cognoscenti, ut diximus n. 14. Sed contingentia ab aeterno non ha-

Obijcit. contingens non habet veritatem ab aeterno.

habent veritatem determinatam: cum hæc fundetur in determinata existentia, quam non habent ab aeterno. Ergo non sunt ab aeterno cognoscibilia.

Sed hoc non esse necessarium ad cognoscendum aliquid. Aluiz. Molina. Ribaden.

31 Aluiz disp. 6. sect. 3. negat maiorem, putat enim contingentia, ut cognoscantur non debere habere veritatem determinatam, sed determinandam. Pro qua doctrina nullum refert auctorem. Posset tamen referre Molinam, quem pro ea refert Aluertinus q. 2. Theologica in 2. corollario ex 4. principio Philosophico, camque nuper defendit Ribadeneyra citata disp. 12. cap. 2. num. 8. ubi distinguit duplicem veritatem obiectiuam, seu veritatis obiectiue duplicem modum essendi. Nam veritas obiectiua itat dupliciter, scilicet materialiter, & formaliter. Materialiter est ipsa entitas obiecti, quod asseritur per propositionem veram, & hoc modo accepta ait, oprime dixisse Aluiz, iudicium hoc Diuinum Petrus peccabit, non habere ab aeterno veritatem obiectiuam determinatam, sed determinandam. Formaliter est obiectum, quod asseritur per iudicium verum, & tali iudicio obijcitur, secundum quod obijcitur, & per illud asseritur: & hoc modo accepta veritas obiectiua consistit in eo, quod obiectum de nominetur cognitum, & asseritur iudicio vero, & consequenter eo ipso quod ab aeterno habeat Deus hoc iudicium Petrus peccabit, licet ab aeterno non sit id, quod ab aeterno de nominatur obiectiue verum, est tamē obiectiua veritas, nempe id quo peccatum Petri denominatur obiectiue cognitum, & in hoc secundo differt Ribadeneyra ab Aluiz, qui id expresse impugnat a num. 4.

Et est veritate prout in se ipsis.

32 Sed veritas illius maioris late probata est disp. 2. num. 598. ex Egidio, & P. Augustino. Quare concessa maiori, distingo minorem, & concedo contingentia ab aeterno non

habere veritatem determinatam in se ipsis, & per ordinem ad tempus, & durationem creatani: sed nego non habere illam, ut sunt presentia aternitati ab aeterno, siue presentia litate fundata in existentia reali eorum, ut volunt Thomista, siue in modo essendi Diuino, ut cum Egidio dicemus dub. 6. & colligitur ex P. Augustino adducto num. 24.

non prout ipse Deo.

33 Vnde in hoc sensu admittimus duplicem modum essendi veritatis obiectiue, vnum materiale, & remotum, secundum quem contingentia habent modum essendi in se ipsis, & secundum hunc non habent veritatem determinatam, nisi dum actu sunt in se ipsis in propria natura. Alterum secundum quem contingentia sunt in Deo admodum Dei, & hic est veluti materialis proximus, & secundum hunc sunt presentia Deo ab aeterno. Quia illa determinata veritas, quam habebunt in tempore dum existant, multo melius continetur, & representatur in essentia Diuina. Et si hoc vellent Ribadeneyra, ei consentimus: sed longe alia videtur eius mens. Nam videtur affirmare, quod sicut vniuersalia sunt a parte rei remote, obiectiue vero in ipsa cognitione in esse cognito, sic contingentia sunt in se ipsis remote, & sic absque veritate determinata, & in ipsa cognitione proxime, & cum veritate determinata ab aeterno. Quod non potest componi cum eo quod Deus cognoscat contingentia in se ipsis: quia alias essent ab aeterno cognita, sine eo quod essent ab aeterno presentia, ut probatum est. Et deinde illa veritas obiectiua, quam appellat formaliter sumptam, nullo modo est obiectiua, sed formalis, quia est ipsa cognitio cui debet esse presentis veritas obiectiua proxima. Videatur Aluiz supra a numero 4. qui hanc Ribadeneyra doctrinam impugnat.

Contingentia in se materialiter remote, in Deo proxime veritate.

34 Sed replicat Aluiz i. si futu-

Replicas conting. esse cognoscibilia & creat.

ra contingentia haberent ab aeterno aliquam veritatem determinatā obie. Etiam secundum quam essent cognoscibilia, non solum cognoscerentur à Deo, sed etiam à creatura. Quā rationem inquit assumpsisse à D. Thoma q. 16. de malo art. 7.

Verum esset, si in se esset

35 Respondeo cōcedendo sequetur lam, si futura contingentia haberent veritatem determinatam secundum modum essendi, quem habent in se ipsis, & negando illam, si futura solum habeant veritatem determinatam secundum modum essendi, quem habent in Deo, possibilem ante decretum, & futurum post decretum. De quo plura dubio 6. ubi dicemus Deum non cognoscere futura in ratione futuri, sed ut sibi presentia aeternaliter. Et hoc voluit S. Thomas citato loco, quia ait. Impossibile est quod aliqua cognitio respiciens futura in ratione futuri, cognoscat ea in se ipsi. Et infra explicans. Quo modo à Deo futura cognoscantur? ait, Deus presentialiter omnia intuetur.

S. Thom.

36 Secundo Patres, quod Deus omnia futura sciat reuocant in efficaciam Diuini intellectus, ideoque dicunt esse singulare Deo futura non determinata cognoscere. Ergo non est necessaria veritas determinata, ut à Deo cognoscantur, sed sufficit determinanda. Et confirmatur, quia si ex determinata veritate contingentium futurorum probarent Deum illa cognoscere, esset petitio principij; aut falsa suppositio.

Repl. Deū cognoscere, quia est infinite intellectiuius.

37 Respondeo negando antecedens, quia, ut num. 20. dixi cum ipso Aluizio, P. Augustinus, quod Deus cognoscat futura contingentia, probat ex eo quod sit ipsorum causa; & ipse, & alij Patres hoc etiam probant ex presentialitate eorū in aeternitate. De quo dubio 5. & sequentibus.

Sed non est causa a. De qua

38 Ad confirmationem respondeo illam vrgere Vazquium qui p.

disp. 65. cap. 4. num. 18. ideo probat Deum cognoscere futura contingentia, quia habent veritatem determinatam, & disp. 67. cap. 2. num. 9. ideo probat futura habere veritatem determinatam, quia cognoscantur à Deo: ubi committit illum circulum, quem non pauci committunt, licet fortassis non sit vitiosus.

39 Respondeo ergo negando probare Deum cognoscere futura contingentia ex veritate eorum determinata esse petitionem principij, aut supponere quod est probandum, quia bene probatur. Est cognoscibile, ergo cognoscitur à Deo. Quod autem habeant veritatem determinatam, & quo modo, diximus disp. precedenti dub. 4.

Nec petitur principium.

DVB. II.

An Deus cognoscat futura contingentia in suis causis proximis?

40 CONSTAT ex dubio precedenti Deum cognoscere futura contingentia: nunc autem inquirimus medium, in quo illa cognoscat? Et primo. An illa cognoscat in causis proximis?

CAP. I.

Proponuntur sententiae, & modi quibus defenduntur.

41 PRIMA sententia affirmat ita Durandus in 1. dist. 38. q. 3. art. 1. quamvis in secunda probatione nomine causae intelligat causam primam. Refertur ab Aluiz, & alijs noster Argentinensis in 2. dist. 40. art. 3. ubi nihil habet: memini tamen hanc sententiam in

Affirmat plures.

Durandus Argentin.

Madox.

eo vidisse. Noster Mendoza q. 7. Scholastica conclus. 6. in 1. editione, licet in 2. illam sententiam dicat solum esse probabilem: & hoc solum quoad futura, quae habent connexionem vnius ad alterum, refertque pro hac sententia D. Thomam 1. contra Gentes cap.

D. Th.

67. Et addit idem fere habere Decanum, Louaniensē art. 7. contra Luthe. Louan. Driedonem citat, & huic sententiae videri astipulari, P. Augustini lib. de Anima, & eius origine Belarmino cap. 7. Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 14. & 18. Becanus cap. 10. q. 7. Belarminus lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 15. Bañez hic conclus. 3. Aluarez disp. 12. de auxilijs, num. 2. Le. Alueld. descientia futurorum, dub. 2. in solatione 3. Et referuntur Nazarius, Granad. Aluelda, & alij Thomistae, & Cornelius à Lapide supra Hieremiam 38. Granadus descientia disp. 4. sect. 4. licet cum determinatione infra ponenda. Et alij quos refert, & sequitur Foelix de scientia Dei cap. 4. diff. 3. dub. 2. Et noster Legionensis tract. de auxilijs disp. 5. dub. 1. §. 4. & in relectione de gratia cap. 9. num. 6. Coelestinus noster quodlib. 13. disp. 2. cap. 1. §. 2. Quibus addo meum Magistrum Bernardi num Roderiquez Episcopum Guatixensem in priori tractatu de scientia Dei disp. 5. dub. 4. & de praedestinat. Sanctorum disp. 6. dub. ultimo §. ultimo. Machin. disp. 32. sect. 1. dist. 2.

Machin

Bernard.

Roderiq.

Frac. à Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

Christo.

noscere in ipso, quid futurum? Et huic sentiendi modo videtur ad stipulari Durandus, qui intelligit nomine causae secundae liberum arbitrium, motū, & non impeditum. Quem modū fuisse videtur ex S. Thoma 1. contra Gentes cap. 66. & 67.

43 At noster Mendoza, Legionensis, Granadus, Coelestinus, Bernardinus, & alij nomine causarum secundarum dicunt non esse intelligendam voluntatem cum principijs omnino indifferentibus, ut licet enim dicunt non esse medium, ut in ea certo cognoscatur futurum, sed cum speciali motione, licet differant in ea explicanda.

44 Nam praedicti Doctores dicunt hanc motionem esse moralem, & se tenentem ex parte motiui, seu finis, scilicet vocationem, seu Sanctam in spirationem efficacem ex accommodatione ad voluntatem humanam, hic, & nunc, taliter, vel taliter dispositam: considerato hominis genio, inclinatione, affectione, & alijs circumstantijs, in quibus data illa motione voluntati, infallibiliter erit consensus. Quod late prosequuntur Mendoza, Legionensis, & Granadus.

45 At Thomistae dicunt illam motionem esse physicam, & tenentem se ex parte efficientis, essentialiter connexam cum consensu libero, & in hac dicunt cognosci futuritionem, & illis suffragatur Foelix supra.

46 Secunda sententia negat. Ita D. Thomas in 1. dist. 38. q. 3. art. 1. & ad 6. & 1. p. q. 14. art. 13. Egidius de cognitione Angelorum q. 10. columna 3. §. primatilis, in 2. dist. 7. q. 2. art. 1. licet ibi videatur loqui de creaturis. Ait tamen ibi. Quod enim in suis causis determinate non est, cognoscibile non est. Et ex mente S. Thomae in defensorio ad 1. p. art. 3. §. ad quartam. Noster Ariminensis in 1. dist. 38. q. 2. art. 3. ad 4. contra suam sententiam. Noster Argentinensis in 1. dist. 40. q. 1. art.

Alij in voluntate motione effici.

Sine moralia.

Sine physica.

Alij negant.

D. Thoma.

Egidius.

Ariminensis.

Argentinensis.

CAP. II.

Deus non cognoscit futura contingentia in suis causis proximis.

47 DICENDVM cum secunda sententia probabilius esse Deum nō cognoscere futura contingentia in causis proximis, nisi in solo ipso Deo. Et quidem in causis proximis omnino indifferentibus non cognoscere futura contingentia docent ex autoribus primæ sententiæ relati num. 43.

48 Et probatio communis, & efficax desumitur ex indeterminatio- ne contingentium in ipsis causis. Nam effectus omnino in determinate futurus, dum manet in determinate futurus non potest cognosci futurus determinate; alias non cognosceretur, ut vere est in se. Sed in causis proximis omnino indifferentibus contingens est omnino in determinate futurum. Nam ipsa indifferentia prohibet ne sit futurum potius quam non futurum. Non ergo potest contingens cognosci futurum determinate in causis proximis.

49 Respondet noster Franc. à Christo, supra ad argumentum contra secundam conclusionem futurum contingens sub ratione futuri, hoc est in ordine ad suam causam posse duobus modis cognosci. Primo cognoscendo causam in sua indifferentia, hoc est cum aptitudine ad hoc, ut possit impediri, & sic cognoscitur tantum coniecturaliter. Secundo, quod, & si sit impedibilis, non impeditur, & sic cognoscitur infallibiliter futurum.

50 Sed licet hæc doctrina locum habeat in causis naturalibus, quæ sunt determinatæ ab intrinseco, & impeditibiles, & contingentes ab extrinse-

Deum non cognoscere contingentia in causis indiff.

Probat ex in determinatione.

Nec refert quod non impeditur. Franc. à Christo.

Quia determinatio prohibet impeditio- nem.

co, ut latè Egidius supra. Non tamen habet locum in causis, quæ sunt indifferentes etiam ab intrinseco, quales sunt libera. Nam in his ipsa indifferentia intrinseca, ut sit verumque extremum prohibet, ut neutrum determinate futurum sit. Quia semper extrema alterutrum se impediunt.

51 Nec iuvat super comprehensio. Quia hæc non potest comprehendere, & super comprehendere; nisi quod extrema in se habent. Et cum in se sint omnino indifferentia, super comprehensio super comprehendet omnimodam indifferentiam.

52 Quod vero in voluntate præ- uenta motione vitali, se tenenti ex parte moriui, & accommodata dispositioni, gento, inclinationique voluntatis, hic, & nunc, & vestita alijs circumstantijs, non possit certo, & infallibiliter cognosci futurum. Probat contra nostrates numero 44. relatis: Quia illa motio solum determinat indifferentiam voluntatis moraliter versus unam partem, & relinquit illam metaphysicè possibilem versus alteram, alioquin non remaneret contingencia simpliciter in voluntate. Ergo solum potest cognosci futurum extremum, ad quod voluntas mouetur certo certitudine morali, non certitudine metaphysicæ; & simpliciter tali: qualem petit Diuina prouidentia.

53 Confirmatur. Quia licet authoritas humana Ecclesia sit infallibilis moraliter, in ultimo gradu auxilijs solum peruenit ad certitudinem metaphysicam, quam petit fides Diuina, ut dicitur tractatu de fide. Ergo infallibilitas moralis auxilijs moralis, licet vltima sit in gradu certitudinis moralis, non peruenit ad certitudinem metaphysicam, qualem petit Diuina prouidentia.

Nec super comprehensio iuvat.

Nec cognoscit in voluntate motio efficax moralis, nisi morali- liter.

Nam infallibilitas auxilijs solum moralis.

54 Quod vero in voluntate præ- determinata, physica prædeterminatione, non cognoscatur futurum contingens, probatur, ex eodem principio. Quia hæc prædeterminatio iuxta Thomistas relinquit in voluntate veram indifferentiam ad oppositum in sensu diuiso, qui sensus stat simul cum ipsa prædeterminatione, ut moderniores Thomistæ explicant. Ergo possibile est voluntatem non consentire posita tali prædeterminatione. Et licet non est possibilis fundari in voluntate, ut prædeterminata certitudo metaphysica futuri contingentis.

55 Confirmatur. Quia ex eo quod physica prædeterminatio habeat connexionem essentialem, vel infallibilem cum consensu libero, arguunt ipsi Thomistæ consensum futurum. Ergo ex indifferentia ad oppositum, quam fatentur prædeterminationem relinquere, possumus nos arguere consensum non esse certo futurum. Nam nō minus impedit determinatam futurationem vera indifferentia, quam adstruit vera connexio.

56 Dices. Hanc prædeterminationem esse ad actus supernaturales; & supponere non resistantiam voluntatis. Sed vnde constat (inquiro) ex causis creatis voluntatem obicem nō posituram?

57 Adverto autem oppositam sententiam mihi esse satis probabilem. Tum, quia videtur Egidij circa q. 10. de cognit. Angelorum, & q. 11. circa finem corporis, ubi ait Deum cognoscere cogitationes cordium. Quia perfecte cognoscit voluntatem nostram: Quia videt quidquid ex ea potest, etiã ansequã progrediatur in esse. Tū, quia argumenta quibus fundatur, fati illam probabilem reddunt, ut constabit ex capite sequenti.

Nec in voluntate physice prædeterminata.

Quia relinquit indifferentiam.

Est tamã opposita sententia probabilis.

Franc. à Christo, art. 2. ad 1. Inductum pro errore Cicero- nis. Noster Franciscus à Christo ibi- dem tract. de Diuina præscientia q. 6. conclus. 2. licet in solutione 1. contra se- cundam conclusionem defendat oppo- sitam. Noster Aragon 2. 2. q. 83. art. 2. §. sed quauis sit. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitatione 2. §. cate- ram. Capreolus in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. conclus. 1. ubi etiam Paulus Soncinas. Ferrara 1. contra gentes cap. 67. §. sed tamen aduertendum. Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum cap. 3. n. 10. Vazquez 1. p. disp. 65. cap. 4. num. 20. Licet addat Deum futura etiam cognoscere ex causa in hoc sensu, ut quem admodum videt futurum hoc, aut illud, licet etiam videt ab hac causa non ab alia futurum. Noster Aluiz disp. 6. sect. 9. licet addat actum dicen- tem ordinem infallibilem, & connexio- nem cum principio proximo cog- nosci in illo. Arrubal disp. 42. cap. 2. Aluertinus q. 2. Theologica in 1. corollariū ex 4. principio Philosophico num. 3. Herice disp. 6. cap. 2. num. 2. & disp. 2. cap. 7. Amicus disp. 12. sect. 6. Bona spes disp. 10. resolutione 1. quamvis resolutione 2. dicat Deum futura contingentia libera naturalia, & supernaturalia cognoscere in sua causa proxima, quatenus præcisse distinguitur cōtra ipsa contingentia libera. Antonius Perez de scientia Dei disp. 3. cap. 4. numer. 107. & tract. de intelligentia disp. 6. art. 13. cap. 6. Aldrete disp. 31. nam. 6. Ribadeneira disp. 13. cap. 2. qui post alios contendunt liberare Molinam ab opposita sententiā, nescio qua necessitate, cum plurimi illam doceant, neque quo iure, cum latissime & ex professo illam affirmet, & videri potest. Aldrete disp. 26. (...)

CAP. III.

Soluantur argumenta.

58 **S**ED contra nostram sententiam insurgit validum argumentum agmen. Primum est. Quando defacto voluntas consentit auxilio omnino indifferenti, voluntas se determinat, vel determinatur ab auxilio. Ergo illa determinatio præcontinebatur in voluntate, vel in auxilio. Sed Deus cognoscit hanc præcontinentiam. Ergo Deus cognovit determinationem futuram in ea.

59 Respondeo concessio antecedenti distinguendo consequens: & concedo illam determinationem præcontineri virtualiter in voluntate, simul cum determinatione contraria ad dissentium. Unde ad maiorem assumptam concedo Deum cognovisse illam præcontinentiam virtuales, cognoscendo simul virtuales determinationem seu potius determinabilitatem (ut sic dicam) ad dissentium: & sic non cognoscit in causis proximis futuram determinationem, potius ad consentium, quam ad dissentium.

60 Dices, licet voluntas, antequam consentiat, sit potens se determinare ad consentium, & ad dissentium, tamen reuera se determinat defacto ad consentium, & non ad dissentium. Ergo quod esset se determinatura ad consentium, magis quam ad dissentium præcontinebatur in ea ante determinationem. Ergo vna determinatio præ alia est cognoscibilis in ipsa.

61 Concesso antecedenti, nego primam consequentiam: loquendo de continentia speciali. Nam actualis determinatio se tenet ex parte effectus, non ex parte causæ. Secundo, quia illa actualis determina-

to, eo quod determinatio actualis sic, petit essentialiter supponere in causa omnimodam indifferetiam ad ipsam, & ad contrariam determinationem, quam ipsa determinatio tollit, quia determinatio est formalis ablatio indifferetia. Quare ex suis prædicatis essentialibus petit solum habere esse actuale post exercitiū causæ. Quod melius explicatur in nostra sententia quam posuimus disp. 2. dub. 13. in qua diximus determinationem liberam, & moralem voluntatis esse vsum, & dominum ipsius actus iam elicit, ut naturalis. Nam ante talem vsum, ut obiectum proponatur cum indifferetia, sicut debent dari duo actus intellectus proponentes duo obiecta, vel vnum sub duplici ratione, sic etiam debent dari duo actus voluntatis in deliberati, & naturales, quibus politis voluntas potest sistere in hoc, vel in illo, utendo medio suo dominio hoc, vel illo: auferendo suam indeterminationem, media determinatione: quæ determinatio est modus, vel habitudo noua actus, videlicet noua dependentia actus à voluntate. Et licet determinatio physica voluntatis, causantis physice vnum actum præ alio debeat præcontineri in ipsa, sicut determinatio aliarum causarum naturalium, quia in eis, determinatio fit per ipsum actum, & est actus ipse, non tamen determinatio moralis, & libera, quæ modus actus est.

62 Secundum argumentum Obijcitur desumitur ex doctrina Legionensis. Licet in causa omnino indifferenti non possit cognosci futurum, tamen in causa determinata determinatio moralis cognosci potest. Quia cum quis actu libere consentit determinatus vocatione attemperata voluntati, est verum dicere hic consentit libere, quia sic fuit motus, & hoc certitudine metaphysica. Ergo antequam consentiret, erat verum

metaphysice, si hic vocaretur hac vocatione morali, ab ea motus consentiret. Ergo cum Deus comprehendat naturam, & modum vocationis, comparatum ad voluntatem in talibus circumstantijs, in voluntate, & auxilio cognosceret futuritionem consensus.

Quam ponit P. Aug.

63 Et confirmatur. Quia ut diximus disp. præcedenti num. 525. iuxta P. Augustinum Deus habet in sua potestate modum quendam vocationis, qua Deus facit ut velimus liberè. Ergo in voluntate tali modo vocationis præuenta poterit in fallibilitate metaphysica cognoscere consentium liberè futurum. Et hæc videtur mens P. Augustini 12. de corruptione, & gratia, ibi. Tanto quippe Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, ut ideo possint, quia sic volunt: & ideo sic velint, quia Deus sic operatur, ut velint.

Negatur assumptum de cognit. in fallibili.

64 Respondeo ex dictis, disp. præcedenti, numer. 528. Negando antecedens. Quia admissa illa vocatione, licet determinatio, & efficacia attribuenda sit efficienter vocationi, certitudo tamen non debet fundari in modo mouendi, quia cum moueat contingenter, & moraliter, solum potest fundare certitudinem moralem. Et licet certitudine metaphysica verum sit dicere, cum quis consentit, ea motum consentire; non tamen fuit verum dicere eadem certitudine, antequam consentiret, quod, si tali vocatione vocaretur, consentiret. Quia argueretur à determinato ad indifferens. Quare aliud est vocationem ex se esse efficacem, aliud ex se esse infallibilem. Vocatio enim ex se efficax est. Quia efficacia dicit energiam causæ, & hanc habet ex se. Non est ex se infallibilis. Quia infallibilitas dicit defacto ponere effectum, & quod non impediatur, & hoc habet ab effectu, & à præsentia. De quo disp. 2. num. 530. Et si hoc argumentum aliquid pro-

barer, probaret etiam in voluntate omnino indifferenter mota posse cognosci futurum: quia tunc posset eodem modo argui. Voluntas actu consentit determinando hanc vocationem. Ergo, si vocaretur, consentiret. Quod negat Legionensis.

65 Ad confirmationem diximus citato loco Deum habere in sua potestate modum illum vocationis: quia (tunc sit ex se efficax, siue à consensu) saluatur per ordinem ad scientiam naturalem, qua Deus videt consentium ut possibilem determinare ab ipsa vocatione. Et ita intelligendus est P. Augustinus, cum ait. Et ideo sic velint, quia Deus sic operatur, ut velint, scilicet mouendo vocatione regulata scientia naturali. Nam sic facile saluatur. Quod ideo possunt, quia sic volunt: & quod ideo sic velint, quia Deus operatur, ut velint, alias enim non saluatur illa causalitas prima. Ut ideo possint, quia sic volunt. Vbi nulla assignatur causa illius posse, nisi quia volunt.

66 Tertium argumentum formatur Legionensis, Granadus, Machin, & alij. Hæc est veritas certa certitudine Theologica. Homo in natura lapsa grauisima tentatione pulsatus, si non fuerit beneficio gratia præuentus, succumbet tentationi. Et similiter hæc ex Tridentino. Nullus homo per totum vitæ cursum vitabit omnia peccata venialia, si non habeat speciale privilegium. Et similiter hæc. Non confirmatus in gratia aliquando peccabit mortaliter. Ergo omnes istæ veritates habent certitudinem obiectiuam metaphysicam, qualis est certitudo fidei, in suis causis: & sic in illis eadem certitudine cognoscuntur à Deo.

67 Respondent aliqui veritates illas habere certitudinem moralem in suis causis, & tanto maiorem, quanto causæ sunt magis inductiue voluntatis ad vnum. Sed cum illæ veritates sint certæ simpliciter, & cer-

Et mens Aug. explicatur.



Obijcitur intentio græne Theologica. Homo in natura lapsa grauisima tentatione pulsatus, si non fuerit beneficio gratia præuentus, succumbet tentationi. Et similiter hæc ex Tridentino. Nullus homo per totum vitæ cursum vitabit omnia peccata venialia, si non habeat speciale privilegium. Et similiter hæc. Non confirmatus in gratia aliquando peccabit mortaliter. Ergo omnes istæ veritates habent certitudinem obiectiuam metaphysicam, qualis est certitudo fidei, in suis causis: & sic in illis eadem certitudine cognoscuntur à Deo.

Necessitas facit certitudinem moralem.

titudine fidei, illa certitudo non saluatur in certitudine morali.

Fundamentum certitudo in causis regulatis praescientia. Egid.

68 Quare melius responderetur certitudinem non fundari in ipsis causis, sed in euentu regulato praescientia, seu scientia naturali, qua regulatur totus ordo prouidentiae. Nam causa solum habent certitudinem causalitatis, qua tracta significatione dicitur certitudo, vt cum S. Thom. diximus disp. 1. num. 219. non certitudinē cognitionis, qua fundatur in euentu. Et sic Egidius q. 10. de cognit. Angelorum. Quod Angeli non cognoscant futura, reducit primo, ad mutabilitatem creaturæ, qua potest a Deo impediri, & mutari. Secundo, ad Diuinam scientiam, tamquam ad causam regulantem. Tertio, ad cognitionem Angelicam, qua non est actus purus, sicut Deus. Quarto, ad mensuram Angeli, qua non est tota simul, sicut aternitas, & in alias causas, qua arguunt cognitionem Dei de futuris fundari in veritate obiectiua ipsius consensus, quam habet in se, vt possibilis ante decretum, & vt futurus post decretum, in aternitate, & Diuino esse.

69 Dices. Etiam hoc reducit ad comprehensionem, qua Deus comprehendit voluntatem creatam, quam non comprehendunt Angeli, vt constat ex questione 11. de cognit. Angelorum §. 4. differentia.

Et idem sententiam de cogitationibus cordium.

70 Respondeo ibi non loqui de futuris contingenribus, sed de cogitationibus cordium, qua, antequam progrediantur in esse, sunt Deo cognitae infallibiliter, quia praesentes sibi sunt in suo esse, & in aternitate. Vnde §. secunda via ait, vt dictum est, Deus mouet ipsam voluntatem, ita quod quid quid motionis est ibi, & quid quid actionis totum est a Deo, & quid quid defectus, & obliquitatis totum a nobis. Cum ergo Deus agat per intellectum, qui est nature intellectualis, non potest ignorare quae facit: ideo omnium

quorum est actor, oportet, quod sit cognitor. Si ergo ipsam voluntatem mouet ad suos motus, oportet, quod omnes huiusmodi motus cognoscatur, sicut cognoscit omnes motus, ita oportet quod cognoscatur omnes defectus circa huiusmodi motus, vt si Deus mouet ad aliquid, & facit impetum in anima nostra, videt veritatem sequamur huiusmodi impetum, & qualiter sequamur. Vbi Egidius cogitationes cordium non ait cognosci a Deo in causa, sed in se ipsis, prout scilicet representantur in ideis.

DVB. III.

An Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis, ante decretum Diuinae voluntatis?

71 DIXIMVS dubio praecedenti Deum non cognoscere futura contingentia in suis causis. Vnde oportet inquirere vterius. An illa cognoscat in se ipsis? Cum autem in se ipsis possit illa cognoscere, vel ante decretum, vel post decretum, in hoc dubio, inquirimus. An illa cognoscat in se ipsis ante decretum?

Tituli explicatio.

CAP. I.

Propositis sententijs, negatiua eligitur, & probatur.

72 PRIMA sententia affirmat Deum cognoscere futura contingentia ante decretum suae voluntatis, & independentem ab illo. Pro hac sententia referuntur, Ocham, & Gabriel, & alij, quos adduxi disp. 1. dubio ultimo cap. 2. vbi dixi non videri certum docuisse hanc sententiam, quamvis verba Ocham, Gabriel, & sequitur Curiel.

Affirmant alij qui contra cognoſci independentem a decreto. Ocham. Gabriel. Curiel.

Carduua. Pateam.

controuerſ. 7. art. 3. a num. 140. satis illam indicent. Nituntur enim isti Doctores in veritate obiectiua contradictoriarum, qua, si aliquid probat, hanc sententiam probat. Refertur etiam Carduua lib. 1. q. 55. dub. 8. in vltimis verbis illius. Et illam satis indicat noster Pateanus 1. p. q. 14. art. 13. dubitatione 2. §. deinde licet, tribuitur ab aliquibus, Iesuitis, vt videre licet apud Viues disp. 1. vbi hanc non esse illorum mentem explicat.

Alij cognosci cum ordine ad decretum futur.

73 Secunda sententia affirmat Deum cognoscere futura contingentia in essentia Diuina, antecederet ad decretum, cum ordine tamen ad illud vt futurum, sic noster Mendoza q. 7. num. 12. Zumel 1. p. q. 14. art. 13. disp. 8. conclus. 2. & referuntur pro illa Suarez opusc. de scientia conditionali, lib. 2. cap. 8. a num. 6. Fassoli 1. p. q. 14. art. 13. dub. 18. Fonseca 6. metaph. cap. 2. q. 4. sect. 7. art. 1. & sect. 10. & illam tenent Bricennius controu. 11. dist. 3. n. 17. a. 5. & alij quos retuli disp. praecedenti numer. 389.

Alij negant vtrūque. Viues.

74 Tercia sententia negat Deum cognoscere futura in se ipsis, vel in se ipso ante decretum actuale Diuinae voluntatis. Ita omnes Thomistae, quos magno numero refert Viues supra dist. 3. & sequitur toto volumine, ideo que non oportet eos sigillatim adducere. Et quidem Deum non cognoscere futura absoluta independentem a voluntate Diuina, & decreto, vt fertur dixisse auctores primae sententiae, omnino compertum est. Quare solum est difficultas. An illa cognoscat ante decretum, cum ordine tamen ad illud? Affirmat secunda sententia, & negat tertia.

Deus non cognoscit sua decreta, vt futur.

75 Nobis videtur primo Deum non posse cognoscere sua decreta, vt futura. Ita Aluertinus q. 3. Theologica, ex 4. principio philosophico assertione 4. Vazquez 1. p. disp. 65. cap. 4. numero 24. vbi ait, dicere tunc

esse futurum, futurum, quae sane reflexio, licet a nobis quo quomodo in verbis considerari possit, Deo tamen causa tribuere stultum est. Neque enim dari potest futurum futuri. Arrubal disp. 47. cap. 4. a numer. 12. Becanus cap. 4. Granadus tract. 4. de scientia Dei disp. 1. sect. 2. numer. 15. Herice disp. 7. cap. 9. numer. 54. vbi retractat oppositum. A Sancto Thoma 1. p. disp. 19. art. 2. conclus. vltima. Alarcon de scientia tract. 2. disp. 3. cap. 1. numer. 8. Monceus disp. 3. cap. 17. Arriaga disp. 20. Et omnes Thomistae, & nuper Aldrete disp. 33. sect. 3. numer. 6. & Sylua 1. p. q. 14. art. 13. sub. 6. §. 4.

Arrubal. Becanus. Granadus. Herice. a S. Thoma. Alarcon. Monceus. Arriaga. Aldrete. Sylua.

75 Probat hanc conclusionem Vazquez ex non additione decreti ad actum necessarium. Quia decretum cum sit actus liber Dei non addit supra actum necessarium nisi respectum rationis ad creaturas futuras, qui respectus intelligitur sub sequi ipsas creaturas futuras. Sed haec probatio nititur principio falso, aut saltem valde dubio, quod cum alijs impugnamus tract. de voluntate Dei. Videatur Aldrete disp. 33. sect. 1.

Sed non probatur ex constitutiuo decreti. Vazquez.

77 Secundo probat ex eodem principio Aluertinus. Quia decretum non addit aliquid re, aut ratione ratiocinata distinctum ab actu necessario, supra ipsam actum necessarium. Ergo pro illo signo pro quo intelligimus praesentari Deo actum necessarium, intelligimus etiam praesentari actum liberum, siue decretum. Ergo pro illo signo decretum est Deo praesens, atque adeo nunquam futurum. Et addit hic auctor assertione 5. quod, si decretum liberum adderet aliquid ratione ratiocinata saltem distinctum ab actu necessario, vt volunt Caieranus, & alij, posset decretum Dei cognosci, vt futurum: quia posset habere rationem futuri in aliquo priori, & alias haberet veritatem determinatam.

Neque eodem principio Aluertinus. Quia decretum non addit aliquid re, aut ratione ratiocinata distinctum ab actu necessario. Aluertinus.

Caieranus.

Herice

78 Sed ego existimo (vt etiā estimat Hericus *supra num. 46.*) paruum inter esse quod actus liber audat, vel non addat aliquid supra necessarium, ad hoc, vt non possit cognosci a Deo, vt futurum, vt probat Herice, & constabit ex nostra probatione.

79 Nobis autem videtur hanc conclusionem probari ex ablatione libertatis Dei, & carentia veritatis determinate, quam habent contingencia etiam Diuina, vt futura, quas rationes late protequuti sumus *disp. precedenti aub. 9.*

Sed ex praesentialitate decreti in aeternitate

80 Nunc autem probanda est conclusio, ex praesentialitate, quam non possunt non habere actus liberi Dei in aeternitate. Nam Deus cum sit aeternus, omnis vita eius in actu secundo debet esse aeterna, & tota simul. Quia aeternitas, vt diffiniunt Theologi cum Boetio, est tota simul, & perfecta possessio (de quo *disp. 1. dub. 1. cap. 9.*) si autem aliquod decretum posset esse, aut intelligi a Deo, vt futurum, & non, vt praesens: cum ille actus esset vitalis, & non esset, aut non intelligeretur simul esse cum alijs actibus vitalibus necessarijs, vita Dei non intelligeretur, vt interminabilis a parte ante, nec tota simul: & consequenter Deus non intelligeretur; nec esset aeternus, nec tale decretum esset decretum Dei; vt supponitur.

In qua non sunt plura signa

81 Dices. Nos in mensura aeternitatis posse considerare plura signa. Primum, quod mensurat perfectiones necessarias, scilicet essentiam, attributa, personas, & alia praedicata necessaria Dei. Secundum, quod mensurat praedicata libera. Et sic pro primo signo erunt futura praedicata libera, quae pro secundo intelliguntur existentia.

82 Sed, si hac responsione aliquid probaretur, probaretur etiam Deum cognoscere personas Spiritus Sancti, & filij, vt futuras. Quia etiam

possimus distinguere in aeternitate duo signa. Vnum quod mensuret personam Patris, & aliud quod mensuret personam filij, & aliud quod mensuret Spiritum Sanctum.

83 Sed in neutro casu probat responso. Quia illa signa sunt signa *in quo, sed a quo.* non *in quo*, ideoque sunt dumtaxat praecisiua, quatenus intelligimus vnum praedicatum esse ab alio, non e contra non quatenus intelligimus vnum instans, vel signum esse in quo sit vnum praedicatum, & non aliud, & sic in nullo signo *in quo* intelliguntur non esse praesentia Deo sua decreta libera, alioquin non essent aeterna.

84 Secundo dicendum Deum non cognoscere contingencia futura per ordinem ad suum decretum, vt futurum. Et probatur, quia pro illo signo priori ad decretum futura non sunt futura, sed merè possibilis. Ergo non cognoscuntur, vt futura. Antecedens probatur. Quia, vt late *disp. precedenti num. 225.* effectus, & denominatio formalis de praesenti, petit formam de praesenti: non enim potest res denominari talis a forma quae non est. Sed tunc non est forma futuritionis absoluta, quia non est effectus decreti, & pro illo signo non intelligitur decretum, vt dicunt aduersarij, & effectus non potest intelligi, antequam intelligatur esse sua causa.

85 Dices esse duplicem futuritionem obiectiuam, & realem: & posteriorem esse effectum decreti, priorem vero habere contingencia a veritate intrinseca fundata in vi contradictoriarum.

86 Hanc tamen solutionem impugnant *disp. precedenti numer. 174.* ex eo quod esse obiectivum verum, supponit verum esse reale rei existentis in se, vel in sua causa. Vnde cum futuritio contingentium non habeat esse reale in se, vt solutio admittit, nec in sua causa, quia nondum intel-

In quo, sed a quo.

Deus non cognoscit conting. fut. per ordinem ad decretum.

igitur habere esse decretum, nullo modo habet esse obiectivum, nisi tantum, vt possibile.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

Obijcit. 87 dari sig. num in quo non sit decret.

87 SED contra nostram primam conclusionem obijcitur primo. In illo signo in quo amor necessarius intelligitur praecedere actum liberum, quo de- uit futura contingencia, non est tale decretum, & in sequenti est praesens. Ergo pro illo primo signo intelligitur futurum. Probatur consequentia. Quia id quod in aliquo signo intelligitur praesens, in signo antecedenti intelligitur futurum.

Sed negatur intentio sua.

88 Respondeo negando antecedens, quia in illo signo intelligitur etiam decretum, licet a nobis non concipiatur, sed praescindat ab illius existentia nostra cognitio, vt dictum est *numer. 83.* Deinde dato antecedenti distingo consequens. Ergo pro illo primo signo intelligitur futurum decretum in determinate concedo, determinate nego. Nam cum illud decretum sit futurum contingens, non habet determinationem in sua futuritione, vsque dum sit praesens, vt late dictum est *disp. precedenti dub. 9.*

Obijcit. decreti possibilis.

89 Secundo obijcitur. Decretum de futuris contingentibus prius intelligitur a nobis possibile, quam existens. Ergo prius intelligitur futurum, quam existens. Probatur consequentia. Quia quod est possibile non transit ad statum existentiae nisi per futuritionem.

Varietas acceptio- nes vocis possibile.

90 Respondeo distinguendo antecedens iuxta varias acceptiones huius vocis, *possibile.* Nam primo accipitur pro eo quod non repugnat, siue existat, siue non existat. Secundo pro eo quod non repugnat praescin-

dendo ab existentia illius. Tertio pro eo quod non repugnat, tamen caret existentia. In primo, & secundo sensu intelligitur possibile decretum, in tertio autem intelliguntur posibles creaturae.

91 Hoc supposito accepto possibili in primo, & secundo sensu concedo antecedens, & nego illud accepto possibili in tertio sensu. Quia pro illo signo pro quo concipimus amorem necessarium in Deo concipimus non repugnare amorem liberum, seu decretum, & non concipimus existentiam illius, sed praescindimus ab ea, non tamen concipimus repugnare decretum existere pro illo signo, ita vt negemus existentiam illius pro illo signo, vnde neganda est consequentia argumenti. Ad cuius probationem dico possibile tertio modo acceptum non transire ad statum existentiae, nisi media futuritione reali respectu nostri, non autem possibile primo, aut secundo modo acceptum, quo pacto solum potest dici futurum decretum. Et ratio est, quia possibile tertio modo acceptum, cum concipiatur, vt carens existentia, quia illam habet in tempore, fit, vt antequam habeat existentiam, debeat habere futuritionem. At possibile primo, aut secundo modo acceptum, cum non possit concipi, vt carens existentia: quia existit in aeternitate, illamque habet ab aeterno, ita vt non transeat de esse possibili ad esse existentiae media futuritione reali, nisi tantum ex parte nostri modi concipiendi id circo non est comparatione Dei futurum.

Quomodo decretum possibile sit.

Obijcit. hypothese.

92 Tertio obijcitur. Cognitio decreti non requirit illius existentiam, & praesentiam, vt cognoscat. Ergo Deus antecederet ad existentiam sui decreti intelligitur illud cognoscere. Antecedens probatur. Quia, si per possibile, vel impossibile Deus decerneret aliquid in tempore, ab

æterno cognosceret suum decretum, ut futurum.

Et negatur. 93 Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico illam hypothese esse impossibile, & non posse admitti, quia destruit, quod supponit. Supponit enim decretum esse Dei, & sic esse vitam Dei, & dicit non esse æternum, & ideo destruit quod supponit, quia vita Dei non potest esse in tempore, & non æterna.

Et admittitur obiectio. 94 Deinde respondeo ad probationem antecedentis, admissio illo casu, Deum non cogniturum suum decretum, ut determinare futurum. Quia cum illud decretum esset actus Diuinae voluntatis, esset contingens ad utrumque, & omnino indifferens, ut esset, vel non esset, atque adeo vsque dum determinare esset in tempore, non haberet veritatem determinatam: quia illam non haberet in se, cum esset futurum, & non existens, neque in sua causa, cum esset indifferens, ut illum actum eliceret, vel non.

95 Dices habere veritatem ab alio decreto reflexo, quo Deus ab æterno decreuisset se habere decretum in tempore de futuritione contingentium.

Decretum temporale cognoscitur ab æterno. 96 Respondeo in illo casu decretum temporale non cognosci à Deo ut futurum, sed ut præsens in sua causa ab æterno, scilicet in illo decreto reflexo, & iam contingentia non cognoscerentur à Deo ante decretum, quia cognoscerentur in decreto decreti. Et licet possent cognosci à Deo ante decretum temporale existens, hoc tamen esset per accidens, quia per accidens decretum directum, & temporale non esset primum, sed dependenter ab alio priori reflexo.

Obiectio. 97 Quarto obijcit Amicus. Deus præcitat suum actum liberum, ut ponendum in dependenter ab eo posito. Ergo prius ratione cognoscit illum ut ponendum, quam, ut actu positum.

Antecedens probat. Quia actus liber, ut ponendus est, independens à se ipso, ut posito, non vero e contra, ut actu positus, independens est à se ipso, ut ponendo: quia licet non esset positus ab æterno (ut aliqui putarunt) adhuc fuisset ab æterno cognitus, ut futurus, & non ut actu positus.

98 Confirmatur. Quia prius intelligitur in Deo quod actus liber sit conditionatus, quam absolutus, sicut prius cognoscitur actus liber creaturæ esse futurus sub conditione, quam absolute. Ergo actus liber Dei prius intelligitur, ut ponendus, quam ut actu positus. Probat consequentiam. Nam actus liber Dei, ut est futurus sub conditione intelligitur, ut ponendus, purificata vero conditione intelligitur, ut positus.

99 Respondeo negando antecedens, si sermo sit de actu libero, ut determinate ponendo. Et ad probationem nego antecedens, si enim solum poneretur in tempore non cognosceretur ab æterno nisi in alio decreto reflexo, ut diximus a numer. 94. Et ad confirmationem nego suppositum antecedentis. Supponitur enim Deum cognoscere sua decreta sub conditione futura, quod esse falsum diximus *disp. præcedenti dub. 9.* Sed admissio supposito, respondet Aldrete *supra sect. 3. numer. 9.* concessio antecedenti, negando consequentiam. Quia notitia decreti conditionalis potest dirigere ad positionem decreti absoluti.

100 Quinto obijcit. In illo priori signo, quo concipitur Deus potens habere decretum, & non habere, possunt formari propositiones contradictoriae, scilicet *Deus habebit decretum pro signo sequenti. Deus non habebit decretum pro signo sequenti.* Ergo aliqua illarum est determinate vera, & cognoscibilis à Deo.

101 Hoc argumentum displicet Aldrete *sect. 2, numer. 4.* Respondet enim

Nam prius est conditio, nam, quam absolutum.

Sed negatur assumptum.

Aldrete

Obijcitur vis contra dict.

Sed non habet locum.

Aldrete

enim manifestum esse pro signo illo indifferentiæ non esse efformandas illas contradictorias. Nam non pro quouis signo possunt formari: alioquin pro signo antecedenti ad scientiam mediam, deberet existere etiam scientia visionis de creaturis, ut absolute futuris. Quod nos latè *disp. præcedenti a numer. 201.* sumus prosequuti.

Obijcit. 102 Sexto obijcitur, si Deus cau-
Angelus creatum ab æterno & futurum. saret Angelum ab æterno (quod esse possibile admittunt plures, & non dari rationes oppositum probantes docet Egidius *in 2. dist. 1. p. 1. q. 4. art. 2.*) & hic æternaliter haberet actum liberum, æternitatis actus liberi Angelici non obitaret, quo minus prius cognosceretur a Deo, ut futurus, quam ut existens. Ergo idem potest contingere in Diuino decreto.

Herice. 103 Respondet Herice supra. In illo casu decretum Angeli esse possibile, sed non futurum, quia possibilitas non destruitur per existentiam, sicut destruitur futuritio.

104 Sed hanc solutionem bene impugnât Briceanus *numer. 23.* ex eo quod nulli creaturæ potest congruere ratio existentia, cui non congruat ratio futuritionis. Quia futuritio non petit carentiam existentia pro aliquo instanti in quo, sed sufficit carentia existentia pro instanti a quo, quam haberet decretum illud Angeli ab æterno existens, sicut pro aliquo haberet mutationem obiectiuam. Quia Angelus mutaretur.

Sed ille Angelus esset futurus.

105 Nobis videtur illum Angelum fore futurum. Sic Egidius *in 2. dist. 1. p. 1. q. 4. art. 2. ad rationes ex parte factionis S. quod autem tertio.* Vbi ait. *Quod si mundus fuisset ab æterno, Dominus fuisset ab æterno, & ante. Ipse ergo mundus in Deo fuisset futurus tanquam in causa.* Et in hoc non reijcimus solutionem Hericij docentis actum illius Angeli non fore futurum.

Sed non hoc ideo esset, quia ad hanc futuritionem sufficeret carentia existentia pro instanti a quo, ut ait Briceanus. Alias filius esset futurus, quia pro instanti a quo est Pater æternus, non intelligitur: sed quia licet non esset futurus in se, quia æternitate mensuraretur, esset futurus in causa, ut Egidius ait, quia licet sint simul effectus, & causa in eodem signo in quo: tamen causa est prior ordine causalitatis suo effectui: & sic in causa effectus intelligitur futurus.

Non decretum.

106 Vnde ad argumentum negatur consequentia. Quia Angelus creatus ab æterno haberet causam sui, in qua esset futurus, non autem decretum liberum: Et potest etiam assignari disparitas, quam assignat Briceanus; ex eo quod decretum Diuinum est primum in genere futurorum, ideoque non potest cognosci in alio, sed in se ipso. At decretum Angelicum est secundum, & ideo antequam existat in se ipso potest cognosci in alio, scilicet in esse Diuino, modificato decreto Diuino priori.

DVB. IV.

An Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis post decretum?

107 **T**RIPPLICITER potest intelligi Deum cognoscere creaturas in se ipsis post decretum. Primo, prout *ly in se ipsis.* opponitur ad cognoscere prout in se ipso. Et in hoc sensu non habet locum dubium in sententia Egidij, & suorum discipulorum, atque etiâ Thomistarum, qui, ut diximus *disp. 1. dub. 3.* docent Deum non cognoscere creaturas in se ipsis, sed in se ipso. Secundo prout opponitur ad cognoscere in suis causis proximis. Et in hoc sensu iam

Explicatur titulus.

Egidius

iam

iam resolvimus *dub. 2.* Deum non cognoscere creaturas in suis causis proximis, sed in se ipsis prout sunt in se ipso. Tertio, prout *ly in se ipsis* dicit non cognosci in suis causis, & præscindit ab eo, quod cognoscantur in Deo. Unde speciale huius dubij est inquirere. An dato quod Deus cognoscat creaturas posibles in se ipsis (sive cognoscantur etiam in Deo, sive nō) possit cognoscere etiam futura contingentia in se ipsis? Quia scilicet in se ipsis habent specialem cognoscibilitatem, & determinatam veritatem, intellecto *ly in se ipsis*, prout continguntur.

CAP. I.

Propositis sententijs negativa eligitur, & probatur.

108 **P**RIMA sententia affirmat. Pro hac refert Aldrete *disp. 26. sect. 1.* Giltonē, quem refert, & sequitur Bachonus *in 1. dist. 40. art. 2.* Sed ibi Bachonus potius impugnat Giltonem, nec suam mentem satis explicat. Refert etiam N. Ariminensem, Durandum, & alios, præcipue D. Thomam. Sed non bene, quia D. Thomas negat contingentia habere veritatem, & cognoscibilitatem in se ipsis, & in sua futuritione, & solum dat eis cognoscibilitatem prout in sua præsentia in æternitate existunt. Durandus vero expresse docet cognoscere Deum contingentia in suis causis. Ut diximus *numer. 41.* Quare fere omnes auctores quos refert fidei dubia sunt.

Affirmant plures subdubio. Aldrete Giltonus Bachon. Arimin. Durand. D. Tho.

Et exprosse alij.

Suarez. Vazquez

109 Docent ergo Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis, & in sua futuritione, & præscindendo ab eo, quod illa cognoscat in se ipso, & prout in æternitate præsentia, Sua *rez lib. 1. de scientia futurorum cap. 8.* Valentia *Yaquez disp. 65. cap. 4.* Valentia hic

punct. 5. Aluiz *disp. 6. sect. 10.* Aluerinus *q. 2. Theologica in 2. corollario ex 4. principio philosophico numer. 24.* Ribadeneyra *disp. 13. cap. 4.* Aldrete *supra.* Et communiter Recentiores Iesuiter, & plures nominales, & aliqui antiqui.

Aluiz. Aluer. Ribaden. Aldrete

110 Vera sententia negat Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis, & in sua futuritione, præscindendo ab eo, quod ea cognoscat in se ipso, & in sua præsentia in æternitate. Pro hac sententia stare debet, quotquot docent futura contingentia, ut futura contingentia sunt, & in sua futuritione, & præscindendo a sua existentia, & præsentia in æternitate non habere veritatem determinatam: quos magno numero, retuli *disp. præced. numer. 157.* interminis omnes moderni Thomistæ, præcipue Villegas *contro. 3. disp. 2. cap. 2.* Vbi pro hac sententia refert plures antiquos. Viues *totose fere tract. 1. de primatu Divinae libertatis.* Gonetus *disp. 4. Felix de scientia cap. 5. diff. 7.* qui etiam alios refert, quorum examen longum ex postulabat volumen ideoque ab auctorum mente examinanda super se deo, videatur Sylva *dub. 8.*

Negant merito alij.

Villegas

Viues. Gonet. Felix. Sylva.

111 Probatur hæc sententia, primo ex D. Anselmo *de concordia præscientiæ, & prædest. pag. 4.* vbi docet actus prædeterminatos a Deo, & ipsum decretum secundum se sumptū, & prout præscindit a præsentia rerum in æternitate, esse mutabilia in tempore ab hominibus: & sic contingentia, etiam post decretum, non habere veritatem, nec cognoscibilitatem in se ipsis, & in sua futuritione. Hoc quippe *propositum* (ait loquendo de decreto efficaci) *secundum quod vocati sunt sancti, in æternitate, in qua non est præteritum, vel futurum, sed tantū præsens, immutabile est, sed in ipsis hominibus, ex libertate arbitrij aliquando est mutabile.*

Et probatur ex D. Anselmo.

112 Sed clarius id docet *pag. 5.* vbi postquam plura dixit nostram sententiam probantia, concludit: *Hoc ergo modo quidquid de his, quæ libero sunt arbitrio, vel ut necessarium Sacra Scriptura pronuntiat, secundum æternitatem loquitur in qua præsens est omne verum immutabiliter, non secundum tempus, in quo non semper voluntates, & actiones nostræ.* Ergo omne, quod in Scriptura Sacra dicitur de necessitate Divinæ cognitionis, & immutabilitate decreti Divini, & contingentium, intelligendum est prout regulantur a præsentia in æternitate, & non a veritate, quam contingentia habent in se ipsis, & in sua futuritione. Et sic in sua futuritione, nec veritatem habet, nec objectivam certitudinem. Videatur *Agidius in 1. dist. 19. r. ultimo.*

Agid.

Et ex carentia determinationis contingent.

D. Anselm. D. Thom.

113 Ratione probatur ex carentia veritatis determinatæ quam habet futura contingentia in se ipsis, etiam post decretum. Nam futura contingentia, ut talia sunt, etiam post decretum non habent veritatem determinatam, & consequenter nec cognoscibilitatem in se ipsis. Ergo, ut sic non sunt cognoscibilia a Deo. Consequentia est bona. Antecedens vero late probatum est *disp. præcedenti dub. 4.* & illud docent D. Anselmus locis citatis. Et hæc fuit perpetua mens S. Thomæ præcipue *2. de veritate art. 12.*

114 Confirmatur. Futura contingentia, ut talia, non minus dicunt esse futura, quam esse contingentia. Sed quia dicunt esse contingentia constanter affirmant aduersarij non habere veritatem, & cognoscibilitatem determinatam in suis causis proximis. Ergo quia dicunt esse futura affirmare debent non habere veritatem, & cognoscibilitatem determinatam in se ipsis. Probatur consequentia. Quia eodem modo repugnat existentia, & determinatio futuritioni, quam determinatio in causa contingentia.

115 Secundo probatur nostra sententia, ex præsentia quam petunt contingentia ab æterno, ut cognoscantur. Nam quidquid cognoscitur, quando cognoscitur, & sicut cognoscitur debet esse præsens cognoscenti, ut ex P. Augustino probavimus *disp. præcedenti numer. 597.* Sed futura contingentia iuxta aduersarios nō sunt ab æterno præsentia Deo in se, neque in suis causis: quia in se sunt mere futura, & suæ causæ omnino indifferentes. Ergo nullo modo sunt cognoscibilia, ut futura: & sic debent recurrere, vel ad præsentiam, qua in se ipsis sunt præsentia æternitati, ut dicunt Thomistæ, vel ad determinationem Divini decreti, ut Thomistæ, & Scotistæ dicunt.

Et ex carentia præsentia tatis.

116 Dices, Deo esse præsentia obiectivæ per se ipsa, ratione veritatis determinatæ, quam in se ipsis habent.

117 Sed contra primo. Quia hoc esse obiectivum non possunt habere contingentia, nisi vel in se ipsis, vel in suis causis. Si enim in se ipsis præsentia sunt, iam non futura, sed existentia sunt, & sic sunt præsentia Deo ab æterno, quod Thomistæ intendunt. Si in suis causis. Ergo vel in suis causis proximis, & hoc impugnant aduersarij contra Molinam, vel in remotis, quod est recurrere ad decretum cum Thomistis, & Scotistis.

Etiam obiectivæ.

118 Dices contingentia non esse præsentia ab æterno secundum esse reale, ut Thomistæ dicunt, sed esse reale quod habebunt in tempore, esse obiectivæ Deo præsens ab æterno.

119 Sed hoc est difficile intellectu Thomistis, & alijs. Nam hoc esse obiectivum debet esse posterius ordine causalitatis intentionalis esse realiter. Vniuersaliter enim esse obiectivum est effectus, vel qua si effectus esse realiter. Quia esse obiectivum est esse quod habet res cognita in cognitione cui

Nam præsentia obiectivæ supponit realem.

obiicitur: cognitio autem supponit obiectum a quo generatur, quia ab obiecto, & potentia paritur notitia. Ergo prius debet esse res secundum esse reale in se, vel in suis causis, quam cognoscatur; & habeat esse obiectivum in cognitione.

Es intel- ligibile. 120 Secundo. Quia prius quam contingentia habeant esse obiectivum in cognitione, debent habere esse intelligibile in specie intelligibili. Vel ergo hanc habet Deus a se, & naturaliter, & sic contingentia erunt necessario futura. Vel ab alio? Et contingenter? Et sic vel a presentia reali contingentium, vel in se, vel in decreto.

Proba- tur ex fa- surio- ne. 121 Tertio probatur nostra sententia ex ipso esse futuritionis. Quia futura, ut mere futura sunt, solum habent esse in suis causis, in quibus habet aliquem ordinem, vel aliquam aptitudinem, ut fiant. Sed in suis causis non habent aliquam determinationem, nec determinatam veritatem, ut aduersarij fatentur. Ergo neque futuritionem.

Quam solam ha- bent futu- ra in cau- sis. 122 Maiorem docent expresse Egidius q. 10. de cognit. Angelorum in principio, ibi. Futura non sunt in se, sed in causis, ex hoc enim dicitur aliquid futurum, quia non est secundum se, sed in sua causa habet aliquem ordinem, vel aliquam aptitudinem, ut fiat. S. Thomas in 1. ad Ambald. dist. 38. q. 2. art. 1. ibi. Futurum contingens considerari potest, secundum quod est futurum, & sic nihil aliud est futurum contingens cognoscere, quam cognoscere causas eius, secundum ordinem, quem habent ad ipsum. Et idem habet q. 2. de veritate art. 12. ad 7. & q. 16. de malo art. 7. Et alibi passim. Et ex hoc principio q. 2. citata de veritate art. 12. Patet (infert) contingens, ut futurum est per nullam cognitionem sciri, cuius falsitas sub esse non possit. Et addit. Tunc aliquid cognoscitur, ut futurum

est, quando inter cognitionem cognoscentis, & rei eventum, inuenitur ordo prateriti ad futurum, hic autem ordo non potest inueniri inter cognitionem Diuinam, & quamcumque rem contingentem, sed semper ordo Diuina cognitionis ad rem quamcumque est sicut ordo presentis ad presens.

123 Et conformatur. Ideo iuxta aduersarios non possunt cognosci futura in suis causis, quia in causa, futura sunt omnino indifferentia. Sed in se ipsis omnino indifferentia sunt. Ergo neque in se ipsis cognosci possunt.

CAP. II.

Soluentur argumenta ab authoritate, & explicatur an Deus cognoscat futura, quia futura sunt, an e contra?

124 **S**ED contra nostram sententiam obijciunt aduersarij. Iuxta Patres ideo Deus cognoscit futura contingentia, quia ipsa futura sunt, non e contra, futura sunt, quia cognoscit. Ergo habent veritatem determinatam, & cognoscibilitatem in sua futuritione, ut praescindit ab actuali existentia in aternitate.

Obijcit. Deum ideo cog- noscere futura, quia futura sunt.

125 Antecedens probant. Primo ex D. Iustino Martire q. 58. ad Orthodoxos, ubi reddens ratione, cur Deus non fuerit causa lapsus Adae, & Angelorum? Ait, Non est praescientia causa eius quod futurum est, sed quod futurum est causa praescientiae, si quidem non praescientiam consequitur futurum, sed futurum consequitur praescientiam, & haud quaquam praescius est causa futuri.

D. Iusti- nus.

126 Secundo, ex Origine lib. 7. in Epistolam ad Rom. Explicans illa verba quos praesciuit, & praedestina-

ut, ibi. In praescientia Dei neque salutis, neque perditionis nostrae causa consistit, &c. Non enim propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, scitur a Deo, antequam fiat. Nam, & si fingimus Deum non praescire aliquid futurum, sine dubio erit.

D. Dam. 127 Tertio, ex D. Damasceno contra Manichaeos, circa finem, ibi, At vero, ut ea, quae factur sumus, praesciat Deus, a nobis proficiscitur. Est quidem Dei praescientia vera, & infallibilis: verum ipsa nequaquam est causa, cur omnino fiat, quod futurum est.

D. Hier. 128 Quarto, ex D. Hieronymo in cap. 26. Hieremia, ad illa verba noli subtrahere verbum, ibi, Non enim ex eo quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est, sed quia futurum est, Deus nouit, quasi praescius futurorum.

D. Leo. 129 Quinto, ex D. Leone sermo 16. de passione cap. 3. ibi, Non praesciendo, quid faciendum esset, coegit ut fieret.

D. Cyrill. 130 Sexto, ex D. Cyrillo lib. 9. in Ioannem. Sed quoniam ita nonnulli sponte fatentur, idcirco Spiritus Sanctus futura praedixit.

D. Chris. 131 Septimo ex D. Chrysostomo hom. 32. & 60. in Mattheum, circa illa verba de mundo a scandalis, ibi: Non enim quia scandala futura praedixit, idcirco eueniunt, sed quoniam omnino ventura erant, idcirco praedixit.

D. Ath. Beda. Et idem dicunt docere D. Athanasium sermone de passione Domini, longe post initium. Beda tom. 8. column. 298.

P. Aug. Boetius. editione Colonien. in libro variarum qq. q. 13. P. Aug. 3. de lib. arbitrio cap. 4. D. Anselm. & alios.

An De- 132 Hoc argumentum petit cognoscat ut explicemus. An Deus cognoscat futura, quia futura sunt? An e contra? quia futura Aduersarij, qui putant habere pro se ra sum? relatos Patres affirmant primum. Se-

dum affirmant Thomista, & discipuli Egidij, quos reuli disp. 1. num. 424. & noster Henricus de Vrmaria innotis ad Mag. sententiarum lib. 1. dist. 38. ibi. Alij dicunt, quod quia, non tur ibi conditionaliter, & est sensus, quia res sunt, &c. id est, si res sunt Deus nouit eas, sed verius est, ut dicatur quod ly quia, notat causam materiale, res enim in se signantur quasi materia visionis, siue Diuinae scientiae. Qui putant habere pro se P. Augustinum 15. de Trinitate cap. 13. Boetium D. Gregorium, & alios.

Egid. Henricus T. Aug. Boetius. D. Greg.

133 Noster Ariminensis in 1. dist. 38. q. vnica ad 3. principale. Vtramque sententiam componere satagit, & late explicat sensum vtriusque sententiae: quem nos sequimur; quia reuera Patres in hac materia conformes sunt.

Arimini.

134 Ut nostram mentem aperiamus, & verum Sanctorum Patrum sensum explicemus. Suppono in illis propositionibus. Quia res futurae, ideo praesciuntur a Deo. Quia res praesciuntur a Deo, ideo sunt futurae, ly ideo posse significare causam realem, vel logicam, quae significare causam realem essendi, quam aliqui appellant physicam; & posse significare causalitatem logicam inferendi. Primo modo in nobis haec est vera. Quia obiectum est praesens, videtur a nobis. Quia obiectum est vera causa essendi visionem. Posteriori modo haec est vera. Quia syllogismus est conformis regulis logicae, est rectus. Et haec. Quia Deus reuelauit incarnationem, incarnationem esse, est necessarium. Nam regulae logicae non sunt causa, sed signa rectitudinis syllogismi. Nec reuelatio est causa, sed signum existentiae incarnationis. Ideoque in logica diximus logicam non esse vere scientiam, quia non demonstrat per causam, sed per signa. Et tract. de fide diximus euidenciam in attestante non esse simpliciter euidenciam, quia non est causa mysterij.

ly ideo, significat causam realem, vel logicam.

Bona ideo futu-
ra, quia
Deus
præscit

135 Hoc supposito dicendum primo. Loquendo de creaturis, & de contingen-ibus, quæ sunt opera bona, & absolute futura, vera est hæc causalis. Ideo creatura sunt futura, quia Deus præscit scientia approbationis. Ly ideo dicente veram rationem cause. Ita Thomistæ, & Ariminensis supra, & constat ex P. Augustino 15. de Trinitate cap. 13. ibi, *Universas creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit.* Vbi loqui de actibus bonis constat ex illis verbis *Universas creaturas suas.* Et loqui de scientia approbationis, id est de scientia simplicis intelligentiæ, determinata per Divinum beneplacitum, constat ex probatione, quam adiungit dicens. *Non enim noscunt, quæ fuerint creaturas. Quia ergo scivit, creavit, non quia creavit, scivit.* Et in hoc sensu loquuntur D. Thomas tract. de præscientia, & prædest. cap. 3. Egidius in 1. dist. 38. q. 2. art. ultimo, ubi refert Boetium 5. de consolatione. D. Gregor. 20. Moralium cap. 23. alias 24. Et in hoc sensu admittunt hanc partem Ariminensis supra, & Aldrete circa finem num. 8. & num. 9. & 10. Et Noster Cælestinus quodlib. 13. disp. 1. cap. 4. num. 6.

D. Tho.
Egid.
Boetius.
D. Greg.
Arim.
Aldrete.
Cælestin.

Secus in peccatis.

136 Secundo dicendum. Si sermo sit de peccatis. Non est verum dicere, quia Deus scivit peccata, futura sunt, ly quia dicente rationem veræ cause, sed tantum logicæ. Hoc intendunt Patres relati pro prima parte. Et id docet P. Augustinus. 3. de liber. arb. præcipue cap. 4. Et id videtur concedere Egidius de conc. prædest. & præscientia cap. 1. Et hoc non negant Thomistæ.

Quia Deus bo-
norum
autor.

137 Ratio vtriusque partis est. Quia omnium bonorum Deus est prima causa, & primus artifex. Primus autem, & summus artifex debet omnia operari per suam artem, quæ est scientia naturalis, ut disp. 1. an-

mero 104. dictum est: nec est possibile aliquid esse futurum, nisi ab illo summo artifice habeat esse, ideoque hæc est vera. Ideo res bonæ sunt futurae, quia Deus præscit eas esse futuras, si vellet. Alias non esset aliquid futurum, quia id Divina providentia esse disposuit, sed e contrario potius. Quia aliquid futurum est, id Divinam providentiam latere non posset: quod impugnat expressè Boetius supra, ut refert Egidius in 1. dist. 38. q. 2. artic. ultimo, ubi ait esse errorem quorundam, & reuera, qui oppositum diceret, tolleretur de medio Divinam providentiam, & affirmaret res casualiter, & fato provenire, sicut Stoici dicebant.

Boetius.
Egid.

138 At respectu peccatorum Deus non est autor, nec causa, ut late dicitur tract. de peccatis, sed dumtaxat præscius, quia illa dumtaxat permittit. Quare ut ait Egidius in 1. dist. 46. q. 1. art. 2. ad 2. Deus nec vult ea (scilicet mala) fieri, nec vult ea non fieri, sed permittit ea fieri, unde, ut ibi docet in corpore articuli cum D. Dionisio, mala non subduntur Divinæ providentiæ, quia ab ea causantur, sed quia, postquam perpetrata sunt, ab ea ordinantur ad finem Divinæ iustitiæ, & quia permittuntur.

Malorū
nec au-
tor, nec
causa.

139 Aduerto autem ex dictis disput. 1. numero 389. Præscientiam accipi dupliciter. Primo, ut dicitur scientiam antecedentem Divinum decretum, seu propositum, & sic dicitur simplicem Dei notitiam. Secundo, ut dicitur scientiam antecedentem antecedentia æternitatis ad tempus. Cum ergo dicimus ideo res bonas esse futuras, quia Deus præscit, non est intelligendum de secunda præscientia, sed de prima. Neque est intelligendum, quod prima præscientia sit causa rerum se sola, sed quia est causa, sine qua non, sed ipsa ut determinata per Divinum propositum, & ordinata ad opus,

Præscien-
tia ante
decretum
& ante
tempus.

Res men-
surant
scientiā,
& a sciē-
tia men-
surantur.

opus, ut late Egidius cap. 2. de prædest. & præscientia & in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. sic enim est causa rerum simpliciter. Quod etiam admittit Ariminensis supra.

140 Addit autem bene Egidius in 2. loco. Quod omnis scientia est aliquo modo adæquatio rerum ad intellectum, loquendo de scientia, qua sciuntur alia a cognoscente. Illud autem alteri adæquatur, quod fit ad eius imitationem: quod potest dupliciter fieri: Vel quia res præexistant, & intellectus accipiens similitudinem earum imitatur eas, vel quod intellectus præexistat, & secundum formam in intellectu existentem res progredientur in esse. Primo modo scientia causatur a rebus, secundo a rebus, & utrumque istorum malorum reperimus in humana scientia, habet enim homo scientiam naturalem, & artificialem, sed non eodem modo, quia naturalium habet scientiam, prout ab eis cognitionem recipit. Nam naturalia mensurantur intellectum nostram, sed artificialem procedentiam ab homine habet scientiam hominis, non, ut ab eis cognitionem accipiens, sed velut ea per intellectum in esse producent, ideo artificialem mensurantur intellectum artificis, sed mensurantur ab eo.

Omnia
creata
mensurā
& res sciuntur
a Deo (ut patet per
habita) in quantum
Divinam scientiam
imitantur, cum
artifex per intellectum,
& scientiam
nostrā sit causa
eorum, ad quæ
velut ad artificia-
lia comparā-
tur, concedere
debemus esse
Divinam
scientiam causam
rerum. In hæc
enim sententiā
cordant Sancti,
& Philosophi:
Nam P. Augustinus
6. de Trinit.
cap. ultimo ait,
quod non hæc
quæ creata sunt,
ideo sciuntur a
Deo, quia
facta sunt, sed
potius ideo facta
sunt mutabilia,
quia immutabiliter
sciuntur.

P. Aug.

141 Ex qua doctrinā inferius inferunt. Cum igitur omnia comparentur ad Deum (sicut artificia ad artificem, mensurā & res sciuntur a Deo (ut patet per habitata) in quantum Divinam scientiam imitantur, cum artifex per intellectum, & scientiam nostrā sit causa eorum, ad quæ velut ad artificiaalia comparatur, concedere debemus esse Divinam scientiam causam rerum. In hæc enim sententiā cordant Sancti, & Philosophi: Nam P. Augustinus 6. de Trinit. cap. ultimo ait, quod non hæc quæ creata sunt, ideo sciuntur a Deo, quia facta sunt, sed potius ideo facta sunt mutabilia, quia immutabiliter sciuntur.

tura Deo. Quod ibi prosequitur. Cum autem omnia sciuntur a Deo in quantum scientiam Divinam imitantur secundum Divinum beneplacitum, & sola opera bona scientiam Divinam imitentur, & terminent Divinum beneplacitum, non vero mala, fit, ut ideo res bonæ sint futurae, quia sciuntur a Deo, non vero id possit dici de malis, ut ibi Egidius ad 4.

Bona per
accessum
mala per
recessum

142 Sed potest esse difficultas. An loquendo de præscientia Divina non includente Divinum beneplacitum, quæ est scientia simplicis intelligentiæ, vel loquendo de præscientia Divina, ut solum dicitur anteceffionem æternitatis ad tempus, quæ est scientia visionis, sit verum dicere. Quia res sunt futurae, ideo sciuntur a Deo: Quod est inquirere. An quia res sunt futurae, sciuntur a Deo scientia visionis? An e contra. Quia sciuntur a Deo scientia visionis, sunt futurae?

An quia
Deus præ-
scit præ-
cise, res
sunt futu-
ræ?

143 Noster Ariminensis supra affirmat, quod quamvis præscientia Dei (quæ non est aliud quam voluntas, & essentia Dei) sit causa omnium rerum, quæ fiunt, tamen si accipiatur præscientia sola non includendo Divinum beneplacitum, absolute hæc non est vera. Quia Deus præscit, res sunt futurae: Et fundamentum est, quia, ut sic accepta non est causa, sed signum existentiae rerum.

Negat
Ariminensis

144 Et hæc videtur mens omnium Patrum in argumento adductorum, & S. Thomæ tract. de præscientia, & prædest. cap. 3. ubi ait præscientiam Dei posse considerari secundum se, & secundum propriam rationem, quæ pacto solum importat præcognitionem, & non causalitatem, & sic non est causa rerum, sicut præscientia medici quando præscit infirmum brevi moriturum, non est causa mortis infirmi.

S. Thomæ

Vel potest considerari præscientia, ut est scientia artificis operantis res præscitas, & sic habet rationem causæ operantis per artem. Et hoc videntur intendere Iesuitæ, & noster Coelestinus, quodlib. 13. disp. 1.

Nam supra 145 Unde ait Ariminensis, quod loquendo de præscientia sic accepta, licet non scient. est causa de- riu.

alta propositio. Ideo Deus præscit futura, quia futura sunt, potest habere duplicem sensum; unum, quo denotetur res futuras esse causam præscientiæ in essendo: sicut enim dico obiectum coloratum, mihi propositum est causa, ut videam, & sic est falsa: & in hoc sensu negatur a P. Augustino, Boetio, & alijs. Alterum sensum potest habere illa propositio, scilicet quod solum de notetur, quod quia res sunt futurae, ideo scientia Dei est præscientia. Et ista est vera, & aliquomodo causalis, sicut ista. Quia homo est animal, ideo hæc est vera, homo est animal. Et sicut possibile est, quod res sit causa, quod oratio sit vera, absque eo quod sit causa orationis, aut alicuius entitatis in ea, aut quod oratio sit, si oratio præcedat esse rei, ut verbi gratia. Si Petro stante formetur ista oratio. Petrus sedet, deinde de Petrus sedeat, tunc Petrus sedere est causa quod oratio sit vera, nec tamen est causa existentiae, aut alicuius entitatis orationis. Et huic sententiæ fauent Patres supra relati: & noster Coelestinus. Et hæc est mens Iesuitarum.

146 At Thomistæ adhuc in hunc sensum negant hanc propositionem. Quia res sunt futurae, sciuntur a Deo, sed potius dicendum esse: Quia res præsciuntur a Deo, ideo sunt futurae. Quia putant scientiam visionis esse causam rerum, atque hoc in aliquo sensu posse defendi affirmat, & explicat Aldrerum num. 11.

147 Discursunt Iesuitæ, & Thomistæ consequenter ad sua principia. Nam cum Iesuitæ (ut retulimus disp.

precedenti num. 131.) dicant primam radicem futuritionis absolutæ, & conditionatæ esse futuritionem ipsam contingentium, consequenter affirmant. Ideo Deum præscire futura, quia ipsa futura sunt, ly quia dicente causalitatem logicam, & determinatiuum logicam scientiæ Diuinæ, ut explicatum est ex nostro Ariminensi. At Thomistæ econtra, cum existiment primam radicem futuritionis absolutæ, & conditionatæ, esse decretum, & imperiū, quod est actus intellectus Diuini practicus, consequenter dicunt. Ideo res esse futuras, quia præsciuntur a Deo scientia visionis, inchoatè sumptâ, & prout supponit decretum intentionum, & imperat executiuum.

148 Nos (consequenter ad ea, quæ ibi diximus) asserimus. Primum, quod si nomine præscientiæ intelligatur scientia simplicis intelligentiæ, prout antecedit decretum, & nomine futurorum intelligantur obiecta conditionata futura futuritione exercita in se ipsis, non est verum dicere. Quia res sunt futura, futuritione exercita in se ipsis, sub conditione, ideo sciuntur a Deo; siue ly ideo dicat causalitatem in essendo, siue in inferendo a priori. Sed est verum dicere. Quia Deus præscit, ideo res sunt futurae. Et ratio est: quia futuritio conditionalis inferitur ex cognitione necessaria possibilium; cum dependentia tamen a voluntate Diuina. Nam cum Deus scientia naturali videat vnam quamque rem, etiam contingentem, ut possibilem a suis causis, bene inferitur. Consensus est possibilis ab his causis. Ergo si Deus velit, erit futura per has causas. Et hoc defendit noster Coelestinus citato loco n. 6. Vbi docet Deum cognoscere per scientiam simplicis intelligentiæ futura, non absolute, sed sub conditione, quod ipse velit operari per artem. Adducitque pro se D. Thomam i.

Thomist. & Iesuita.

Affirmam. de futur. exerc. ita, non de ideata

Coelestin.

D. Tho.

con.

contra gentes cap. 6. in secunda ratione, dicentem, quod artifex in sua arte præuidet quid futurum sit, si ipse velit per artem operari. Nisi quis velit ideo Deum cognoscere futura conditionata, quia ipsa in esse ideali præcedunt futura sub conditione causarum ad ipsam scientiam simplicis intelligentiæ, cui non contra dicam. Quia in hoc sensu causalis vera est. Nam verum est. Quia res sunt futura idealiter, sciuntur a Deo.

149 At si sermo sit de scientia simplicis intelligentiæ prout antecedit decretum, & nomine futurorum intelligantur futura absoluta, est verum dicere. Quia Deus præscit, futurae sunt res, licet causalitas non sit causalitas adæquata, nisi adiuncta voluntate, ut diximus num. 146. & admittit Coelestinus supra: hac differentia, quod respectu bonorum est scientia causa vera, & realis, respectu vero peccatorum, est sola ratio logica, & in inferendo. Ideoque respectu bonorum est causa consequentiæ, & consequentis: at respectu malorum est ratio consequentiæ, sed non consequentis, ut diximus a num. 140. & late Coelestinus supra a num. 9.

150 Si vero sermo sit de scientia visionis, quæ solum dicit antecedentiam æternitatis ad tempus, illa causalis. Quia Deus præscit, res sunt futura, est solum logica, & est causa consequentiæ, non consequentis. Et est a priori, licet a posteriori sit etiam bona hæc causalitas logicæ. Quia res sunt futura sciuntur a Deo, ut cum Egidio docet Noster Ariminensis supra.

151 Sed dubitabis. An futuritio rei possit aliquomodo esse causa a priori logica præscientiæ Dei? Et ratio dubitandi pro parte affirmatiua est. Quia peccatorum præscientia Dei nullomodo est ratio a priori logica. Non enim est prior præscientia futu-

ritione peccatorum, sed e contra. Obiectum enim est ratio a priori præscientiæ. Cum ab eo quod res est, vel non est cognitio dicatur vera, vel falsa. Ideoque P. Augustinus 4. de Genesi ad litt. cap. 32. ait. Neque enim cognitio fieri potest, nisi cognoscenda præcedant. Sicque sentit Coelestinus supra, cap. 4. n. 2.

152 Respondeo cum Egidio in 1. dist. 38. super literam. Quod duplex est causa in inferendo, & in essendo. Loquendo de causa secundum esse, futurum non est causa præscientiæ Diuinæ, sed est causa secundum illationem. Nam si est futurum aliquid, inferre possumus, quod sit a Deo præscitum. Et licet præscientia sit etiam causa futuri secundum illationem, quia si est aliquid a Deo præscitum, illud est futurum. Non autem qui per ea, quæ facta sunt, inuisibilia Dei iudicamus, videlicet res euenire, & suos cursus peragere, iudicamus eas a Deo esse præscitas, non autem per Diuinam præscientiam iudicamus res esse futuras, eo quod ipsa secundum se nobis non sit nota. Accipiendo igitur causam sine qua non, pro causa secundum illationem nostram, futurum est causa præscientiæ, non præscientia causa futuri. Quoad nos ergo potest esse futurum causa a priori logica Diuinæ præscientiæ in inferendo, quia nobis sunt priora entia creata, quam increata.

153 At, quoad se loquendo, potest etiam dici futurum esse aliquomodo causam logicam a priori præscientiæ speculatiuæ, si loquamur de futuris, quæ sunt peccata. Et probatur. Quia (ut Egidius ait, cap. 1. de Prædict. & Præscientia). Præscientia dicit simplicem Dei notitiam, quam habet de damnandis, vel si dicit Diuinum propositum, hoc non est secundum quod Deus agit, vel secundum quod proponit agere, sed secundum quod cessat ab actu, vel secundum quod proponit cessare ab actu. Cum ergo simplicis

P. Aug.

Est secundum illationem scient. speculat. Egid.

Et a priori, si sit futuritia peccata

Dei notitiæ causa logica sit veritas obiecti, ut possibilis, vel ut futuri futuri ratione ideali, posita creatione, & posito cōcurſu indifferēti Dei ad actus prauos, qui ex tali suppositione, & Dei permissione sunt futuri, cōseruat illā causalitatem a priori logicam: & sic aliquomodo peccata, quæ ex tali suppositione sunt futura ab homine, tanquam a causa per se, sunt quodammodo causa logica, & in inferendo præsentia: quatenus homo est causa per accidens illius præscientiæ, præbendo materiam, ad quam præscientia terminetur. Videatur Egidius in Ep. st. ad Rom. cap. 9. lect. 31. dub. 4. ubi in simili hoc explicat. Et sic etiam posset dici de actibus bonis ab aliquo.

154 Hæc vero causalitas a priori non est illatio per causam efficientem, aut finalem, aut exemplarem, sed solum per causam mere materialem extrinsecam. Nam bene valet. Est causa materialis, seu est materia cognoscibilis. Ergo cognoscitur a Deo: sicut enim res possunt diffiniri per causam materialem, ita etiam possunt effectus, vel quasi effectus per causam materialem inferri: & obiectum est materia cognitionis. Ut dixit N. Vrimaria numer. 132.

155 Potest etiam hæc causalitas a priori esse in genere causa materialis conditionalis in inferendo scientiam Dei ex futuritione conditionalis, quare sunt futura ex aliqua conditione, ut si Deus crearet hunc mundum, essent talia, & talia peccata, ex malo usu hominum, quæ veritas, cum sit præsens Deo idealiter, in suo esse, & in sua æternitate, bene valet. Quia res sunt futura sub conditione quod homines creentur, ideo præsciuntur a Deo & hoc videtur: velle Patres in argumento relati, ut constabit

Nec poss. a numer. 158.

156 Neque possunt aliter intelligi, alioquin dicendum Patres velle

prius res ordine causalitatis intelligi futuras absolute, quam Diuina prouidentia cognouerit, disposuerit, aut pe. miserit, & sic, quia res sunt futura, Deus nouit, quod absurdum esset, & tolleretur prouidentia a Deo.

157 Ad argumentum ergo num. 124. propositum potest primo distinguatur, quæ contingit in futuritione, qua contingit in futuritione, & præsentia tibi in suo esse, & in sua æternitate: & negari de futuritione, quæ sunt futura in seipsis, & nobis, aut etiam præsentia in æternitate præsentia litate fundata in existentia propria ipsorum. Et in hoc sensu loquuntur Patres. Et enim ut ait Egidius in i. dist. 40. q. 1. art. 1. Sic se habet Deus respectu vniuersi, sicut Pater familias respectu suæ domus: ita quod totum vniuersum respicit Deum, quasi vna domus vnam patrem. Et sicut Pater familias disponit domum suam in se ipso, antequam talis dispositio executioni mandetur, sic Deus Pater sæculi, & mundi princeps ab æterno, & ante mundi constitutionem secundum beneplacitum suæ voluntatis disposuit, & ordinauit in se ipso, quæ videmus nunc suos cursus temporaliter agere, nam cum non oporteat res esse, ut a Deo cognoscantur, cum ipse docet ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, dicere nos oportet de fluxum rerum secundum variantates, ab æterno Deo præsentem extitisse. Volunt ergo Patres ideo Deum cognoscere futura contingit, quia ipsa futura sunt in se ipso, & in sua dispositione: & prout futura nobis, sunt ab æterno sibi in sua æternitate præsentia: & hoc modo futura nobis sunt causa logica præscientiæ Dei, & quia sunt sic futura, præsciuntur a Deo scientia visionis, non e contra, quia præsciuntur sunt futura. Non autem loquuntur de futuris prout in se ipsis: ut sic enim ideo sunt futura, quia præsciuntur a Deo in se ipso.

Ideo Deo nouit futura, quia sunt futura in ipso Dec, o in se ipsis.

Egid.

PP. loquantur de peccatis fut.

158 Secundo potest responderi negando absolute antecedens, ad cuius probationem dico Patres non loqui, de operibus bonis præcisse, sed de peccatis. Vnde ad D. Iustinum respondeo ipsum loqui de reuelatione qua Deus in Scriptura reuelauit proditionem Iudæ: & de hac reuelatione, qua in Scriptura fuit reuelata, ait: Neque est præuatio causa eius, quod futurum erat, quod indubitatum est apud omnes. Nec loquitur de præscientia Dei, sed de præscientia Christi.

159 De Origene Michaelius i. p. 9. 14. art. 8. dub. 2. cap. 1. num. 116. parum curat. Videantur dicta numer. 152. Nam ipsi loqui de causa in inferendo, post S. I homā docuit Egidius.

160 Verba Damasceni sunt hæc (ut refert Michaelius) multa porro prænoscit, quæ ipsi minime grata sunt, nec propterea tamen ipse horrida iusta est, quæ admodum nec medici idcirco morbi autor, quia futurum prænoscit, ut quis in morbum incidere, verum ipsa quæ dem a grotatio ab alia causa proficitur, quæ morbum parit: medici autem præscientia ab ea arte manat, quæ ipse instructus est. Ad eundem modum id quoque quod a nobis futurum est a Deo causam non habet, sed a libera nostra voluntate. Vbi solum docet Deum non esse causam morbi spiritualis, etiam si illum futurum prænoscat: sed hunc ab alia causa oriri, scilicet a creatura: ubi nihil dicit contra nos. Atque in hoc sensu loquuntur alij Patres.

Damas. cenus.

161 D. Hieronymus loquitur etiam de peccatis, & intendit præscientiam Dei non cogere ad peccandum. Dixerat enim: Verbum ambiguum forsit an, maiestati Domini non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum hominis seruetur arbitrium, ne ex præscientia eius, quasi necessitate, vel facere quid, vel non facere cogatur. Et postea subdit: Non enim ex eo quod Deus scit futurum aliquid, idcirco fa-

D. Hieronymus.

turum est, sed quia futurum est, Deus nouit, quasi si præscius futurorum. Quæ verba intelligenda sunt sic. Sed quia futurum a nobis præcipue, & propria voluntate, Deus nouit. Sic enim D. Hieronymus in 2. Eccechiel ad illa verba. Et dices ad eos sic explicat, ibi. Loquitur autem hæc Deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monstreret arbitrium, ne præscientia futurorum mali, vel boni, immutabile faciat, quod Deus futurum nouerit. Non enim quia ille ventura noscit, necesse est nos facere quod ille præsciuit, sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille nouit futurum, quæ si Deus. Vbi ly, sed quia futurum est Deus nouit, quod prius dixerat, sic explicat. Sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille nouit futurum. Ita ut homo sit causa positionis materiæ præscientiæ, quæ est futuritio in actu prauo, non vero futuritio actus prauis sit causa etiam logica præscientiæ Dei.

D. Leo.

D. Cyril.

162 D. Leo solum vult præscientiam non coagere, ut fiat, præscitum: D. Cyrillus loquitur de prædictione prophetarum, quam non esse causam futuri, sed signum certum est. Et ideo solum vult quod, quia non nulli ita suas sponte facturi erant, idcirco præsciens Spiritus Sanctus futura prædixit. Intendit enim Scripturam, & præscientiam Dei causam non esse, ut mala fiant:

163 In eodem sensu loquitur D. Chrysostomus. Loquitur enim de scandalali prædictione, quæ causa non est futuritionis ipsius, sed quia ventura erant a malitia hominum, idcirco fuerunt prædicta.

D. Athanasius.

164 D. Athanasius citato loco colom. 5. & 6. solum vult prophetiam non esse causam futurorum, sed indicem. Quare post multa de hac materia concludit. In summa id pro certo haberi debet, Prophetas non solum legum esse ministros, ut quæ præcipiunt fieri.

fieri debeant, sed rerum quoque futurarum indices esse.

Beda

165 Venerabilis Beda loquitur de futuritione peccatorum, & ait præscientiam Dei non coegisse nos, ut mali essemus. Coegit nos (inquit) Deus, ut mali sibi videremur ab æterno. Absit. Nam potius nos coegimus Deum, ut nos malos videret. Vbi loquitur de præscientia, qua res sunt præsentibus Deo in æternitate, utique in se ipso: & ait nos fuisse causam, ut nos videret malos: quia ex nobis ortum est malum, quando dedimus materiam suæ præscientiæ, quam nihil latere potest. Vnde inferius se explicat, dicendo. Deus igitur, cui nihil est futurum, aut præteritum, nos sibi presentes (semper malos esse videt, non ut ille iustis necessitatem inferre præsentibus, sed quia præsentibus illa latere nequit præsentibus iudicis.

P. Aug.

166 P. Augustinus solum intendit præscientiam Dei non cogere aliquem ad peccandum, & nostram sententiam expressè tenet mille in locis, quæ congerit Michaelius supra cap. 2.

Michae- lius.

D. Boet.

167 D. Boetius expresse docet nostram sententiam, & impugnat contrariam, ut late ostendimus cum ipso, & Egidio disp. 1. num. 206. Quintimo S. Thomas, & Egidius putant impugnare Origenem dicentem res esse futuras absolute ante providentiam. Quare eius sententiam putant erroneam. Videatur Michaelius supra.

Michae- lius.

168 Sed replicat noster Cœlestinus supra num. 7. Licet Patres loquantur de peccato, vniuersaliter tamen dicunt. Quia futurum est, præsciri à Deo, non e contra.

169 Respondeo id solum dixisse Origenem. Nam D. Hieronymus se ipsum explicat, ut diximus num. 161. Alij vero non loquuntur de præscientiâ Dei, sed de prædictione prophetarum. Quibus addo D. Arhanasium, Bedam, & alios loqui, non de futuritione rerum, sed de præscientia eorum in

æternitate, & solum intendunt, supposita creatione rerum, creaturam esse causam logicam præscientiæ Dei, quia ponit materiam, scilicet peccata, quorum nec Deus, nec eius scientia causa sunt. Et ideo quia peccata futura sunt, præsciuntur a Deo, ut diximus à num. 153. Et hinc potest componi utraque loquutio PP. Nam PP. qui dicunt. Ideo futura præsciri à Deo, quia ipsa futura sunt, loquuntur de peccatis, & ut sunt futura solum idealiter sub conditione: quæ ideo præsciuntur à Deo per scientiam naturalem: quia ipsa futura sunt ab homine, ut causa prima, & autore, non à præscientia, aut voluntate Diuina: & sic loquuntur de scientia simplicis notitiæ, quæ ut respicit peccata sic futura, est speculatiua formaliter, licet virtualiter sit practica. Et hoc modo futuritio est ratio à priori logica scientiæ: sicut obiectum materiale secundarium est ratio terminationis scientiæ ad illud. Et cum posita creatione hominis, & collatione principiorum, à quibus erunt tanquam à causa per se, peccata seruet illam causalitatem logicam comparatione scientiæ visionis, quæ etiam speculatiua est: ideo etiam respectu illius potest dici. Quia peccata futura sunt, præsciuntur à Deo, non e contra, sicut cum quis moritur ab infirmitate oppressus, dicitur. Quia moriturus erat, fuit præscitus moriturus à medico: non quia medicus præscitit, moriturus erat. Quia præscientia medici non est causa mortis, quia ab ea non oritur, sed ab infirmitate, ut dicit D. Damascenus num. 160. allatus. Et hoc posset quis extendere ad opera bona, prout præcisse sunt vsus voluntatis. At cum alij PP. dicunt. Ideo res esse futuras, quia præsciuntur à Deo, loquuntur de futuris, quæ sunt opera bona, & futura futuritione exercita, sine absolute, sine sub conditione: & de scientia simplicis intelligentiæ, ut est practica. Quia ipsa est

Concilian- tur PP.

est regula Dei operantis, & creaturæ, & futuritionis exercitæ rerum. Quia ad hoc, ut Deus operetur, debet præcognoscere faciendâ, & illa cognitione regulari. Quia Deus non potuit necire, quod erat ipse facturus, ut ait P. Aug. num. 135. adductus. Et sic quia scientia simplicis notitiæ, ut applicata ad opus præcise Deus res, ideo res sunt futura.

CAP. III.

Solvuntur argumenta à ratione desumpta.

Obijcit. necessarium esse scientiam futuram in se ipsis. Aldrete

170 Ratione arguunt. Primo Aldrete, eccl. 4. num. 1. Aliqua sciencia est necessaria, ut Deus cognoscat futura libera. Non alia nisi futurorum in se ipsis, & quæ terminetur ad futura, præsupposita ipsorum futuritione: alias auferretur libertas. Et hæc inquit esse rationem Patrum dicentium ideo Deum cognoscere futurum, quia ipsum est futurum, non e contra.

Sed negatur in tenentur.

171 Respondeo negando minorem quoad primam partem, quia in se ipsis futura cognoscibilitatem non habent, ut probatum est num. 113. Et dato quod in se ipsis haberent veritatem determinatam, non haberet illa, ut futura, sed ut præsentia æternitati. De Patribus egimus late cap. præcedenti. Quo modo autem cum scientia visionis componatur libertas, diximus dub. 2. disp. præced. & facile id explicabunt, dicentes scientiam visionis terminari ad contingentia prout præsentia æternitati. Vide dicta disp. 1. dub. 2. cap. 13.

Obijcit. ad cognoscendum futurum in se ipsis.

172 Secundo arguunt. Ut Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis, solum requiritur quod intellectualitas Diuina sit infinita, & quod ipsa futura habitura sint existentiam

pro duratione subsequenti. Sed hoc datur ab æterno. Ergo ab æterno cognoscit Deus futura in se ipsis. Maiorem probant. Quia intellectui ex se determinato ad cognoscendum omnem verum sufficit, ut obiectum participet rationem veri, ita, ut de illo possit enuntiari. Minorem probant. Quia ab æterno intellectualitas Diuina est infinita, & futura contingentia sunt futura.

sufficere intellectionem, & ipsa existunt.

173 Confirmatur primo. Quia positus intellectu Diuino infinito, & quod futura extitura sint, non datur aliquod impedimentum ex parte intellectus, ut constat, neque ex parte obiecti. Quia, ut Deus iudicet ab æterno Petrum cras peccare, nihil aliud requiritur ex parte obiecti, nisi Petrum cras peccare, hæc ab eo quod res est, vel non est, propositio dicatur vera, vel falsa. Nempe ab eo quod res est, vel non est tempore importato per copulam.

Nam tunc non datur impedimentum.

174 Confirmatur secundo à Ribadencyra numer. 27. & ab alijs. Eo præcisse quod Deus ab æterno sit infinite intellectualis, habet necessitatem disiunctiuam, ut ab æterno habeat, vel notitiam qua cognoscat Petrum peccare cras, vel non peccare cras. Ergo hac necessitate supposita determinatus est ab æterno: ut cognoscat Petrum peccare cras, ex eo præcisse quod Petrus peccet cras. Antecedens (inquit) est certum. Quia ex illis prædicatis præcisse Deus est necessitatus, ut ab æterno non ignoret, quid eueniet in tempore. Eueniet autem, vel Petrum peccare cras, vel non peccare. Consequentiam probat. Quia qui necessitatus est ab æterno, ut habeat alterum edubus, determinatus est, ut ab æterno habeat alterum determinate præaltero.

Et Deus est necessitatus disiunctiuæ. Ribadenc.

175 Confirmatur tertio ab eodem num. 28. Demus Deum non existentem albedine imprimere facultati visuæ

Et Deo imprimere visionem oculis videtur.

speciem clarā illius, tunc facultas vitiosa completa est, vt tunc non existente albedine, albedinem videat, tamen per cognitionem fallacem. Sed non minus intellectus Diuinus propter suam infinitam intellectualitatem completissimus est, quatenus est ex se sine obiecti creati iuuamine, vt cognoscat Petrum peccare cras, quam in casu assignato potentie vitiosae. Ergo videt tale peccatum cognitione verissima, quia non deficiet cras peccatum Petri.

176 Respondet Viues disp. 18. Ad cog. disp. 3. §. 8. num. 135. inquirendo. Quid noscenda intelligatur in secunda parte maioris fut. non per ly, & quod futura habitura sint sufficit existentiā pro duratione subsequenti intel. & t. Nam vel Deus, vt cognoscat futura ista exti verbi gratia, Petrum peccare cras, extituri. peccat quod Petrus peccet cras, aut id certo cognoscat antequam peccet? Si primum. Ergo non cognoscat futurum antequam sit praesens, & in sua futuritione, sicut intendunt aduersarij. Si secundum. Ergo oportet quod cognoscat determinationem, quam peccatum Petri habet ad existendum cras.

177 Quare negat maiorem argu menti. Nam illa duo non sufficere ad cognitionem infallibilem constat. Quia potest Petrus omnino a casu peccare cras: & tunc Deus sua infinita intellectualitate esset determinatus ad cognoscendum peccatum, quando iam existeret, & esset praesens cras: quia Deus nequit rem non cognoscere, quando existit: & tamen non cognosceret futuritionem peccati, nec determinationem, quam habebat antea ad existendum postea, sine qua nequit cognosci futuritio: & sic ad hoc, vt Deus sit determinatus ab aeterno ad cognoscendum Petrum peccatum, est necessaria determinatio aliqua de praesenti, siue in se, siue in causa.

178 Haec solutio bona est, & conformis nostrae primae probationi num.

175. adductae: & iuxta illam ad probationem maioris dicendum intellectui ex se determinato ad cognoscendum omne verum non sufficere, vt obiectum participet rationem veri, sed etiam requiritur quod participet rationem praesentialitatis, vel in se, vel in sua causa.

179 Vnde ad primam confirmationem dicimus dari impedimentum ex parte obiecti, scilicet carentiam praesentialitatis obiecti in se, vel in sua causa.

180 Ad secundam confirmationem aliqui moderni apud Antonium Perez de intelligentia Dei disp. 6. cap. 3. num. 5. negant antecedens, vnde certum non est, sed dubium. Deinde dicit quod Deus ab aeterno habeat necessitatem disiunctiuam cognoscendi (quam etiam admittit Perez) illa necessitas erit ad disiunctionem, non ad determinatam cognitionem. Vnde ab aeterno Deus erit necessitatus ad habendam cognitionem, vel peccati Petri extituri, vel non peccati: non tamen ad habendam determinate hanc vel illam, quia haec determinatio prouenit a materia extrinseca. De quo latet Viues.

181 Dices cum Ribadeneyra. Eo praesens quod Deus sit necessitatus ab aeterno ad habendam cognitionem disiunctiuam, determinari ad habendam determinatam cognitionem peccati, ex eo quod Petrus sit peccaturus cras. Quia eo ipso quod Petrus sit peccaturus cras, est impeditus, vt ab aeterno non possit iudicare non peccaturum: & sic est determinatus ab aeterno ad determinatam cognitionem de peccato.

182 Respondeo negando intentionem, si sermo sit de determinatione ab aeterno: quia cum determinatio determinatae cognitionis debeat prouenire a determinatione obiecti, vt determinate praesentis: ex eo quod Petrus

Et necessitas disiunctiuam erit ad in determinatum. Anton. Perez.

Dices necessitate disiunctiuam esse ad determinatum. Ribadeneyra.

Sed negatur intentionem.

peccaturus sit cras contingenter, non impeditur positiue Diuina cognitio ab aeterno, vt non possit iudicare Petrum non peccaturum, sed negatiue: quatenus eius determinatio maneret suspensa, quia de praesenti nullam haberet determinationem ad cognitionem determinatam: carentia cuius determinationis prohiberet ad neutram cognitionem determinatam determinari, & solum maneret Deus determinatus disiunctiuam, & vage ad alterutram, sicut contingit nobis.

183 Ad secundam confirmationem nego in eo casu potentiam vitiosam esse completam subiectiue, & obiectiue ad videndum. Quare in eo casu potentiam vitiosam non posse videre albedinem latissime defendit noiter Toletanus 1. dist. 1. §. 1. art. 2. proposit. 3. in deductione conclusionis §. secundo sic, & oculum nec de potentia absoluta posse ferri in rem absentem affirmat cum Quiedo de anima controu. 4. punct. 4. num. 14. Suarez Lositanus de anima tract. 4. disp. 4. sect. 4. §. 2. numer. 134. vbi ait esse communem sententiam. Et ratio est. Quia vt cum P. Augustino diximus numer. 115. obiectum, vt cognoscatur, debet esse praesens cognoscenti, vel in se ipso, vt est albedo, seu paries, quando videtur: vel in verbo, seu specie expressa, vt cognoscitur ab intellectu paries abstractiue, vel in sua causa, vt cognoscitur res deductiue. Videatur noiter Toletanus tota illa q. 4. qui satis erudite, & acute probat obiectum tam motivum, quam terminatum petere existentiam in sensu dicto. Vnde ex illa instantia potius arguitur oppositum. De quo dubio sequenti.

184 Sed admissio quod in eo casu potentia vitiosa videret albedinem, satisfacit confirmationi bene Viues supra num. 141. dicendo quod, vt visio esset certa, deberet esse certa existentia albedinis de praesenti, & sic, vt esset cer-

Impriamente Deo visio nem albedinis pot. non videret. Toletan. Quiedo Suarez.

ta cognitio de peccato futuro, debere peccatum esse determinatum de praesenti in aliquo medio ad essendum de futuro.

185 Posset vltterius responderi argumento num. 172. proposito, ex in determinatione contingentium, dicendo ad maiorem. Quod, vt Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis non solum requiritur quod intellectualitas Diuina sit infinita, & quod futura ipsa habitura sint existentiam, pro duratione subsequenti, vt cumque, sed certo, & determinate, quod non datur ab aeterno: quia contingentia vsque dum actu sint, sunt in determinata, & contingentia, & sic non participant rationem determinate veritatis. Ex quo patet ad probationem maioris.

186 Vnde ad primam confirmationem dicitur impedimentum esse carentiam determinate veritatis obiecti ab aeterno. Et ad secundam, quia non est determinativum cognitionis determinatae. Et ad tertiam, quia admissio illo casu, illa species, seu visio albedinis representaret suum obiectum determinate, & naturaliter: cognitio autem Diuina in determinate saltem logice.

187 Tertio arguit Aldrete num. 20. Angelus cognoscit res praeteritas futuram intuitiue, quamvis illas antea intuitiue vt praesentes non cognouerit, vt docent plures, quos ibi refert. Ergo se, quia praesentialitas obiecti non est necessaria, vt cognoscatur intuitiue: & sic intuitiue poterunt futura cognosci ab aeterno, etiam si ab aeterno praesentia non sint.

188 Respondeo (quid quid sit de antecedenti) negando consequentiam, quia praeteritum habuit determinationem, & sic cum cognoscitur ab Angelo, illam habet praesentem in verbo, quod format Angelus. At futura habitura sunt determinationem fut.

Requiruntur tunc ad cognitio. det. minatio obiecti.

Quam non habent fut. ab aeterno.

Ad cog. disp. 3. §. 8. num. 135. inquirendo. Quid noscenda intelligatur in secunda parte maioris fut. non per ly, & quod futura habitura sint sufficit existentiā pro duratione subsequenti intel. & t. Nam vel Deus, vt cognoscat futura ista exti verbi gratia, Petrum peccare cras, extituri. peccat quod Petrus peccet cras, aut id certo cognoscat antequam peccet? Si primum. Ergo non cognoscat futurum antequam sit praesens, & in sua futuritione, sicut intendunt aduersarij. Si secundum. Ergo oportet quod cognoscat determinationem, quam peccatum Petri habet ad existendum cras.

Quia est necessaria determinatio praesens rei.

Vel in se, vel in causa.

contingentem, & illam non habent de presenti ab aeterno, iuxta aduersarios in aliquo medio. Vide disp. precedenti numer. 194.

Non operante Deo.

189 Quarto arguit Aldrete. Si per possibile, vel impossibile Deus non concurreret cum creaturis ad operandum, vel operaretur necessario, operante libere creatura, cognosceret contingentia futura. Ergo, & modo.

Futura essent praesentia.

190 Quidquid sit de possibilitate hypothetis, dico in illa futura contingentia, non ut futura, sed ut praesentia forent ab aeterno in aeternitate modo explicando dubijs sequentibus.

Obijcit non esse mirabile cognoscere in medio.

191 Quinto arguunt. In Sacra Scriptura dicitur Deum scrutari renes, & corda, & inuestigare semitas nostras. Ex quibus, & ex ipso lumine naturae difficilius est cognoscere futura, quam praesentia. Non esset ita mirabilis, si acumen Diuinum praecise cognosceret futura ex vi habendi sibi praesentissimum medium, connexionem essentialiter cum ipsis, & ea non cognosceret alio modo. Nam illo solo modo cognoscere mirabile non est.

Retorqueatur obiectio.

192 Respondeo, si hoc argumentum aliquid probat, probat etiam cognosci futura in ipso corde, & in ipsa voluntate creata, & auxilijs. Quia proprius saluarentur verba Sacrae Scripturae, dicentis Deum corda scrutari, & hoc esset mirabilis, quam illa cognoscere in se ipsis, aut quatenus praesentia dumtaxat. Et ramen aduersarij nolunt admittere Deum cognoscere contingentia in suis causis proximis, cum tamen futuritionem non nisi in causis proximis habeant, ut ex Egidio, & D. Thoma probauimus numer. 122.

Et illis sit satis.

193 Respondeo ergo Deum scrutari renes, & corda, & inuestigare semitas nostras, & difficilius esse cog-

noscere futura, quam praesentia: sed nego hoc non esse ita mirabilis, si requiratur praesentialitas obiecti in esse Diuino, siue sit connexa cum ipsis futuris, siue non. Quia quod est mirabile, non est impossibile, quale est cognoscere quod non est. Est autem mirabile, quod res nobis contingentes omnino, sint Deo aeternaliter praesentes, & determinatae, & sic Psalmista Psalmo 138. ait. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Et reddens causam infra, hoc reducit ad praesentialitatem Dei, qua est praesens omnibus, dicens, si ascendero in caelum, tu illic es, &c.

Psalmi

DVB. V.

An Deus cognoscat contingentia, nobis futura, ut sibi praesentia in aeternitate?

194 **C**ONSTAT ex dubijs precedentibus Deum cognoscere futura contingentia: & non cognoscere illa in suis causis, neque in se ipsis, seu in sua futuritione, neque ante, neque post decretum. Nunc autem ulterius inquiri. An cognoscat illa, ut praesentia sibi in aeternitate? Praescindendo a modo praesentialitatis.

Tituli explicatio.

CAP. I.

Propositis sententijs, affirmatina eligitur, & probatur.

195 **P**RIMA sententia negat, pro qua Villegas contra 3. disp. 1. cap. 1. §. 1. secunda plurimos refert ex antiquioribus, & recentioribus, qui loquuntur de praesentialitate physica, fundata in existentia ipsorum contingentium. Quare solum possunt referri pro hac sen-

Sent. negat. Villegas.

Aluiz Mendoz.

sententia, qui docent Deum cognoscere futura in sua futuritione. Et expressè docet hoc noster Aluiz disp. 6. sect. 10. num. 1. noster Mendoza q. 7. conclus. 1. quia alios referunt.

Ser. affirmatiua vera Thomist. Egidius.

196 Secunda sententia, cui assentior, affirmat. Ita omnes Thomistae, Egidius, & sui, licet differentiant in explicanda hac praesentialitate, ut late dub. sequenti. Et in genere nullum video, qui neget hanc sententiam, nec potest negari, quia est expressa Patrum.

Boetius. D. Greg.

197 Probatur ergo ex Boetio 5. de consolatione, pro. 1. vltima, ibi post alia. Vnde, si est Diuini humanique praesentis Diuina collatio, uti vos vobis hoc temporario praesenti quaedam videtis: ita ille omnia suo cernit aeternitate. Idem docet D. Gregorius 9. Moralium cap. 26. ibi. Is qui semper esse habet, cuncta sibi praesentia conspiciat. Et idem docet lib. 20. cap. 23. Et P. Augustinus 11. de ciuitate cap. 21. ille

P. Aug.

(inquit loquendo de Deo) non ex hoc in illud cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter, ita ut illa quidem, quae temporaliter fiunt, & futura nondum sint, & praesentia iam sint, & praeterita iam non sint. Ipse vero haec omnia stabili, ac sempiterna praesentia comprehendat. Et alibi saepe. Idem docet D. Ambrosius 1. de fide cap. 7. D. Anselmus de concordia praescientiae, & praedestinationis. S. Petrus Damianus tom. 3. opusculo 36. cap. 8. de Dei aeternitate. D. Prosper 2. de uocatione gentium cap. 34. N. D. Fulgentius lib. 1. de ueritate praedestinationis. cap. 7. Et plurimi alij.

D. Ambrosius.

D. Anselmus.

S. Petrus Damianus.

D. Prosper.

D. Fulgentius.

Prob. ex Script.

Egidius.

Ad Romanos.

D. Anselmus 1. de fide cap. 7. D. Anselmus de concordia praescientiae, & praedestinationis. S. Petrus Damianus tom. 3. opusculo 36. cap. 8. de Dei aeternitate. D. Prosper 2. de uocatione gentium cap. 34. N. D. Fulgentius lib. 1. de ueritate praedestinationis. cap. 7. Et plurimi alij.

198 Id etiam colligit Egidius quod lib. 1. q. 10. ex Apostolo ad Romanos 4. ibi. Vocatae, quae non sunt, tanquam ea quae sunt, id est, tanquam praesentia sibi. Et Psalmo 138. Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima, & antiqua. Vbi Noster Iacobus de Valentia. Causa (inquit)

quare Deus scit omnia praeterita, praesentia, & futura est, quia omne tempus est sibi praesens, cum ipse sit in aeternitate, extra, & supra omne tempus: cum eius duratio, & esse sit in terminabili vita tota simul, & perfecta possessio.

199 Et ratione probatur, quia Deus cognouit futura ab aeterno. Sed nihil potest cognosci, nisi sit praesens aliquo modo cognoscenti. Ergo Deus ab aeterno cognouit nobis futura, ut aliquo modo sibi praesentia. Minorem docet P. Augustinus 11. confessionum cap. 17. & 18. ibi. Quo quomodo se itaque habeat aeterna praesentia futurorum, videri nisi quod est, non potest: quod autem iam est, non futurum, sed praesens est. Et ratione probatur primo. Quia res cognita factum est materia circa quam cognitionis: sicut passum est materia circa quam agentis physici. Impossibile autem est actum versari circa materiam non sibi praesentem, sicut impossibile est agens operari in distans, ut demonstratur in physica, & in 1. dist. 37. Secundo. Quia res cognita est terminus relationis, quam dicit cognitio ad ipsam, & sic oportet esse aliquomodo praesentem, ut relatio sit in ipsa, ut in termino. De quo vide dicenda a num. 384. & a num. 403.

200 Confirmat hanc doctrinam N. Toletan. in 1. dist. 1. q. 4. art. 2. §. ad dicta praedicti predicatoris, ex D. Anselmo lib. de lib. arbit. cap. 4. (alias tertio) ubi discipulus ait. Qui montem videre non potest, profecto nullum habet visum, & Magister respondet. Habet ergo potestatem, & instrumentum videndi montem, qui visum habet, & tamen, si mons abest, & dicit ei, vide montem, respondet tibi. Non possum, quia abest, si adesset, possem videre. Et postea subdit. Vides ergo quia potestas videndi aliquod corpus, alia est in uidente, alia in re uidentem.

Et quia solum cognoscitur praesens. P. Aug.

Ut docet D. Anselmus Toletanus.

alia in medio, etc. Et ea quæ est in medio alia est in adiuuante, alia in non impediante. Et subdit. Quatuor igitur ista potestates sunt, quarum si qualibet una defuit, alia tres sunt: nec singula, nec omnes simul aliquid possunt efficere, nec tamen absentibus alijs negamus, aut qui visum habet habere visum, aut instrumentum, siue potestatem videndi, aut rem visibilem posse videri, aut lacem posse visum iurare. Vbi sentit D. Anselmus nihil posse videri, nisi sit præsens visui, etiam si quis habeat potentiam visiuam, & lucem, & non impediatur. Ergo similiter ab æterno Deus non potuit videre futura, nisi sint illi præsentia, etiam si habeat summam intellectualitatem, & lumen infinitum intelligendi, & non impediatur, quia ipsa carentia præsentia prohibet rem videri. Et hanc doctrinam habet P. Augustinus II. de Trinit. cap. 2. & seræ per totum librum.

P. Aug. Et solum præsens intelligibiliter amari potest.

201 Et confirmatur. Quia impossibile est voluntatem amare aliquod obiectum non sibi præsentatum ab intellectu, vt docent communiter Theologi: & late Tolertanus supra, qui latissime probat, quod si Deus conseruaret actum voluntatis in voluntate, nullo conseruato actu intellectus, impossibile esset voluntatem illo actu amare. Ergo impossibile est intellectum intelligere aliquod obiectum, quod non sit sibi præsens. Probatur consequentia. Quia sicut obiectum cognitum est materia, aut motiuum, & terminatiuum voluntatis, sic etiam obiectum præsens est materia, aut motiuum, & terminatiuum intellectus, & sicut intellectio est conditio requisita essentialiter, vt voluntas attingat suum obiectum, sic præsentia, vt intellectus suum obiectum attingat.

202 Dices hoc habere locum in voluntate, & intellectu creatis,

quæ mouentur ab obiectis, non in Deo, qui non mouetur à creaturis. Vnde licet creaturæ non possint amare, nec intelligere nisi præsentia, non ideo Deus hoc non poterit.

203 Sed contra. Quia licet creaturæ non sint obiectum motiuum, sunt saltem obiectum terminatiuum, & materiale. Vnde, vel Deus cognoscit futura in se ipso, vel in se ipsis? Si in se ipso, iam futura sunt præsentia Deo in sua causa, & exemplari: & sic cognoscuntur, vt præsentia. Si in se ipsis, nullo modo possunt cognosci nisi per se ipsa præsentia sint in æternitate, vt probatum est. Quare non est possibile Deum cognoscere futura, nisi altero ex his modis præsentia.

204 Vnde cum dicimus nihil posse cognosci nisi sit præsens aliquo modo cognoscenti, sic intelligimus, vt sit præsens in se, vel in sua causa, vel in aliquo illius signo, iuxta diuersitatem cogitationum, & modorum cognoscenti: & sic quod nullo modo præsens est cognoscenti, nullo modo ab eo cognoscibile est. Quare P. Augustinus II. confess. cap. 18. postquam docuit non posse cognosci nisi præsentia, adiecit. Cum ergo videri dicuntur futura, non ipsa, quæ nondum sunt, id est, quæ futura sunt, sed eorum causa, vel signa fortitan videntur, quæ iam sunt, id est non futura, sed præsentia sunt iam in videntibus.

205 Dices, si in hoc sensu intelligenda est nostra sententia, Deus cognoscet futura ab æterno sibi præsentia in ipsamet sua cognitione, in qua obiectiue sunt cognita. Sed contra, quia P. Augustinus, & D. Anselmus dicunt, id quod videtur, & id quod cognoscitur debere esse præsens cognoscenti, vt possit cognosci, non quia cognitum est: alias esset fatua illorum sententia, & falsa, ait namque P. Augustinus citato cap. 17. ubi ea

Quia creaturæ sunt obiectum terminatiuum scient.

Et nihil potest attingi nisi aliquo modo præsens.

P. Aug.

Ille res videtur quia præsens.

P. Aug. D. Anselm.

(sci.

CAP. II.

Soluantur argumenta.

(scilicet futura) viderunt, qui futura ceciderunt, si nō dum sunt? Neque enim potest videri, quod non est, quia, vt possit videri, esse debet ante visionem. Et qui narrant præterita, non utique vera narrarent, si animo illa non cerneret, quæ, si nulla essent, cerni omnino non possent. Sentit ergo futura ipsa, vt cerni possint, debere esse præsentia, vt videri possint, non quia videntur.

206 Secundo, quia D. Anselmus distinguit potestatem, quæ est in videte, vt videat, à potestate, quæ est in obiecto, vt videri possit: & ait requiri præsentiam eius, vt videatur: & hac deficiente videri non posse. Sentiant ergo clare debere præcedere præsentiam obiecti in se, vel in alio, vt possit videri, & non solum esse præsentia, quia videntur.

207 Tertio, quia si futura solum essent præsentia in ipsa cognitione, & in ea viderentur ab æterno, sequeretur Deum videndo futura, non videre nisi suam visionem, quare vt bene Aluiz di sp. 6. sect. 3. numer. 4. respondere Deum videre futura, quia repræsentatur in sua cognitione, est respondere Deum videre futura, quia videt futura: & si hoc esset sufficiens, frustra torquerentur Theologi in quærenda veritate determinata futurorum. Nec

Alias Deus tantum videt suam visionem. Aluiz.

N. Mend. video quo fundamento N. Mendoza in secunda editione q. 7. Scholastica, conclus. 1. §. Quare primus, pro opposito referat Egidium in correptione art. 4. cum ibi ad 5. doceat ea, quæ diximus: & id circo Egidius, & S. Thomas dicunt, cum obiectum non est præsens intellectui per se ipsum, necessarium esse verbum mentis substituens vices obiecti, in quo obiectum videatur: secus vero cum obiectum per se ipsum præsens est, vt est Deus

Egid. S. Thom.

beatiss. Vide q.

num. 211.

208 SED obijcit Aluiz D. Thomas I. p. q. 14. art. 13. dicit Deum cognoscere futura, prout sunt in actu in se ipso. Ergo sentit non esse necessariam præsentiam eorum ab æterno, vt cognoscantur. Sed S. Thomam docere futura cognosci à Deo, vt sibi præsentia in æternitate ab æterno, nemini est dubium: sed de hoc dubio sequenti.

Obijcit. D. Thom. sed immerito. Aluiz.

209 Secundo obijcit. Etiam si contingens non sit præsens, & determinatum in se, neque in suis causis, ab æterno, potest cognosci à Deo propter eminentiam Diuini intellectus, licet nos id non possimus. Sed hoc est quod negamus, & sic assumitur, quod erat probandum.

Non sufficit ad cognitionem intellectus infiniti.

210 Tertio. Cognitione creata intellectiua, imo & sensitiua facit nos percipere rem non præsentem, eo solū quod ex sua natura habet esse quandam similitudinem expressam obiecti. Ergo similiter id poterit Deus, cuius Diuina cognitio est omnium obiectorum, secundum statum, quem habent, habuerunt, aut habitura sunt, euidenter præsentatio.

211 Respondeo cum nostro Tolertano supra art. 3. & 4. post titulum. Lucas de Masana intellectum nunquam cognoscere etiam abstractiue rem, quæ non sit præsens in se, vel in suo simili, scilicet in specie, quæ est in memoria, vel in verbo mentis, quod est forma specularis, in qua intellectus cernit rem, quæ in se non est illi præsens. Vnde licet respectus attingentiæ terminetur ad rem absentem, in se terminatur ad ipsam, vt præsentem in suo simili.

Intell. nō cognoscit nisi præsens alitue rem, quo modo. Tolertan.

li, scilicet in verbo mentis, quod est realiter distinctum ab actu intelligendi, quo verbo desinente, desinit respectus attingentia, & ipsum intelligere, sicut sublato corpore desinit respectus attingentia visus. Et ait hanc esse sententiam P. Augustini 12. de Trinitate, cap. 3. (sed debebat citare lib. 11. cap. 4.) ubi ait. *Quid est ergo ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria: & quod est aspicientis visio, ad eam speciem corporis, ex qua sensus formatur, hoc est visio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam, ex qua formatur acies animi.* Et infra. *Sicut autem cum forma, & species corporis interierit, non potest ad eam voluntas sensum removere cernentis, ita cum imago quam memoria gerit obliuione deleta est, non erit quo aciem animi formandam voluntas recordando retorqueat.* Sentit ergo Augustinus P. intellectum incipere cognoscere rem, motum à presentia obiecti presentis in se ipso sensibus; & postea illam cognoscere abstractiuè à presentia ipsius in imagine, quam reliquit in memoria, qua deleta, impossibilis est illius cognitio. Et quod dictum est de cognitione spiritali, dicendum suo modo de cognitione phantasiae, seu aestimatiuae, ad quam primo mouet res sensibilis in se ipsa praesens, & ad ipsius rememorationem, species, quae mansit in memoria. Ad cognitionem vero de ductiuam, seu discursiuam, requiritur praesentia rei in sua causa, seu effectu prius cognito.

212 Dicis rem posse cognosci, quin praecedat presentia sui, vt cum Deus infundit species alicui. Respondedo tunc rem esse presentem intellectui in suo simili, scilicet in specie, quae mouet intellectum ad cognitionem rei, vt de specie remanente in memoria dictum est. Idem enim fa-

cit species infusa, quod species in memoria.

213 Replicabis, his solum probari requiri speciem intelligibilem ad cognitionem in esse principij, non vero requiri presentiam obiecti, vt terminet actum cognitionis.

214 Respondedo ex vno inferri aliud: quia si requiritur indispensabiliter presentia obiecti in se, vel in sua causa, aut signo vt moueat, requiritur etiam vt terminet. Quia eo modo, & eo medio, quo mouet, terminat.

215 Quarto obijci potest. Nunc fide cognoscimus peccatum Anti-Christi futurum, & tamen praesens non est in se, vel in alio. Ergo non est necessaria presentia rei in se, vel in alio vt cognoscatur.

216 Respondedo, peccatum Anti-Christi esse nunc praesens in testificatione Dei, quod est motuum fidei, & in qua cognoscitur peccatum Anti-Christi futurum, quia per illam reuelatur.

217 Quarto. Ideo potest esse necessaria presentia obiecti, vt determinet cognitionem ad ipsum. Ad hoc autem non est necessaria: quia hoc ipso quod exiturum sit postea, determinat cognitionem, licet non positiuè (ad hoc enim necessaria est existentia, & presentia actualis) saltem negatiue, & per modum remouentis prohibens. Quia si peccatum Anti-Christi est futurum, remouet eius carentiam esse futuram, & sic determinat cognitionem Diuinam, quae est ab aeterno, vt cognoscat ipsum peccatum determinate futurum.

218 Respondedo (quidquid sit de maiori) negando minorem. Quia vt obiectum determinet, cognitionem existentem ab aeterno, etiam tanquam remouens prohibens, non sufficit quod obiectum sit futurum indeterminate, quia ipsa in determinatio futuritatis obiecti, vel ipsius carentiae prohibet,

bet, vt cognitio à nullo determinetur. Et dato quod obiectum determinate esset futurum, non posset determinare cognitionem ab aeterno existentem. Quia causa per accidens, & causans tanquam remouens prohibens, requirit necessario existentiam, vt causet. Non enim potest intelligi hominem remouere tabulam prohibentem lapidem moueri deorsum, quin homo existat.

219 Dixi quidquid sit de maiori, quia existentia obiecti non solum est necessaria, vt determinet cognitionem, sed vt moueat, vel quali moueat ad illam, cum non possit terminare nisi prius moueat. Quia nihil potest esse terminus alicuius actionis per se, vel per aliud, quin prius moueat agens ad actionem per se, vel per aliud. Nullius enim actionis, aut effectus Deus potest esse finis, cuius non fuerit causa efficiens: & nulla res est finis in executione terminando executionem agentis, quae non fuerit motuum, mouens agens in intentione. Et nulla forma terminat actionem agentis, quae non mouerit agens ad causandum. Calor enim est terminus calefactionis, & mouet ignem, vt calefaciat. Si ergo futura sunt obiecta terminatiua cognitionis Diuinae ab aeterno, media essentia Diuina, mouent, vel quasi mouent cognitionem Diuinam ab aeterno media essentia Diuina, & non possunt non terminare Diuinam cognitionem in essentia Diuina. Ex quo patet ad ea, quae docet Ribadeneyra disp. 13. cap. 4. num. 36.

220 Est tamen haec proportio in mouendo, & terminando cognitionem, vt obiectum quod per se terminat cognitionem, per se moueat, vel quasi moueat ad illam, & quod per se non terminat, sed ratione alterius, non per se mouet, sed ratione alterius. Vnde quia essentia Diuina per se, & ratione sui terminat cognitionem Diuinam, per se, & ratione

sui mouet ad cognitionem Diuinam. Et quia creatura non terminant per se, & ratione sui cognitionem Diuinam, non mouent per se ad illam, sed ratione essentiae: quia sunt obiectum secundarium, & mouent, & terminant, & sunt praesentes cognitioni ratione obiecti primarij.

DVB. VI.

Qua presentialitate cognoscat Deus ab aeterno futura nobis, vt sibi praesentia.



221 **C**ONSTAT ex duobus precedenti Deum cognoscere futura nobis, vt tibi aliquo modo praesentia. Nunc autem inquiri. Qua presentialitate illa cognoscat, vt sibi praesentia ab aeterno?

222 Pro cuius intelligentia suppono, contingentia, quae sunt nobis futura, posse esse Deo presentia aliquibus modis. Primo in esse cognito, seu obiectiue, quo pacto domus quae est à parte rei est praesens artificis domum consideranti. Secundo in esse intelligibili, sicut est domus praesens artificis in esse intelligibili, quod habet de domo. Tertio in esse artificiali, sicut est domus facienda in idea artificis. Quarto in voluntate efficaci, sicut est domus praesens artificis habenti voluntatem efficacem domum faciendi. Quinto in esse reali, quo pacto domus iam facta est praesens artificis, ipsam in se ipsa videnti. E quibus prima presentialitas fundatur in existentia obiectiua, quam habet res in actuali cognitione. Secunda verofundatur in esse representatiuo, & intentionali, seu intelligibili, quod habet res in sua specie intelligibili.

Tituli explicatio.

Tertia vero fundatur in esse ideali, quod habet res artificialis in idea sua, & arte. Quarta fundatur in esse effectibili, quod habet res in potentia effectiva sui. Et quinta tandem fundatur in esse reali, propriaque existentia, quam habet res in se ipsa.

223 Igitur inquirō, qua ex his præfentialitatibus cognoscat Deus futura contingentia, ut præfentia sibi ab æterno?

CAP. I.

Proponuntur sententiæ, & modi, quibus defenduntur, & impugnantur.

S. Tho. 224 P RIMA, eaquē celebris sententia est Thomistarum affirmatiū Deum cognoscere futura, ut præfentia sibi ab æterno, præfentialitate reali (quam appellant phylicam) fundata in esse reali, & in existentia reali, quam habent futura in se ipsis, & in propria natura in æternitate ab æterno. Et hanc dicunt esse necessariā, ut Deus illa cognoscat intuitue. Hanc putant esse mentem. D. Thomæ 1. p. 1. q. 14. art. 13. Vbi ait, Omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præfentia, non solū ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præfentes, ut quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab æterno supra omnia, prout sunt in sua præfentialitate. Et sic sentiunt Capreolus Caietan. in 1. dist. 36. q. unica artic. 2. Caietan. Thomist. ad citat. artic. a S. Thoma, & omnes Thomistæ: & præterea N. Fraa Christo. c. 1. a Christo in 1. dist. 35. quest. 6. con. Abulēf. clus. 5. & late in solutionibus argumētorum contra ipsam. Abulēf. super Fonseca. Matth. cap. 18. q. 36. Gaspar Ram Molina. lectione 1. Fonseca 6. metaph. cap. 2. q. 4. sect. 2. Molina 1. p. 1. q. 14. artic. 13.

disp. 14. Granados tract. 4. de scientia visionis, disp. 3. sect. 1. & 2. & disp. 4. sect. 5. N. Coelestinus quodlib. 13. disp. 2. qui capite 2. in fine refert pro hac sententia Egidium in 1. dist. 38. principi. 3. q. unica. Noster Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. §. sed quamuis, N. Mendoza q. 7. Scholastica, conclus. 3. licet non plane cam sequatur. Et obuiter N. Lutiranus de Beatitudine lib. 11. q. 8. art. 3. §. 7. num. 98. N. Argentinasin 1. dist. 40. q. 1. art. 3. §. ad cuius intellectum. N. Toletanus in 1. dist. 4. q. 1. ad primam rationem Landulphi. Et nuper Bona spes disp. 10. dub. 1. num. 8. Sparça q. 17. Noster Bernardinus, & alij.

225 Doctores isti explicant hanc sententiam varijs modis. Et primo illam explicat N. Bernardinus tract. de scientia Dei, supponendo tria, quibus hæc sententia intelligitur. Primum est, res dum non existunt in proprio genere, & mensura, non coexistere æternitati. Et ratio (inquit) est clara, quia coexistentia, qua vnum coexistit alteri, supponit existentiam: prius est enim rem existere, quam alteri coexistere: & ideo res dum non existit, non potest coexistere alteri, atque adeo neque æternitati coexistere.

226 Secundo supponit rem dum existit coexistere æternitati, quia æternitas ambit omnia tempora, & sic tempus in quo res existit, mensurat, & consequenter rem, quæ in tempore existit.

227 Tertio supponit, quod quando dicimus Anti-Christus nunc existit, si particula nunc referatur ad hoc instans, vel tempus in quo pro fertur, propositionem esse falsam. At si referatur ad æternitatem, quæ est duratio semper præfens, inquit propositionem posse habere veritatem. Quia sicut est vera hæc propositio de præfenti. Hodie est Ius, & hæc. Hoc mense est Eclipsis, quia particula hodie, & hoc mense extendit verbum de præfenti, ut supponat

Gravid. Coelestin. Egidius Aragon Medoz. Lusitan. Argent. Toletan. Bona spes. Sparça. Explicatur a N. Bernard.

Res non existens non coexistit æternitati.

Et existens coexistit.

Anti-Christus nunc existit, verū & falsū

pro integro die, aut mense, cuius aliqua pars est præfens. Sic etiam hæc propositio. Anti-Christus existit in nunc æternitatis, potest habere veritatem: quia particula illa, nunc æternitatis facit, ut verbum de præfenti extendatur ad supponendum pro tota æternitate, quæ est mensura excedens mensuram propriam existentia Anti-Christi. Et multo potiori ratione (inquit) veram esse hanc propositionem, quam illa. Quia in illis verbum de præfenti extenditur ad significandum diem, qui non est præfens secundum se totus, sed secundum partem: & non secundum illam partem cui coexistit lectio, sed secundum aliam. At in hac propositione. Anti-Christus existit in nunc æternitatis, verbum de præfenti supponit pro æternitate, quæ est præfens secundum se tota.

228 Ex qua doctrina infert duo prædictus Magister. Primum est creaturas secundum quod existunt in proprio genere, & mensura, respectu æternitatis non posse dici futuras neque præteritas, sed præfentes. Et ratio est: quia res solum dicuntur realiter, & formaliter futurae in duratione, quæ realiter, & formaliter, & re ipsa præcedit durationem illarum, verbi gratia, res quæ nunc incipit existere, heri dicebatur futura, quia duratio diei hesternæ præcessit durationem hodiernam. Æternitas autem non præcessit realiter, & formaliter durationem creaturarum, quia non præcessit secundum se tota. Alias creaturæ dum in proprio genere, & duratione existunt, non possent coexistere æternitati: nec præcedit secundum aliquam sui partem, cum partes non habeat. Ideoque creaturæ non possunt dici futurae, sed præfentes realiter, & formaliter respectu æternitatis, licet possint dici virtualiter futurae. Quia æternitas licet realiter, & formaliter non præcedat durationem propriam crea-

turarum, præcedit tamen virtualiter.

229 Secundum quod infert est, creaturas secundum quod existunt in proprio genere, & mensura, posse dici coexistere Deo ab æterno, si illa particula ab æterno sumatur identice, seu autem si sumatur virtualiter. Et ratio est, quia particula ab æterno supra identice significat simplicem entitatem æternitatis, secundum omne id quod habet a parte rei, in qua simplici entitate creaturæ sunt præfentes, ut dictum est. At particula ab æterno supra virtualiter significat æternitatem secundum virtualement extensionem secundum quam in infinitum præcessit omnem durationem creatam. Et in æternitate sic considerata nulla creatura coexistit Deo ab æterno; quia nulla creatura in proprio genere, & duratione extenit antequam esset propria duratio.

230 Sic sententiam istam, explicavit præceptor ille meus. Et illam licet intelligunt (licet non ita clare explicent, recentiores Thomistæ) a S. Thoma disp. 9. art. 3. §. ut tamen perfectius. Michaelius hic dub. 1. cap. 4. ex doctrina aliorum. Sed licet hac explanatione saluetur quod creatura quando existit, toti æternitati coexistat, non tamen saluari potest non solum quod creaturæ coexistant æternitati Dei, sed etiam quod coexistant, & sint præfentes Deo ab æterno, & sic præfentes a Deo ab æterno cognoscantur: quod est intentum Patrum, & S. Thomæ, qui eos sequitur: ut bene N. Aluiz disp. 6. sect. 4. numer. 29. quod late ibi prosequitur. Et constat, quia æternitas secundum virtualement extensionem in infinitum præcessit omnem durationem creatam, & sic considerata nulla creatura coexistit Deo, nec est cognoscibilis ab ipso, ut sibi præfens, nec saluetur quod inter cognitionem Diuinam, & creaturas, seu euentum non de-

Et possunt dici præfentes ab æterno.

Sed sic non saluetur præfentia litas petiti a PP. a. S. Th. Michaelius.

S. Thom. Aluiz.

detur ordo presentis ad futurum, quod intendit vitare S. Thomas q. 2. de veritate art. 12. cuius verba retulimus num. 122. Quia pro illa virtuali extensione datur cognitio Diuina præsens, & non datur præsens euentus & inter cognitionem, & euentum intercedit aliquod tempus, quo possit mensurari cognitio Diuina quoad virtualitatem.

231 Quare aliter explicuit sententiam S. Thomæ noster Franc. à Christo supra ad argumenta contra 5. S. Thom. conclusionem. Supponit enim primo aternitatem esse mensuram quandam in diuisibilem, semper stantem, & semper præsentem, & inuariabilem, quia debet proportionari mensurato, & hoc est esse Diuinum, quod est indiuisibile, semper stans, & semper præsens, & inuariabile.

232 Secundo supponit aternitatem comprehendere omne tempus, ita vt sub ipsa omnes differentie temporis contineantur, sicut locus communis continet omnia loca propria. Sub cœlo enim continetur quilibet locus proprius, sicut sub loco communi excedenti omnia loca propria. Ex quo fit primo, vt quidquid sub aliqua differentia temporis siue præsenti, siue præterita, siue futura, continetur, sub aternitate contineatur tanquam sub mensura excedenti: sicut quod continetur sub aere, continetur sub cœlo. Fit secundo omnia contineri, & esse sub aternitate. Nam nunc aternitatis non habet partes, sed est tota simul. Quare non potest dici vnam rem esse sub vna parte aternitatis, & aliam sub alia.

233 Tertio supponit (vt valde ad notandum) non eodem modo dici coexistere ipsa mensurata secundum durationem sui esse, & coexistere ipsas mensuras inter se. Nam mensuræ dicuntur coexistere, quia vna continetur sub alia, sicut particulare sub communi,

& sic dicimus diem simul esse cum mense, quia continetur sub ipso, sicut sub mensura excedenti. At mensurata secundum esse suæ durationis dicuntur coexistere, quia ipsorum existentia eadem mensura durationis continentur: sic enim dicimus duos gemellos eodem puncto, vel tempore esse generatos: quia eadem mensura præsenti continentur.

234 Ex his infert quomodo intelligendæ sint due propositiones crebro tradidit à D. Thoma in hac materia. Prima est. Quidquid geritur in qualibet differentia temporis, coexistit aternitati. Sensus enim est, esse rei temporalis, & esse rei æternæ vna mensura durationis præsenti, quæ est æterna mensuratur. Secunda est, aternitas ad est cuilibet tempore, & est sensus. Omne tempus continetur in æternitate, sicut propria, & particularis mensura in mensura propria & excedenti, non tamen quod in tempore nobis præsenti sint, aternitas, & omne tempus.

235 Secundo infert, quod quando dicimus futura, verbi gratia Anti-Christum, Deo coexistere ab æterno, posse intelligi duobus modis, vno, vt sit sensus: existentia Anti-Christi cum Deo est in tempore nobis præsenti, ita quod nunc Anti-Christus Deo coexistat, & sic falsum est, neque potest villo modo verificari de re non existenti: & sub hoc sensu loquuntur, qui impugnant sententiam S. Thomæ. Altero modo potest intelligi, vt sit sensus, esse Dei, & esse Anti-Christi sunt in vna mensura durationis, quæ semper est præsens, nullo modo variationem præteriti, aut futuri suscipiens: & sub hoc sensu propositio verissima est. Nam esse Dei, & esse Anti-Christi sunt in æternitate, quæ est mensura præsens, tota simul. Et eodem modo explicat hanc sententiam Ferrara 1. contra Ferrareses cap. 66. §. secundum dubium. Gonet. Et Gonet hic inclinatur aliquando in hanc,

Quid quid in tempore coexistit aternitati.

Esse Dei, & futuri in vna mensura durationis.

hanc, aliquando in explicationem primam.

236 Sed adhuc hoc modo explicata hæc sententia, non saluat quod futura sint ab æterno præsenti Deo, & vt præsenti à Deo ab æterno cognoscantur. Quod num. 230. diximus esse Patrum intentum. Quia non explicatur, quo pacto esse Anti-Christi, quod ab æterno non fuit, ab æterno fuerit simul cum esse Dei in vna mensura durationis, quæ est æternitas? Idque concedunt aduersarij, & nuper Gonet ad 2. Si autem ab æterno non fuit præsens esse Anti-Christi, non potuit ab æterno, vt præsens cognosci. Aliud enim est Anti-Christum esse præsens æternitati, aliud vero esse ab æterno Deo præsens, & dato primo, non probatur secundum.

237 Propter hæc à S. Thoma §. ad hoc respondeo specialem modum assignat, quo futura dicuntur non solum esse in æternitate, sed ab æterno Deo præsenti: asserit enim creaturas, vt futuras considerari, vt sunt sub actione Dei, à qua attinguntur, & producuntur: sed in hac actione duo (inquit) posse vterius considerari. Primum est ipsa mutatio passiva termini, quæ actio Diuina infert in tempore, licet secundum se sit æterna. Secundum est ipsa actio Diuina, vt respicit terminum ab æterno, non solum in esse possibili, sed etiam in esse faciendo, supposito decreto Diuino de productione creature.

238 Hoc supposito ait quod si consideretur creatura, vt immutata passiuè in se per Diuinam productionem, sic fundat mensuram propriam, & creatam, si vero consideretur creatura prout in esse faciendo est terminus, quem ab æterno respicit actio æterna, eleuatur creatura futura ab actione ad propriam mensuram actionis, scilicet ad hoc, vt mensuretur æternitate. Quia æternitas mensurando im-

mediatè actionem Dei, consequenter mensurat saltem mediatè terminum, quem respicit, vt talis terminus stat sub respectu actionis, vt actio est, non vt stat sub respectu passionis, vt explicat art. 2. citato §. ex dictis.

239 Hæc explicatio fortassis saluat, quod creature future sint præsentes Deo ab æterno: sed non saluat quod sint præsentes, presentia litate fundata in se ipsis, & in propria eorum existentia, quod intendit sententia Thomistarum. Sed solum saluat quod sint præsentes presentia litate fundata in esse, quod habent in sua causa, scilicet in decreto: & ratione illius; quod aduersarij non negat. Quia hæc non est presentia litas propria creature, sed decreti: & creature prout sunt in decreto, sunt Deo ab æterno præsentes. S. autem Thomas amplius petit, vt constet ex verbis adductis num. 224. Petit enim presentia litatem ipsarum creaturarum ab æterno, sibi propriam.

240 Igitur quarto Ruiz hic disp. 28 se. 8. numer. 14. admittit presentia litatem creaturarum ab æterno ad scientiam Diuinam, ratione cuius à Deo cognoscibilia sunt in se ipsis: & hanc inquit fundari in futuritione, ipsarum rerum, quia rerum futuritiones Deo ab æterno præsentes sunt in se ipsis.

241 Hanc tamen explicationem impugnat Aldret. disp. 22. se. 2. num. 6. & etiam alij. Et facile potest impugnari ex dictis disp. 2. num. 577. Et ex eo quod iuxta illam Deus non cognoscit res creatas, vt existētes ab æterno, sed rerum futuritiones. Videatur etiā Aldrete disp. 26. se. 6.

242 Quinto Antonius Perez de scientia Dei disp. 3. cap. 4. num. 90. ponit quendam nexum, quo æternitas Dei habet coexistentiam ad omnia extitura, & ratione huius nexus (inquit) Deum omnia futura cognoscere ab æterno, vt sibi præsenti.

243 Sed hunc nexum impugna-

Sic saluat presentia litas ab æterno, sed in decreto.

4. Expli- catur ponendo futuritiones ab æterno. Ruiz.

Sed non saluat presentia litatē Aldrete

5. Expli- catur ponendo nexum. Antonius Perez.

Æternitas comprehendit omne tempus.

Non eodem modo coexistere ipsa mensurata secundum durationem sui esse, & coexistere ipsas mensuras inter se.

3. Expli- catur se. d S. Th.

Creatura passiuè est in tempore prout facienda ab æterno.

Sed non saluat in tuitione.

ui disp. procedenti num. 273. & quoad præsens attinet eo admissio futura non cognoscerentur in se ipsis, sed in aliquo medio, & abstractiue. Quare non saluatur mens S. Thomæ.

B. Expli- catur ex falsifica- tione pro- positio- num.

244 Sexto Aldrete citata disp. 22. sect. 4. affirmat Deum non habere propositiones, quæ sint de præterito, aut de futuro: quia essent obnoxie falsitati, quia cum essent ab æterno, ex retissent antequam obiectum præterijisset. Vt hæc, Christus natus est, & sic essent falsæ, & cum essent permanentes, permanerent postquam obiectum præterijisset, vt hæc, Anti-Christus peccabit, & sic redderentur falsæ etiam. Qua propter asserit Deum non respicere futura, vt futura: non quia res existant in æternitate, priusquã existant in propria mensura, sed quia Deus intuetur futura, vt præsentia. Quia, vt explicat in secunda conclusione, Deus cognoscit obiecta, quæ respectu nostri sunt futura, per propositionem de præsentia respectu Diuinæ æternitatis cum restrictione ad tale tempus, affirmando (scilicet) determinatum instans Anti-Christi coexistere æternitati post alia instantia determinata, & ante alia instantia, quæ determinate cognoscuntur.

Sed non satisfi.

245 Sed adhuc explicatio hæc non satisfacit. Nam, vel instans Anti-Christi cum illa restrictione ad tale tempus existit ab æterno in se, vel non? Si existit, etiam Anti-Christus existet, vt mensuratus illo instanti, & sic incidit in sententiã Thomistarum, quã impugnat. Si non, falsa est propositio Dei, affirmans ab æterno determinatum instans Anti-Christi coexistere æternitati post alia instantia determinata, & ante alia instantia, quæ determinate cognoscuntur. Quia est de subiecto non supponente, quia quod absolute non existit ab æterno, nec coexistit post alia instantia. Quod enim absolute non est, neque taliter

esse potest. Non enim potest esse homo albus, quod homo non est absolute.

246 Deinde, licet certum sit loquendo de rebus futuris in esse rei, & entis, propositiones Dei non posse variari, & transire de veris in falsas, nec Deum cognoscere aliquid in tempore quod non cognouit ab æterno, quia hoc modo sua cognitio regulatur per suum esse, in quo omnia cognoscit. Tamen dubium est. An loquendo de enuntiabilibus in esse enuntiabilium propositiones Dei possint transire de veris in falsas, non mutatione sui, sed sola mutatione rerum? Et an in esse enuntiabilis possit Deus cognoscere aliquid aliquomodo in tempore, quo modo illum non cognouit ab æterno?

Et assu- mitur du- bium.

Et affirmant S. Bonauentura in 1. dist. 39. q. 3. S. Thom. in 1. dist. 41. q. 1. art. 5. vbi ex professo hoc tractat, & defendit, & 1. p. q. 14. art. 15. ad 3. vbi concludit. Et ideo concedendum est, quod esse enuntiatum non est verum. Quidquid Deus scit, scit, si ad enuntiabilia referatur, sed ex hoc non sequitur quod scientia Dei sit variabilis. Sicut enim absque variatione Diuinæ scientiæ est, quod sciat vnam, & eandem rem quandoque esse, & quandoque non esse: ita alique variatione Diuinæ scientiæ est, quod scit aliquod enuntiatum, quandoque esse verum, quandoque falsum, &c. S. Thomam sequuntur eius commentatores ibi. Caietanus §. in responsione ad tertiam. Zumel disp. vnica §. dubitabit aliquis. Vazquez in comment. n. Vazquez 61. Fasoli in comment. num. 9. Arriaga 15. Ferrara 1. contragentes cap. 67. §. ex his patet. Syluester in constato p. 1. q. 18. Egidius etiam in 1. dist. 39. q. 1. art. 2. ait. Loquendo de modo secundum quem Deus habet scientiam enuntiatum, vt enuntiatum sunt, planum est continue, & assidue Deum noscitur, quod scit. Nam se scit aliquem nas-

Nam Deus sci- re potest quod uel- ciat in- tiabilis.

Caietan. Zumel. Vazquez Fasoli. Arriag. Ferrara. Syluester Egid.

citurum, illo iam nato, non scit ipsum nasciturum. Nam scientia non est nisi verorum, & quia non est verum ipsum esse nasciturum, sed esse natum, scit ipsum esse natum, & non nasciturum: & sic accipiendæ scientiæ Dei continue scit, quod non scit, & scit, quod non scit. Nam licet omnium enuntiatum, vt res quadam sunt, Deus cognitionem habeat, quia scit omnes propositiones, quæ formari possunt, & quidquid enuntiaripotest: attamen accipiendæ enuntiatum, vt enuntiatum, planum est Deum non scire, quod scit, & scire, quod non scit. Nam quia mutatio in scientia sua in se sit, sed quia res ipsæ mutantur, secundum quarum variationem veritas enuntiatum variatur. Quod ex professo late defendit Egidius in 1. dist. 41. q. 1. art. vlti-

Durand. mo. Et idem docent Durandus in 1. Arimini. dist. 39. q. 1. ad 1. pro 2. parte N. Arimi- Gabriel. nensis in 1. dist. 36. q. vnica art. vnica in Marfil. additionibus, conclus. 9. & dist. 39. q. Franco. à vnica art. 2. conclus. 2. & 3. Gabriel in Christo. 1. dist. 39. q. vnica art. 2. Marfilius in 1. Sciera. q. 40. ad 3. principale. N. Franciscus à Christo in 1. dist. 39. q. 14. in resp. ad argum. contra 2. concl. N. Sciera in 1. dist. 35. quæ sit 19. & 20. Et Izquierdo in Pharo disp. 10. q. 3. prop. 5. licet defendat partem negatiuam, ait tamè argumèta non leuia probare oppositum, aitque num. 224. quod posset aliquis audacior quam ipse defendere hanc sententiam, in quam vehementer inclinatur, & non audeat eam absolute defendere: quia supponit Patres, & Scholasticos pro opposita stare. In quo fallitur, vt constat ex dictis. Nam Egidius ait hoc esse planum: & S. Thomas oppositam sententiam non esse veram. Et quidem si diceretur Deum absolute, & simpliciter posse scire in tempore aliquid, quod nullo modo sciret ab æterno, aut e contra: in quo sensu videtur loqui Izquierdo, non solum esset

temerarium, sed erroneum, vt constat ex dubio 1. tunc enim Deus solum cognosceret res in tempore, & nullo modo ab æterno. Sed tamen (supponendo Deum omnia, quæ scit in tempore, scivisse ab æterno, & ex parte modi cognoscendi sui, & in esse entis, & hoc modo non potuisse scire aliquid in tempore, quod non scierit ab æterno, nec e contra) affirmare potuisse non scire, quod scit in esse enuntiatum, & significabile, seu ex parte rei scire, quo pacto propositiones regulantur per res productas, vel non productas in tempore, nescio quid haberet audaciæ: cum id tot, & tanti Theologi affirmant, idque conuincit ratio Egidij, & instantia Sancti Thomæ. Nec vidi aliquem, qui in his terminis contrarium defendat. Neque id circo scientia Dei esset variabilis, vt dicemus num. 297. Et expresse docent S. Thomas, & Egidius. Et late Franc. à Christo supra. Ex quo saltem concluditur Aldrete sumere fundamentum falsum, seu valde dubium. Vide num. 259.

247 Secunda sententia principalis affirmat, quod licet futura in vero, & proprio sensu non sint ab æterno, neque durent in æternitate, priusquam durent in sua duratione, & temporis differentia, Deus tamen ab æterno durationem habet, quæ per se ipsam intrinsecè est indistans ab omni differentia temporis: & sic æternitas intrinseca Dei est Diuina duratio formalis, sibi simul identificans differentias omnes formales durandi, per quam Deus formaliter, & complete excludit distantiam in ordine durandi ab vna quaque duratione ipsi Deo extrinseca. Ita Ribadeneyra disp. 14. cap. 1. & clarus cap. 2. vbi num. 13. contendit hanc fuisse sententiam Molinæ, & aliorum suæ familiæ, qui stare videntur pro sententia Thomistica, supra relata. Et hanc sententiam docuisse videtur Villegas contra. 2. disp. posteriori cap.

2. Sententia ait creatis non esse præfetes æternitatis, sed e contra.

Ribadeneyra Villegas Quiros.

cap. 1. & 2. & controu. 3. disp. 1. cap. 3.

248 Si autem inquiras an hoc sufficiat, ut nobis futura, dicantur Deo presentia? Respondet Ribadeneira num. 25. affirmatiue. Quia homo, qui cras erit, ideo est mihi futurus, quia mea duratio hodierna, & duratio crastina talis hominis constituunt ordinem prioris, & posterioris: duratio autem Dei non constituit talem ordinem, sed est supra ipsum, ideo que Deo non est futurus talis homo, sed presentis.

Quod sufficit, ut futura dicantur Deo presentia ab aeterno.

Et ut ab aeterno uel alia uideantur.

249 Si uero, uel etius inquiras, an hoc sufficiat, ut Deus ab aeterno futura nobis cognoscat, ut sibi presentia? Affirmare uideretur Ribadeneira disp. 1. num. 12. & sequentibus, idque probare intendit ex P. Augustino, & S. Thoma. Quia predicta sua sententia posita, non habet Deus hunc modum iudicandi existent, sed hunc existent, quia Diuina aternitas, quae differentias omnes durandi claudit, futura nobis, non ut futura, sed, ut presentia mensurat. Et idem fere docet Quirros disp. 48. sect. 4.

Egid.

250 Sed licet admittamus Diuinam aternitatem secum identificare simul omnes differentias formales durandi. Quia (ut ait Egidius in 1. dist. 19. p. 1. q. 3. art. 2. sub ultimo ad 2.) omnes mensurae diuisibiles continentur in ipsa, & comprehenduntur. Quod etiam supponunt auctores pro Thomist. sententia relati. Hinc non probatur futura nobis, esse Deo presentia, & multo minus fuisse presentia ab aeterno. Quia ipsa ab aeterno non sunt in se ipsis. Et impossibile est mensuram mensurare quod non est. Nam mensuratum dicit ordinem realem ad mensuram, ut dicitur in praedicamento relationis. Et relatio praedicamentalis, quae esset ab aeterno, petit subiectum ab aeterno existens. Nam hac de causa diximus dub. 3. & 4. quod, & si Diuina scientia

identificet sibi omnes cognitiones creatas, quae in ipsa continentur, & per se ipsam ut proxime cognoscitiua, & per se determinata ad cognoscendum, non potest cognoscere futura in se ipsis. Quia ab aeterno in se ipsis non sunt. Videatur Izquierdo disp. 9. prop. 3.

Izquierdo.

251 Tertia ergo sententia negat futura esse Deo ab aeterno presentia, presentia aliquali reali, sed tantum obiectiua, fundata in actuali cognitione Diuina. Pro hac referuntur D. Bonau. Alensis, Aegid. Scotus, Ariminois, Oeham, & alij antiqui, quos sequuntur Suarez lib. 1. de scientia futurorū, cap. 7. Vazquez 1. p. disp. 45. cap. 4. Aluertinus q. 2. Theologica in 2. coroll. ex 4. principio philosophico n. 13. Arrubal disp. 44. cap. 4. Noster Puteanus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 2. noster Aluiz supra, Herice disp. 6. cap. 4. Monceus disp. 3. cap. 3. controu. II. art. 1. ad 6. Sylua hic dub. 11. §. 4. & communiter extra Scholam S. Thomae, & obuius noster Legionensis 1. p. variar. q. 10. expositiua cap. 2. §. sed aduertendum.

3. Sententia ait futura esse presentia ab aeterno obiectiua.

Suarez, Vazquez, Aluert., Arrub., Putean., Aluiz, Herice, Mœcius, Sylua, Legion.

252 Sed neque haec sententia est uera. Quia Patres non affirmant futura esse Deo ab aeterno presentia, quia ab ipso cognoscuntur, sed ut cognoscantur. Ergo illa presentia non est committans, sed praecedens cognitionem. Antecedens probatur ab Aldrete disp. 22. sect. 2. Nam ideo Patres dicunt creaturam non posse cognoscere futura nisi solus Deus, quia soli ipsi presentia sunt, ut uidere est in P. Augustin. 9. de ciuitate cap. 22. & apud alios: peterent autem Patres principium, si non loquerentur de presentia antecedenti, sed de

hoc infra. Et uideatur dub. praeced.

CAP. II.

Presentia, qua cognoscuntur futura ab aeterno, non se tenet ex parte modi essendi ipsorum in se ipsis, sed ex parte modi essendi in Deo.

Presentia potest se tenere ex parte futur. uel ex parte Dei.

253 **N**OBIS uidetur facilis huius dubij resolutio, si supponamus (ut supponunt S. Thomas, S. Bonauent. & Aegidius) Deum cognoscere futura contingētia in se ipso, non in se ipsis: & aternitatem menturare res futuras prout sunt in se ipsa, non prout sunt in se ipsis. Quare, ut Aegidij & nostram explicemus sententiam, suppono presentia realem, qua contingētia possunt esse Deo presentia ab aeterno, intelligi posse se tenere, uel ex parte modi essendi ipsorum contingentium in se ipsis, & in proprio genere, & mensura, quo pacto haec papyrus mihi est presentis, dum haec scribo: uel potest se tenere ex parte modi essendi ipsorum in Deo, & admodum Dei, ut representata, & contenta in esse Diuino, iuxta dicta late disp. 1. num. 18.

Presentia ex parte ipsorum non sunt fut. presentia ab aeterno.

254 Hoc supposito dicendum presentia, qua ab aeterno futura cognoscuntur a Deo, ut presentia, non se tenere ex parte modi essendi ipsorum contingentium in se ipsis, sed ex parte modi essendi, & cognoscendi Dei. Prima pars est contra primam sententiam, & in fauorem tertiae: & secunda est contra tertiam, & in fauorem primae. Et potest hac nostra illa duplex sententia componi. Sic Aegidius quodlib. 6. q. 1. & q. 10. de cognit. Angelorum. cuius uerba dedimus disp. 1. num. 384.

D. Bon. Aegidius.

D. Bonauent. in 1. dist. 39. art. 2. q. 3. Vbi inquit. An Deus uniuersa presentia cognoscat? Et respondet. Quod cognoscere omnia presentia dupliciter potest intelligi, aut quod notetur pra-

sentia a parte cognitorum, & sic est falsa. Quia non cognoscit omnia esse uera presentia, & simul. Aut ita, quod notetur presentia ex parte cognoscentis, & sic habet ueritatem. Et ratio huius est. Quia Deus ideas habet presentes, & simul, per quas cognoscit res futuras; ita certitudinaliter, sicut si esset presentes. Et iterum super omnes illas simul, & presentia cognoscit. Et iterum presentia suae cognitionis est presentia seu simplicissimum, quod circumplectitur omnia tempora. Et sic intellexit sententiam S. Thomae de presentia rerum in aternitate postea N. Gerardus Senensis a Christo q. 15. Sic etiam N. Gerardus Senensis in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. §. his tamen non obstantibus. Ariminois in 1. dist. 3. q. 2. art. 3. §. dico ergo. Et haec est mens Syluae supra, & plurimum aliorum. Hanc fuisse etiam mentem S. Thomae, 1. p. q. 14. art. 13. existimat Aegidius in correp. art. 3. Ex his patet (inquit) quod Thomas non intendebat (prout isti illi falso imponunt) quod omnia, quae sibi inuicem succedunt in tempore, in natura propria coexistant in aternitate, licet eorum presentiam aternitate inueniantur. Idem expressit Herueus in 1. dist. 38. q. 5. §. quantū ad tertium, qui uerba fere transcripsit ex Aegid. Idem docent Syluester, Deza, & alij apud Herice. Araujo hic concl. 1. §. secundo, quia, ut aliquid.

Franc. & Christus. Gerardus Ariminois. Sylua. D. Thom.

Herueus Syluest. Deza. Araujo.

255 Probatur ex Apostolo, ad Rom. 4. ibi. Vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, ubi idem est. Vocat, ac cognoscit iuxta plures Patres ad illum locum. Et est sensus. Cognoscit ea quae non sunt in se, admodum eorum, quae sunt. Quia cum omnia cognoscat in se, & admodum sui, qui est ipsum esse, omnia cognoscit admodum existentium, etiam si in se non sint existentia.

Prob. ex Apostol. Ad Roman.

256 Hinc P. Augustin. de correp. & gratia cap. 9. explicans illud ad Romanos 8. quos presentia, & presentia.

Cōfirmat Aug. d. 11.

destinavit, notat Apostolū vti verbis tēporis presentis, loco verborū tēporis futuri. Quia iam Deus fecit sibi, quæ ex æternitate in tempore facere disposuit. Ad huc enim (inquit) vsque in finem sæculi multi vocandi, & iustificandi sunt, & tamen verba præteriti temporis posuit, de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit Deus, quæ iam referent ex æternitate disposuit. Ideo de illo dicit, & propheta Esaias, fecit, quæ futura sunt. Quicumque ergo in Dei providentissima dispositione præsciti, prædestinati, iustificati glorificati sunt: non dico etiam nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filij Dei (num. 12. In modo scilicet essendi, quem habent in Deo ab æterno.

Et S. Fulgentius lib. 1. de veritate prædest. cap. 7. Futura (ait) sola in se creatura mutabilitas recipit, quæ in creatoris incommutabilitate nullatenus cadit, propterea Deo nihil est præteritum, nec futurum, cui sic omnia presentia sunt, quæ faciendæ præscit, vt postquam facta fuerint præterita esse non possint.

258 Distingunt ergo Patres duos ordines essendi rerum, quos disp. 1. PP. duo mod. 1. cap. 3. late explicuimus. Alterum, quod futura sunt in se, & admodum sui in proprio genere, & mensurata: & hic est variabilis, & mutabilis, sicut ipsæ res in se variabiles, & mutabiles sunt: & sic sunt res in tempore: quia tempus est mensura motus. Alterum, quo futura nobis, & temporari sunt iam in Deo admodum Dei, & in esse Diuino, quod mensuratur æternitate: & hic est invariabilis, & immutabilis, sicut, & ipsum esse Diuinum, & æternitas. Et sic res sunt Deo ab æterno presentialiter, invariabiliter, & immutabiliter: & sic ab æterno Diuina præscientia cognoscuntur, & etiam Deus fecit, quæ futura sunt, vt cum Propheta dixit P. Augustinus numer. 256. relatus, & cog-

noscit ea, quæ non sunt in se, tanquam ea, quæ sunt.

259 Sic etiam componuntur duobus modo loquendi Patrum, qui videtur inter se oppositi. Nam sæpe Patres dicunt in Deo non dari proprie præscientiam. Quia præscientia est futurorum scientia, & Deo nihil est futurum, sed omnia presentia. Sic P. Augustinus lib. 1. ad simplicianum q. 2. ibi. Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia super greditur tempora? D. Boetius 5. de consol. pro consol. ult. D. Gregorius 2. moral. cap. 2. D. Anselmus de concordia. D. Bernardus serm. 80. in cant. D. Hylarius 12. de Trinitate. Hugo Victorinus in summa sententia tract. 1. cap. 12. Sæpe etiam docent Patres in Deo esse præscientiam, iuxta illud ad Romanos 8. quos præscit, &c. Et illud D. Petri secundam præscientiam Dei Patris. Hi autem modi loquendi iuxta nostram sententiam componuntur. Quia cognitio Diuina prout terminatur ad futura in esse cognoscibilium, & in existentium (quo pacto sunt in Deo ad modum Dei) nullo modo est præscientia, sed intuitio omnino invariabilis, & immutabilis. Prout vero terminatur ad futura in esse ehuntiabilium, quo pacto sunt in se ipsis ad modum sui, sic est præscientia. Quia hoc modo non sunt ab æterno existentia, nec à Deo ex parte rei cognitæ, vt existentia cognoscuntur. Non enim ab æterno cognouit Deus Christum natum in se ipso, & in tempore, sic Marsilius in 1. q. 40. ad 1. principale.

260 Ratione probatur nostra sententia ex mensurabili primario æternitatis. Quia æternitas non mensurat creaturas (non solum quando sunt futura, & non existunt, sed etiam quando existunt in tempore) in se ipsis immediate, sed prout sunt in ipso

Et duo modi loquendi PP.

P. Aug.

D. Boet.

D. Greg.

D. Ansel.

D. Bern.

D. Hylar.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

Hugo Victorin.

ipso Deo. Ergo non sunt ab æterno Deo presentes secundum modum essendi, secundum quem sunt in se ipsis, sed secundum quæ sunt in se ipso. Consequentia patet. Quia non possunt esse ab æterno presentes, nisi mensurentur æternitate. Antecedens probatur. Quia iuxta S. Thomam, & Egidium, & eorum scholas, & plures alios, Deus non cognoscit creaturas in se ipsis, sed prout sunt in se ipso, tanquam in obiecto primario. Neque amat creaturas propter se ipsas, sed propter se ipsum: & sic de alijs perfectionibus Diuinis. Ergo idem dicendum de æternitate propter easdem causas. Vide num. 294.

S. Thom. Egid.

261 Secundo probatur ex modo cognoscendi Dei: vt probant S. Thomas in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. Egidius ibidem q. 2. art. 3. ex Boetio ultima de consolatione. Nam modus cognoscendi non sequitur naturam rei cognitæ, sed cognoscentis. Sed Dei natura est actus purus, & æternus, totus simul, & sibi præsens. Ergo Deus cognoscit futura modo puro, æterno, & tota simul Deo presentia. Hunc discursum late prosequutus sum disp. 1. dub. 2. cap. 6. Ideo illum hic non prosequor. Sufficiat dicere hoc modo explicari S. Thom. 1. p. q. 14. art. 13. Vbi ait. Licet contingentia frant in acta successiue, non tamen Deus successiue cognoscit contingentia, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul. Quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut & suum esse. Vbi ait contingentia cognosci à Deo in suo esse, & ideo non successiue, sicut nos. Quia cognoscit illa admodum essendi in suo esse, & presentialitate fundata in illo modo essendi, non in modo essendi proprio. Et hoc posset probari omnibus medijs, quibus vsi sumus disp. 1. ad probandam nostram sententiam.

Est mens 262 Hoc etiam voluit P. Augustinus citato loco ad simplicianum. Vbi

post verba num. 259. allata infert. Si autem sicut in ordine temporalis creaturarum, ita & apud Deum, non dum sunt, quæ futura sunt: bis ergo esse sentit, vno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero secundum presentiam scientiam. Aliquid ergo temporaliter accrescit scientiæ Dei, quod absurdum, & quæ falsissimum est. Vult ergo, Deum non cognoscere futura secundum modum essendi in se ipsis, tanquam obiectum principale, alioquin bis ea cognosceret. Primo, vt futura per præscientiam. Secundo, vt existentia per intuitionem, & sic eius scientiæ accresceret aliqua perfectio, quod est absurdum. Hoc autem euitatur in nostra sententia. Quia ex parte modi cognoscendi ipsa, quæ nobis sunt futura, vt futura nobis, & vt nobis existentia, vno intuitu ab æterno presentialiter cognouit, licet ex parte rei cognitæ cognoscat futura, esse nobis futura, & presentia esse presentia.

263 Ex hoc fit Patres docere nullam creaturam, nisi solum Deum posse cognoscere futura. Quia scilicet creaturæ cognoscunt res modo potentiali, quia admodum sui, & sua natura non est suum esse, quia non est actus purus, nec suum esse reale, vel intelligibile, & sic expectat esse rerum in se existentium, vt eas cognoscat. At Deus cum cognoscat modo actualissimo, quia admodum sui, & sua natura est suum esse reale, & intelligibile, ideo non expectat esse rerum in se, vt eas cognoscat, & sic non aliter cognoscit facta, quam faciendæ. Quam rationem prosequuti sumus disp. 1. num. 253. & late Egidius quod. lib. 6. q. 1.

Hinc solus Deus cognoscit futura conting.

264 Ex dictis infero proprie loquendo non esse dicendum futura contingentia esse Deo presentia ab æterno, & cognosci, vt presentia, sed magis dicendum, esse presentialiter, & presentialiter cognosci. Et ratio est.

Quia

Quia hæc propositio futura contingentia sunt Deo presentia ab aeterno, supponit ipsa esse ab aeterno, quia ly presentia appellat supra futura. Nam esse presentia supponit esse simpliciter. Prius enim esse simpliciter, quã esse præsens, & futura in proprio genere non sunt ab aeterno. At in hac propositione. Res sunt aeternaliter Deo presentialiter, & presentialiter cognoscuntur ab aeterno. Ly presentialiter appellat supra modum essendi, quem futura habent in Deo, & facit hunc sensum. Futura sunt ab aeterno modo presentiali, aeternaliterque presentialiter cognoscuntur.

CAP. I I.

Presentialitas futurorum ex parte ipsorum non est necessaria, ut ab aeterno intuitiue cognoscantur.

Presentialitas ex parte futur. nõ est necessaria ad intuitiõem.

265 SECUNDO dicendum presentialitatem futurorum tenentem se ex parte modi essendi in se ipsis non esse necessariam, ut ab aeterno à Deo intuitiue cognoscantur. Probat hanc conclusionem Izquierdo tract. 4. de Deo vno disp. 9. num. 61. Quia de conceptu intuitionis siue visionis perfectissimæ solum est attingere clarissime obiectum, prout existens à parte rei in sua differentia temporis: quod stare potest, quin obiectum ipsi intuitioni, aut intuenti coexistat.

266 Sed non solum ad intuitionem, sed ad quamcumque cognitionem necessariam esse presentiam obiecti, ita ut sine hac presentia impossibile sit obiectum, etiam à Deo cognosci, late probauimus dub. precedenti.

267 Probanda est ergo conclusio ex eo quod licet futura ab aeterno

non sint Deo presentia, presentialitate se tenenti ex parte modi essendi in se ipsis, & admodum sui, sunt tamen presentia, presentialitate se tenenti ex parte modi essendi in Deo. Nam ut ex Diuis Bonauent. Thoma, atque Egidio, & ex alijs nostris late probaui disp. 1. an. 36. In esse Diuino, & in ideis continentur, & representantur creaturæ, non solum quoad rationes essentielles, indiuiduales, & existenciales, sed etiam quoad omnes modos essendi accidentales intrinsecos, & extrinsecos. Nam secundum has omnes rationes sunt entia ab alio, & per participationem, & sic debent contineri, & representari in primo ente, & in prima causa efficienti, & ideali ab aeterno sub esse possibilitate ante decretum, & sub esse futurarum, & presentium nobis post decretum, cum omni duratione propria cuiusque creaturæ. Ergo Deus intuendo suum esse, & suam ideam, intuetur etiam quamcumque creaturam, secundum rationem essentialem, & indiuidualem, atque etiam existentialem cum sua duratione, ut sibi presentem multo perfectiori, & eminentiori modo quam existit in se ipsa. Et cum intuitio sit cognitio rei presentis, ut præsens est, fit, ut futura à Deo ab aeterno intuitiue cognoscantur. Et hoc modo cognitionem Dei esse intuitiuam dicunt Egidius in 1. dist. 38. q. 2. a. 1. & alij, quos refert & sequitur Arrubal 1. v. disp. 38. cap. 2. Et inquit esse expressam sententiam S. Thomæ 1. p. q. 14. art. 9. Quibus accedunt Bricennius supra n. 9. & N. Franc. à Christo in 1. dist. 36. q. 3.

sentialitate ex parte modi essendi in Deo.

Egidius Arrub. S. Thom. Bricennius. Franc. à Christo.

268 Verum est autem (ut aduertit N. Tolet. q. 1. prolog. art. 1. p. 2.) quod Deus non cognoscit ab aeterno creaturas intuitiue, sed super intuitiue. Quia cognitio intuitiua est cognitio rei in se ipsa, & ab aeterno non erant creaturæ in se ipsis, ut ait P. Aug. 4. de Genes. ad litt. cap. 3. ibi. Neque enim antecrea-

Futura à Deo cognoscitur per intuitiue. Toletan. P. Aug.

tarum aliquid erat nisi creator, & cap. 6. neque enim extra se ipsam ceruebat, sicut ceruicibus oculis corpora, quæ utique unquam erant, & disponerentur, & fierent. Cognitio vero super intuitiua (ut Toletanus ait supra) est cognitio rei in eo in quo perfectius habet esse, & cognosci, quam in se ipsa, qualis est cognitio creaturarum in verbo, ut docet P. Augustinus supra, & ipse Toletanus late demonstrat.

269 Secundo probatur conclusio ex determinatione ad esse, quam habet natura Diuina. Nam si Deus non posset cognoscere ab aeterno futura intuitiue, ideo esset, quia intuitio terminatur ad esse rei, ut presentis: & futura ab aeterno non habent esse, nisi in se ipsis ponantur presentia aeternitati. Sed ad hoc non est necessarium, quod ponantur presentia presentialitate se tenente ex parte ipsorum. Ergo, ut à Deo cognoscantur ab aeterno intuitiue non est necessaria talis presentialitas.

270 Minor probatur, quia licet hæc presentialitas sit necessaria, ut creaturæ intuitiue cognoscantur à creaturis. Quia creaturæ, cum non sint suum esse existentia, nec suum esse intelligibile, expectant esse aliarum creaturarum, ut eas intuitiue cognoscant, ut patet in Angelis, quorum obiectum principale creaturæ sunt. Attamen talis presentialitas necessaria non est, ut creaturæ à Deo intuitiue cognoscantur. Quia cum Deus sit suum esse existentia, & suum esse intelligibile, non expectat esse creaturarum, ut eas cognoscat, & ut intuitiue cognoscat. Quia suum esse est suum obiectum principale, & in suo esse præhabetur creaturarum esse perfectius, quam in se ipsis.

271 Est hæc ratio Egidij supra ubi ait. Intelligere Dei sequitur modum naturæ eius. Sed natura Diuina non determinatur per aliquod esse,

Ad intuitionem nõ est necessaria existentia creaturæ.

Licet sic necessaria ad intuitionem creaturæ.

ideo neque oportet sciri à Deo per esse actuale determinata esse, sed ipse absque determinatione actualis esse sciri poterit quodlibet scibile, ut scibile est; & omnes modos scibilitatis eius vno simplici intuitu intuetur: ut cognoscit, vno simplici intuitu rem presentem præteritam, & futuram, & totum esse rei fluxibile in fluxibiliter cognoscit. Cognoscit enim futura futura esse, absque eo quod in scientia sua, sit futuri ratio. Quia scilicet scit futura in suo esse presentialiter.

272 Tertio probatur conclusio, ex modo cognoscendi Dei. Nam Deus cognoscit res modo purissimo, & non modo ipsarum. Nam Deus cognoscit enuntiabilia, non enuntiabiliter, temporalia intemporaliter, contingentia in contingenter, & materialia immaterialiter, ut late probat Egid. supra art. 2. & nos disp. 1. n. 63. Ergo etiã non presentia cognoscit presentialiter, & non existentia existentialiter, & non intuitiua in se, intuitiue: quod totum oritur ex eo quod sit suum esse, & suo esse præhabentur res, & modi rerum, modo eminentiori.

Deus cognoscit futura intuitiue: quia purissimè.

273 Ex dictis infero cognitionem futurorum, vel etiam existentium in tempore, non addere supra cognitionem possibilem aliquid, quod pertineat ad genus notitiæ, quia, & ipsa futurius ratio rerum cum omnibus modis intrinsicis, & extrinsecis, quibus est in se ipsa in tempore, præcognoscebatur à Deo per scientiam naturalem. Quia cum sit suum esse, & sua natura, & natura sua, & suum esse non sit contractum ad aliquod genus, est similitudo omnium creaturarum, & perfectionum earum, & etiam est similitudo omnis esse, & omnis modi essendi creaturarum: & sic Deus intuendo suam naturam, intuetur omnium naturam creaturam, & omnem perfectionem eius, & intuendo suum esse, intuetur omne esse rerum: & sic cognoscit

Visio supra intellegendi non addit notitiã.

quid est res, vel potest esse, & omne esse, & omnem modum essendi creaturæ, quem habet ut possibilem, & habere potest in se ipsa, si Deus velit. Quare posito decreto videt illud ipsum esse exiturum in tempore. Quæ visio non addit aliquid pertinens ad genus notitiæ, supra præexistentem cognitionem, sed dumtaxat ordinem rationis ad ipsa scita: qui ordo variatur, variatione scitorū. Unde ab æterno illa notitia ante decretum terminabatur ad natiuitatem Christi ut possibilem, post decretum terminabatur ad ipsam, ut futuram, & post tempus talis natiuitatis, ut ad existentem. Et sic scientia non variatur in ratione scientiæ, seu notitiæ, sed in ratione enuntiabilis, ut attingebamus n. 246. Non quia mutatio, aut variatio in scientia ipsa sit, sed quia res mutata sunt, secundum quarum mutationem veritas enuntiabilium variatur, sicut dici solet de dominio, & amore libero Dei. Nam in tempore in quo est homo in peccato, est vera enuntiatio hæc *Deus non diligit hunc hominem amore amicitia*, & illo iustificato est falsa, sola mutatione hominis. De quo *num. 296.*

Enuntia- bile est res, & res quædam est, verbi gratia, hoc enuntia- bile. 274 Quare, ut docet Egidius in 1. dist. 41. *ut dicitur ad 1.* Omne enuntia- bile creatum potest considerari, ut res, & res quædam est, verbi gratia, hoc enuntia- bile. Christus natus est pro tali tempore determinato: & sic semper à Deo scitur. Et potest considerari, ut enuntia- bile est (præcipuè à nobis, & pro quolibet tempore) & sic non semper scitur à Deo ex parte rei cognita. Quia non semper fuit illud tempus, in quo verificatur Christum natū esse, sed potius de futuro erat verum dicere. *Christus nasciturus est.* Et sicut hoc enuntia- bile *Christus natus est,* potest incipere esse verum, potest Deus scire illud in esse enuntia- bilis.

275 Addit autem bene noster Ariminensis in 1. dist. 39. *quædam art. 2. circa finem,* quod non est tamen concedendum, quod Deus potest incipere scire aliquod enuntia- bile. Quod sic explicat. *Nam quomodocumque exponatur ly incipit hæc est impossibilis. Deus incipit scire aliquod enuntia- bile: siue enim exponatur ly incipit per negatiuam de præterito, siue per negatiuam de futuro, negatiua per quam exponitur est impossibilis. Sed si sumatur in prædicato signum demonstratiuum, verbi gratia, Deus incipit scire hoc enuntia- bile, demonstrando aliquod in singulari, quod incipit esse verum, tunc propositio est possibilis, & sic eo demonstrato, hæc est vera, Deus potest incipere scire hoc.*

276 Aliter distinguendam iuxta doctrinam Doctoris nostri. Nam vel cum dicitur Deus potest incipere scire aliquod enuntia- bile, est sermo de enuntia- bili in esse rei, & se tenente ex parte modi cognoscendi Dei, & sic propositio est omnino falsa, quia ex parte modi cognoscendi Dei omne enuntia- bile in esse rei fuit Deo præsens in suo esse, & sic à Deo cognitum ab æterno: vel est sermo de enuntia- bili, ut enuntia- bili à nobis, & prout illa veritas scetener ex parte modi essendi ipsius in se ipso: & sic est vera propositio. Est enim dicere. Nunc hæc enuntia- tio prout regulatur obiecto creato, & tempore, incipit esse vera. Vide Egidium, & S. Thomam locis relatis *num. 246. & 362.* Et alios plures ibi relatos, præcipue Zumelium, & à Christo.

277 Secundo infero sententiam nostram non posse non defendi à Thomistis. Quia ipsi non dicunt, nec dicere possunt futura esse præsentia Deo ab æterno præsentia- litate fundita in modo essendi ipsorum in se ipsis. Quia neque creaturæ habent hunc modum essendi ab æterno, cum illum accipiant in tempore (& saltem illud

Non con- cedendū Deum incipere scire enuntia- bile. Arimini.

Egid.

Nostra sent. non potest non defendi à Thom.

exer.

exercitium quod in tempore produci- tur, ab æterno non est) neque ratione illius (esto daretur) cognoscerentur à Deo, cum Deus non cognoscat res in se ipsis, sed in se ipso secundum S. Thomam. Et sic solum intendunt futura esse Deo præsentia ab æterno, præsentia- litate se tenenti ex parte modi essendi ipsorum in Deo. Videatur Sylua hic *dub. 10.*

Sylua.

CAP. IV.

Soluuntur argumenta ab authoritate.

Obijciūt. plura PP. test. D. Amb.

278 SED contra nostram sententiam obijciunt Thomistæ plura Patrum testimonia. Primum est D. Ambrōij 1. *de fide cap. 7. ibi. De quæ sunt futura, præsentia sunt, & ei cui præcognita sunt omnia ventura, profactis sunt.*

D. Hyl. D. Hier.

279 Secundum est D. Hylarij 12. *de Trinit. ibi. Nihil non semper cum Deo fuit, quidquid in rebus est.* Tertium est D. Hieronij in *superioribus commentar. ad Ephes. cap. 1. ad illa verba sic cut elegit nos. ibi. Quod elegit nos ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet, cui omnia futura iam facta sunt, & antequam fiant vniuersa, sunt nota.*

P. Aug.

280 Quartum est P. Augustini, 5. *de Trinitate cap. ultimo ibi. Apud Deum nec præterita transeunt, & futura iam facta sunt. Et lib. 15. cap. 7. Ita (inquit) Deus nouit omnia, ut neque ea, quæ dicuntur præterita, ibi prætereant, neque ea quæ dicuntur futura, quasi desint, expectentur, ut veniant, sed præterita, & futura cum presentibus sunt cuncta presentia. Et de prædestinat. & gratia cap. 5. Quæcumque temporum (ait) moribus agitantur adhuc nec sperantur futura, nec præterita trāsierunt, sed in presentia diuinitatis*

presenti luce semper cernuntur. Et Psal. 45. ad illa verba. Et pulchritudo agri mecum est, sic ait. Cum illo erant omnia futura, & cum illo sunt omnia præterita. Futura, ita ut non ei detrahantur omnia præterita. Cum illo sunt omnia, cognitione quadam ineffabilis sapientiæ Dei in verbo constituta.

D. Greg.

281 Quintum ex D. Gregorio lib. 20. *moral. cap. 23. In illo enim, nec præterita, nec futura (inquit) reperiri queant, sed cuncta mutabilia immutabiliter durant, & quæ in se ipsis simul existere non possunt, illi simul omnia assistant, nihilque in illo præterit quod transejt: quia in æternitate eius modo quodam incomprehensibili, cuncta volumina seculorum transeuntia manent, currentia stant.*

D. Ans.

282 Sextum est D. Anselmi de *concordia cap. 1. circa medium, ubi postquam dixit nihil in æternitate esse, nisi præsens, addit. Si quidem quem admodum præsens tempus continet omnem locum, & quæ in quolibet loco sunt, ita æterno præsentia simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore.*

283 Septimum est Bedæ lib. *va. Veneriarum questionum q. 13. intermediæ, Bedæ. & finem, ibi. Ab æterno ea, quæ sunt Petrus futura nobis, in conspectu suo presentia Damiani habuit. Et Petrus Damianus Epist. 4. D. Greg. de omnip. cap. 7. ibi. Omnia suis obiecta Nissen. conspectibus, presentia- liter videt. Et D. Dam. D. Gregorius, Nisenus. Orat. Cath. 22. Nemisus. Futuros euentus tanquam res presentia- tes intuetur. D. Damascenus. Dialog. Iacobus contra Manich. prope medium. Quæ de Valer. futura sunt (inquit) velut iam facta prospicit, & intuetur. Nemisus lib. de natura hominis cap. 44. §. 3. in fine. Deo futura (inquit) tanquam presentia sunt. D. Prosper. 2. de vocat. Gentium, cap. 34. ubi ait. Scientiam Dei, quæ, & præterita, & presentia, & futura complectitur, tempore non teneri, & tamen in conspectu eius stare ea, quæ*

ge.

gerēda sunt, quā illa, quae aut gerētur, aut gesta sūt. His addere possumus nos- tros D. Fulgentium, Iacobum de Va- lencia, & alios, quos adduxi dubio praecedenti.

Testimo- nijs PP. non satis prae- sentia obiecti- ua. Izquierdo.

284 Hæc testimonia (quæ com- munitè à Thomistis adducuntur) pu- rat Izquierdo tract. 1. disp. 9. 7. 2. prop. 1. non intendere ponere praesentiam physicam, sed dumtaxat obiectiuam. Quod si ei obijcias, praesentiam obiectiuam subsequi ad cognitionem, nō antecedere, & Patres velle antee- dentiam praesentialitatis ad cogni- tionem Diuinam. Respondere posset ex dictis a se num. 19. cum Suarez, & Ruizio, esse duplicem praesentiā obiectiuam, vnam in actu secundo, quæ sub sequitur cognitionem, & in ea fun- datur: & alteram in actu primo, quæ cognitionem praecedit, & hæc est futu- ra ita se habere ante cognitionem ac- tualem sui in sua existentia, vt iam nihil desideretur, quo minus talem cognitionem per se ipsa possint moue- re, siue determinare ad sui cogniti- onem.

Sifur detur in ipsis futu- ris.

285 Sed hanc praesentialitatem in actu primo proximo, qua possit creatura quasi mouere, & determina- re Diuinam cognitionem, est quam de- siderant Thomistæ videre explica- tam. Quia cum ab æterno creaturæ in se ipsis non habeant determinationem obiectiuam, nec existentiam in se, non possunt determinare Diuinam cogni- tionem ratione eius, quod nullo modo habent, vt dicebamus num. 250. cum ipso Izquierdo.

Sed prae- sentia rea- li, quam habent in Deo.

286 Legitima ergo mens Patrum est Deum cognoscere futura, vt præ- sentia ab æterno. Quia licet ex parte ipsorum non detur existentia in se ipsis exercita, datur tamen existentia propria ipsorum in esse Diuino, per- fectius quam exerceatur in se ipsa, vt explicuimus num. 273. cum Egidio, & hoc etiam nuper docet Sylua num. 32.

Sylua.

& sequentibus. Supponunt enim Pa- tres illos duos ordines essendi creatu- rarum. Alterum quo sunt in proprio genere, & mensura. Et alterum, quo sunt in Deo, quos explicuimus numer. 258. & dicunt ratione posterioris fu- tura ab æterno praesentia esse, & sic in- tuitiue cognosci.

D. Ambrosius tenet nos. scilicet.

287 Ad primum ergo testimo- nium dico D. Ambrosium explicuisse nostram sententiam. Quia Leo quæ sunt futura, comparatione scilicet ad modum essendi in proprio genere, & mensura praesentia sunt secundum modum essendi, quem habent in esse Diuino. Et ei, cui praecognita sunt om- nia ventura, profactis sunt. Quia se- cundum essendi modum quem habent in se ipso, iam fecit, quæ futura sunt, vt cum Propheta ait P. Augustinus ad- ductus num. 256. Et sic in esse Diuino, & in aeternitate nobis ventura, pro- factis sunt.

Similiter alij PP. D. Zyrillus.

288 In hoc sensu loquitur etiam D. Zyrillus. Nam quidquid in rebus est secundum modum essendi propriū semper cum Deo fuit, secundum mo- dum essendi, quem habet in esse Diui- no. Et idem docet D. Hieronymus, vt notant illa verba. Cui omnia futura iam facta sunt.

D. Hier.

289 Idem docet expresse P. Aug. in priori testimonio illis verbis. Et fu- tura iam facta sunt, non solum quia habent esse cognita, possent enim esse cognita, & non facta, sed quia in esse Diuino est contenta ipsorum factio in facto esse. Et idē vult in secundo testi- monio. Tertium testimonium non est P. Aug. Quia liber ille de praedest. & gratia est suspecti auctoris, vt no- tant Lobanienses ibi. Et idem docet, ac Patres, vt patet illis verbis, sed in prae- sentia Diuinitatis. Et idem vult P. Augustinus in quarto testimonio, il- lis verbis sapientiae Dei in verbo cons- tituta non enim loquitur in ipsis futuris, sed in verbo constituta.

Et P. Aug.

D. Greg. 290 D. Gregorius docet omnia esse Deo praesentia modo quodam in comprehensibili, quod totum conce- dimus: nec adducit verbum, quod de- noceat loqui de praesentialitate funda- ta in existentia creaturarum in se ipsis. D. Anselmus docet, quod, quem admodum praesens tempus continet omnem locum, & quæ in quolibet loco ven. Bed. sunt, ita æterno praesenti (esse scilicet aeternitatis) simul clauditur omne tem- pus, & quæ sunt in quolibet tempore. D. Greg. Quia aeternitas mensurat Diuinum esse, in quo omnia simul sunt. Eadem D. Dam. fuit mens Venerab. Bedæ, Petri Da- miani, & D. Gregorij Niseni. D. vero D. Prosper. Damaicenus loquitur in sensu expli- cato a num. 287. & idem dico de Ne- melio, & D. Prospero, & alijs.

D. Anf. Ven. Bed. Petrus Damian. D. Greg. Nisen. D. Dam. D. Prosper.

CAP. V.

Solvuntur argumenta à ratione.

Obijcit. aeternita- tem com- prehen- dere tem- poralia ab aeter- no.

291 SED obijciunt Thomistæ primo. Aeternitas est du- ratio infinita, invariabi- lis, & tota simul, ita vt simul, & semel æquiualeat omni tempori infinito, tam à parte ante, quam à parte post. Ergo correspondet omnibus differentijs temporis praeteritis, & futuris, & am- bit actu omnes illas. Ergo quæcum- que sunt sub aliquo tempore, sunt ab æterno, sub aeternitate praesentia. An- tecedens est certum. Prima consequen- tia probatur. Quia alias aeternitas nō esset infinita, invariabilis, & tota si- mul, quia solum ambit tempus præ- sens, & non futurum.

292 Respondeo concedendo an- tecedens, & vtramque consequentiā, prout sūt si sermo sit de rebus quæ sunt in Deo, in esse Di- nego autem secundam consequentiā, si sermo sit de rebus secundum modum essendi sibi proprium. Quia cum hoc

modo non sit res aliqua existens ab æterno, neque ab æterno potest esse Deo sic praesens, etiam si aeternitas sit duratio infinita, invariabilis, & tota simul: quia mensura etiam infinita non potest mensurare id quod non est, eo modo quod non est.

293 Et instatur ad homines. Nam Thomistæ ideo dicunt contra Iesuitas Deum non posse cognoscere futura ab æterno in se ipsis, quia ab æterno futura non sunt, etiam si alias cogni- tio Diuina infinita sit: vt videre est apud Viues disp. 1. dist. 5. & disp. 18. p. 1. nam. 165. Ergo cum futura non sint praesentia ab æterno praesentiali- tate fundata in existentia exercita ipsorum, sed solum praesentialitate fundata in modo essendi ipsorum in Deo; non possunt cognosci à Deo, vt praesentia ab æterno, praesentialitate propria ipsorum, sed praesentialitate fundata in modo essendi, & cognosce- di Dei.

Alias in consequenter argui- tur.

Viues.



294 Quinimo ipso argumento Thomistarum hoc probatur. Quia (vt late Egidius in 1. dist. 19. p. 1. q. 3. art. 1.) mensura, vt dicitur 4. metaphysica, semper est vnigenca mensurato, & sic est differentia mensurarum, secundum quod mensurata differunt, & econtra mensurata differunt secundum diuer- sitatem mensurarum. Ergo cum aeter- nitas sit duratio, & mensura infinita, in- variabilis, & tota simul, mensuratum aeternitatis debet esse infinitum in- variabile, & totum simul, atque omnino simplex, & sic solum esse Diuinum, & res prout in esse Diuino sunt modo infinito, modo invariabili, & totæ si- mul, modo simplicissimo ibi existen- tes. Non autem debent esse mensura- tū aeternitatis res prout sunt in se ipsis, modo finito, variabili, & successiuo: quia sic solum sunt mensuratum tem- poris. Vnde vt ibi ait Egidius. Eter- nitas differt à tempore in eo quod aeternitas mensurat esse, & tempus

Et tempo- ris mo- tus.

motum. Nam esse (vt subdit) quatenus est de se dicit quid permanens, motus autem est de genere successiuorum. Ex eo igitur quod eternitas mensurat esse, & tempus motum, tempus erit mensura successiua, & eternitas permanens. Exista differentia oritur secunda, quia in omni successiuo est accipere prius, & posterius. Quod non est accipere in permanenti, & toto simul, quale est esse Diuinum.

Nunc Doct̃or noster. Quod si arguebamus eternitatem ab alijs mensuris differens ab alijs entibus differat, multo magis debemus arguere nunc eternitatis ab alijs nunc esse distinctum. Nunc eternitatem ab alijs mensuris differens ab alijs entibus differat, multo magis debemus arguere nunc eternitatis ab alijs nunc esse distinctum. Nunc eternitatem ab alijs mensuris differens ab alijs entibus differat, multo magis debemus arguere nunc eternitatis ab alijs nunc esse distinctum. Nunc eternitatem ab alijs mensuris differens ab alijs entibus differat, multo magis debemus arguere nunc eternitatis ab alijs nunc esse distinctum.

296 Secundo obijciunt. Si Anti-Christus non esset presens ab aeterno secundum modum essendi proprium, daretur variatio in cognitione Diuina. Quia quando existeret Anti-Christus, de nouo Deus videret existentiam illius, quam ab aeterno non videbat. Quod est argumentum P. Augustini q. 2. ad simplicianum.

297 Responderi potest negando sequelam. Quia cum Deus solum se ipsum cognoscat, vt obiectum primarium, & in se ipso cognoscat prae-sentialiter existentiam, quam Anti-Christus habiturus est in tempore, & quia hoc obiectum invariabile est, etiam si existentia Anti-Christi varietur, cum sit obiectum secundarium, nulla variatio fit in scientia Diuina. Sic respondet S. Thomas in 1. dist. 38. q. 1. ad 1. & Egidius de cognit. Angelorum q. 1. §. quarta via. Et Sylua supra num. 72. Nam haec nouitas non se tenet ex parte modi essendi, & cognoscendi Dei, sed ex parte modi scitorum.

298 Haec tamen (vt ait Egidius in 1. dist. 38. princip. 1. q. 2.) licet bene dicta sint, no satisfaciunt difficultati. Quia vis difficultatis consistit in explicando. Quare cum varietate rerum cognitarum, possit stare inuariatio in scientia?

299 Dicendum ergo. Quod licet quando res existit de nouo, varietur scientia creaturarum, quia cum non sint suum esse expectant esse obiectivum, vt alia cognoscant, & ad variationem talis esse varietur eorum scientia: Deus tamen cum sit suum esse, non expectat esse creaturarum, vt illud intueatur. Quia in suo esse intuetur esse omnium, siue existat, siue non, vt ibi explicat Egidius, & nos numer. 270. & sequentibus: solū enim variatur scientia in ratione enuntiabilis, non in ratione scientiae, & haec variatio non fit per variationem scientiae, sed

Obijcit. si futura non esset ab aeterno, variaretur scientia. P. Aug.

Et dicere futura esse obiectum secundum.

S. Thom. Egid. Sylua.

Non sufficit.

Resp. Deum non expectare esse creat. vt ipsa noscat.

sed per variationem ipsarum rerum, vt explicuimus num. 273.

300 Tertio obijciunt. Futura quando existunt in propria mensura, coexistunt aeternitati, & ab illa mensurantur. Ergo coexistunt toti aeternitati. Ergo coexistunt illi ab aeterno. Antecedens admittitur communiter. Prima consequentia probatur. Quia id quod aliquando coexistit aeternitati, coexistit toti aeternitati: cum aeternitas sit indiuisibilis, & tota simul: Secunda consequentia probatur etiam, quia si futura coexistunt toti aeternitati, coexistunt illi ab aeterno.

301 Et confirmatur, quia si futura cum sunt in propria mensura coexistunt toti aeternitati, & sunt illi praesentia. Ergo coexistunt toti aeternitati non possunt dici absolute futura, sed praesentia. Probatur consequentia. Quia ad hoc, vt aliquid sit futurum respectu alicuius durationis requiritur quod illa duratio formaliter precedat existentiam rei, quae dicitur futura. Sed si futura quando existunt propria mensura, coexistunt toti aeternitati, haec non praecessit eorum existentiam formaliter. Ergo respectu illius non possunt dici absolute futura.

302 Respondent Suarez num. 10. Arrubal, & alij, res quando existunt in propria mensura, coexistere toti aeternitati, sed non totaliter, & sub omni habitudine, ac proinde non coexistere illi sub habitudine, quae praecessit talem existentiam, ideoque non coexistere aeternitati ab aeterno. Ad confirmationem respondet Arrubal cap. 8. contingit non posse dici absolute, & intrinsicē futura respectu aeternitatis, & hoc voluisse Patres, posse tamen dici extrinsece futura, & praeterita. Quia sicut tota aeternitas formaliter coexistit contingentibus, licet non totaliter, ita etiam tota aeternitas formaliter praecessit eorum existentiam, licet non totaliter. Et ita satisfaciendum est huic

argumento; si concedatur res dum existunt in propria mensura, immediate, & secundum modum propriū aeternitati coexistere. 303 Hanc tamen solutionem (in cuius doctrina consistit differentia inter Thomistas, & suos aduersarios) impugnat a S. Thoma disp. 9. art. 3. §. sed contra. Quia eternitas non solum est indiuisibilis in se, sed etiam in modo mensurandi sua mensurata intrinseca, & extrinseca, cum sit interminabilis vita totalis, & perfecta possessio, & sic non solum repugnat illi successio intrinseca, sed etiam extrinseca, ac proinde neque extrinsece possunt contingentia dici illi praeterita, & futura. 304 Et confirmat: Quia quomodo documque detur illa successio, siue ex parte mensurantis, siue ex parte mensurati, cessat simultanea possessio. Nam ego non dicor possidere simul ea, quae successiue possideo, siue talis successio proueniat ex eo quod ea simul non possum apprehendere, siue quia etiam si possem ea apprehendere simul, tamen successiue ea veniunt mihi apprehendenda. 305 Haec tamen impugnatio, non videtur. Quia non probat eternitatem, ex eo quod sit simul, & tota possessio, non esse diuisibilem virtualiter, & habere modum mensurandi virtualiter diuisibilem, saltem respectu mensurati extrinsece, sicut immensitas, & omni potentia, etiam si indiuisibiles sint formaliter, sunt virtualiter diuisibiles: quia equivalent rebus, virtualiter diuisibilibus. 306 Secundo. Quia, si haec impugnatio aliquid probat, probat etiam futura, secundum quod successiue existunt in propria mensura, nullo modo mensurari aeternitate, sed tantum secundum quod inuariabiliter existunt in esse Diuino, cuius contrarium late probat hic auctor art. 2. Et ratio est. Quia si aeternitas est indiuisibilis

argumento; si concedatur res dum existunt in propria mensura, immediate, & secundum modum propriū aeternitati coexistere.

303 Hanc tamen solutionem (in cuius doctrina consistit differentia inter Thomistas, & suos aduersarios) impugnat a S. Thoma disp. 9. art. 3. §. sed contra. Quia eternitas non solum est indiuisibilis in se, sed etiam in modo mensurandi sua mensurata intrinseca, & extrinseca, cum sit interminabilis vita totalis, & perfecta possessio, & sic non solum repugnat illi successio intrinseca, sed etiam extrinseca, ac proinde neque extrinsece possunt contingentia dici illi praeterita, & futura.

304 Et confirmat: Quia quomodo documque detur illa successio, siue ex parte mensurantis, siue ex parte mensurati, cessat simultanea possessio. Nam ego non dicor possidere simul ea, quae successiue possideo, siue talis successio proueniat ex eo quod ea simul non possum apprehendere, siue quia etiam si possem ea apprehendere simul, tamen successiue ea veniunt mihi apprehendenda.

305 Haec tamen impugnatio, non videtur. Quia non probat eternitatem, ex eo quod sit simul, & tota possessio, non esse diuisibilem virtualiter, & habere modum mensurandi virtualiter diuisibilem, saltem respectu mensurati extrinsece, sicut immensitas, & omni potentia, etiam si indiuisibiles sint formaliter, sunt virtualiter diuisibiles: quia equivalent rebus, virtualiter diuisibilibus.

306 Secundo. Quia, si haec impugnatio aliquid probat, probat etiam futura, secundum quod successiue existunt in propria mensura, nullo modo mensurari aeternitate, sed tantum secundum quod inuariabiliter existunt in esse Diuino, cuius contrarium late probat hic auctor art. 2. Et ratio est. Quia si aeternitas est indiuisibilis

Dicitur eternitatem etiam extrinsece indiuisibilem. a S. Thoma.

Alias cessat possessio.

Verum non est de indiuisibilitate virtuali.

Alias neque existunt aeternitate mensuratur.

in se, & in suo modo mensurandi intrinseco, & extrinseco, ut reuera est, futura, quæ secundum quod sunt in propria mensura petunt successione aliquam, & variationem: ut sic non possunt mensura permanenti, qualis est æternitas mensurari. Quia mensura debet esse unigena mensurato, ut cum Egidio probauimus num. 294.

Egid.

307 Respondeo ergo argumentum, ex dictis numer. 260. distinguendo antecedens. Futura quando existunt in propria mensura coexistunt æternitati, & ab ea mensurantur, prout ille modus essendi est æternaliter invariabiliter in esse Diuino, concedo antecedens, prout existunt variabiliter, & mutabiliter in se ipsis, nego antecedens. Quia res solum possunt mensurari æternitate secundum quod sunt in Diuino esse, ut probat Egidius in 1. dist. 8. p. 1. q. 3. art. 2. sicut solum possunt cognosci in Diuino esse. Neque hinc inferitur primâ consequentia. Quia sicut natura Leonis cognita in omnipotentia, non adæquat totam omnipotentiam, sed eminentiam sui, nec totam scientiam Diuinam: sic quodlibet futurum cognitum in esse Diuino, non est præsens totaliter æternitati, licet sit præsens toti. Et ex hoc patet ad confirmationem. Quia contingentia sic mensurata respectu æternitatis, non possunt dici absolute futura, sed præsentia ab æterno.

Egid.

Obijcit. existentiã phy sicam esse necessariã ad infallibilitatem.

308 Quarto obijciunt. Existentiã physica in propria mensura futurorum in æternitate est necessaria ad infallibilitatem cognitionis Diuinæ. Ergo est admittenda. Antecedens probatur. Quia futura solum cognoscuntur ratione Diuini decreti, velut causa, velut requisitum existente: hoc autem non potest habere infallibilitatem, nisi mensuretur eius obiectum æternitate: quia nihil quod non sit æternum potest esse indefectibile, & immutabile. Quia quod men-

suratur æuo mutabile est, sicut, & ipsum æuum est mutabile, & omne quod est in tempore, sicut, & tempus. Hocque expresse docuit D. Anselmus de concordia dicens. Hoc quippe proposuimus secundum quod vocati sunt sancti, in æternitate, in qua non est præteritum, nec futurum, sed tantum præsens, immutabile est, sed in ipsis hominibus ex libertate arbitrii aliquando est mutabile. Et infra. Hoc ergo modo quid quid de his, quæ libero sunt arbitrio, velut necessarium Sacra Scriptura pronuntiat, secundum æternitatem loquitur, in qua præsens est omne verum immutabiliter: non secundum tempus, in quo non semper voluntates, & actiones nostræ.

D. Anf.

309 Confirmatur. Futura contingentia solum possunt cognosci in se ipsis, vel in suis causis proximis, vel remotis. At si cognitio Dei, & velle ipsius non mensuraretur æternitate, non possent futura aliquo eorum modorum cognosci: si quidem in se ipsis cognosci nequeunt; ut dub. 3. & 4. probatum est: quia solum habent veritatem determinatam, ut existentia, & quodammodo necessaria, necessitate scilicet consequenti: neque in suis causis proximis, ut probatum est dub. 2. quia in eis sunt contingentia, & in determinata, & variabilia, sicut, & in se ipsis antequam existant, variabilia sunt: neque in causis remotis, quia decretum est mutabile, si obiectum mutabile est. Ergo est necessaria existentia futurorum in æternitate ad infallibilitatem decreti, & cognitionis Diuinæ.

Quia solum, ut existentia cognosci possunt.

310 Omissa solutione Syluæ, ad ducta ab ipso num. 74. Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem concedo decretum esse necessarium ad cognitionem futurorum absolute futurorum: & concedo decretum non posse habere infallibilitatem, & immutabilitatem, nisi eius obiectum men-

Hoc verum est de existentia prout in Deo, Syluæ.

mensuretur æternitate. Quia solum æternum, immutabile, & inuariabile est. Sed nego futura, quæ sunt obiectum decreti, mensurari æternitate immediate, prout habent modum essendi proprium in propria duratione: quia hunc non habent ab æterno, sicut neque existentiam, in qua talis modus essendi fundatur. Sed solum æternitate talia futura mensurantur, prout existentia illa, quam habitura sunt in propria mensura, & modus ille essendi proprius, & mensura ipsa, æternaliter sunt modo inuariabili, & immutabili in Deo ab æterno: & a suo obiecto sic mensurato habet infallibilitatem decretum. Quia hoc modo duratæ habent futura contingentia ab æterno determinationem, & veritatem determinatam. Et hoc voluit D. Anselmus, ut constat ex eo quod distinguit duos modos essendi rerum, vnum in esse Diuino, & alterum in se ipsis, & a priori ait decretum habere immutabilitatem, & infallibilitatem. Et sic diximus disp. 1. num. 39. cum P. Augustino omnem veritatem creatam regulari à veritate immutabiliter existentem in arte Diuina. Et obiter nota Thomistas distinguere efficaciam decreti ab eius infallibilitate: & contendere efficaciam habere à se, & infallibilitatem à scientia, seu præsentia obiecti in æternitate. De quo nos disp. 2. num. 530.

D. Anf.

Et præ. sentiali- tate qua in esse Dei sunt præsentia. 311 Ad confirmationem dico futura neque cognosci in se ipsis, neque in suis causis proximis, aut remotis, sed in præsentialitate, quam habent ab æterno in esse Diuino à suis causis proximis, & remotis, qua præsentialitate mensurantur ab æternitate. Quia eorum essentia habet modum essendi in essentia Diuina: & eorum esse, seu existentia in esse Diuino: & omnis modus essendi, quem habent, & habere possunt in propria mensura. Et sic Diuina cognitio in Deo unico in-

tuitu cognoscit omnes creaturas, & omnes modos essendi earum, ut possibile ante decretum, ut futura nobis, & sibi præsentialiter post decretum in esse rei, & entis, & quatenus est ex parte modi cog. oscendi: licet ex parte rei cognita cognoscat futura, esse futura, & præsentia esse præsentia, & præterita esse præterita. Sed præteritio, præsentialitas, & futuritio sunt sibi præsentia in esse rei, licet in esse eorum variabilium variantur.

Obijcit. Deum ab æterno scivisse, quod sciat.

312 Quinto obijciunt. Hodie scit Deus scientia visionis Christum esse natum, & sibi præsentem, & iudicio vero (quod diuersum est natura sua à iudicio de futuro, & de præterito) affirmat Christum natum esse. Sed hoc ipsum sciuit vere ab æterno eadē scientia, atque iudicio: quia Deus in tempore non potest de nouo scientiã acquirere, alias mutaretur. Nec minus verum fuit illud iudicium in Deo ab æterno, quam hodie. Ergo Natiuitas Christi non minus fuit Deo præsens in æternitate, quam hodie. Quod est argumentum P. Augustini lib. 2. ad sim. pl. c. 9. 2.

Sed hoc etiam est contra Thomistas. Izquierdo.

313 Hoc argumentum (ut etiam notat Izquierdo num. 70.) est contra omnes, & eandem difficultatem habet in sententia Thomist. ca. N. in admissa præsentia physica Thomistarum futurorum in æternitate, certum est accedente tempore, in quo vna quæque res existit, Deum non solum iudicare eam esse præsentem in sua æternitate, quod iudicauit ab æterno, sed etiam iudicat eam etiam esse præsentem in propria duratione, quod non iudicauit ab æterno. Cum ab æterno Christus verbi gratia non sit natus, nec Deus id iudicauerit, alias esset falsum iudicium, ut etiam notat Sylua num. 72. Et ante eos antiqui Theologi in 1. dist. 38. Ergo eadem difficultas manet in sententia Thomistica. Imò eam impugnat, ut dicemus num. 316.

Se nō habere solu-
tionem fa-
re tur I-
quierdo.
314 Ad argumentum igitur Iz-
quierdo num. 71. fatetur se non habere
re solutionem, in qua planè quiescat
animus. Nec miror (inquit) cum ne-
que eam habuerit Augustinus lib. 2. ad
simplic. q. 2. Vbi postquam hoc argu-
mentum tibi proposuit. Verbis allatis
num. 262. subdit. Quod si ita in Deo
est, ut possit proprie dici intelligit, &
intellexit, sentit, & sciat, admittit
tempus, & subrepat nihilominus illa
mutabilitas, quæ longe à Dei substan-
tia remouenda est. Et tamen & scit
Deus, & præscit Deus ineffabili mo-
do. Ineffabile quippe est (subdit Iz-
quierdo) quomodo per eandem pror-
sus scientiam, qua iudicauit ab æter-
no me exiturum, iudicet hodie me
iam actualiter, & de præsentia existe-
re, quin de actuali existentia præsen-
tiaque mei in hodierna die, nouam ho-
die notitiam comparet.

Sed hæc
difficul-
tas nō est
nova.
S. Th.
315 Nobis autem non videtur
hanc difficultatem esse nouam, ut Iz-
quierdo indicat. Quia illam ex pro-
fesso tractant Theologi antiqui, quos
retulimus num. 246. & S. Thom. 1. p. q.
14. art. 15. ad 3. ubi ait. Et ideo conce-
dendum est, quod hæc non est vera, quid
quid Deus sciat, scit, si ad enuntiabi-
lia referatur, sed ex hoc non sequitur,
quod scientia Dei sit variabilis, sicut
enim absque variatione Diuina scien-
tia est, quod sciat unam, & eandem re-
quandoque esse, & quandoque non es-
se, ita absque variatione Diuina scien-
tia est, quod scit aliquod enuntiabile,
quandoque esse verum, & quandoque
falsum. Et idem docent plures num.
246. relati.

Deus nō
scit ab
æterno
Christum
natum,
in esse
enuntia-
bilis
316 Ex quorum doctrina ne-
gandum est Deum scientia enuntia-
bilium scisse ab æterno Christum na-
tum, sicut modo scit, ut expresse fate-
tur S. Thomas verbis adductis, & alij
Theologi relati, ex quorum doctrina
impugnatur sententia Thomistica. Nā
concedendum est, quod hæc non est vera,

quidquid Deus sciat, scit, si ad enun-
tiabilia referatur. Hæc vniuersalis est
S. Thomæ. Ergo ab æterno non fue-
runt futura in esse enuntiabilia Deo
in æternitate præsentia. Probatur con-
sequètia. Quia alias esset verum, Deus
quidquid scit, scit in esse enuntiabi-
lis, quod est contra Sanct. Thomam.
Scire enim ab æterno hanc esse ve-
ram in esse enuntialis. Christus natus
est.

317 Sed quo pacto cum hac
Doctrina componatur scientiam Dei
non variari? Explicant D. Thomas
in 1. dist. 38. quæst. 1. art. 2. dicendo.
Quod in qualibet cognitione potest
esse duplex modus, scilicet modus rei
cognitæ, & modus cognoscentis. Et
sic cum dicitur scientia quæ est de re
aliter quam sit, est falsa, & mutabi-
lis, si ad verbum aliter designet mo-
dum scientiæ, hoc enim nõ reperitur in
scientia Diuina, quia ex modo cog-
noscenti non cognoscit aliter facta,
quam faciendâ. Si vero designat mo-
dum scitorum, sic scientia Diuina
aliter cognoscit facta, quam facien-
da: quia cognoscit Christum na-
tum, & non Anti-Christum. Sed
hoc nõ est ex mutatione scientiæ,
sed scitorum. Et sic etiam respon-
dent Egidius, & alij, quos defendit
Franc. à Christo supra §. ad secundum.
Videatur num. 274.

318 Et rationem huius red-
dit Durandus supra. Nam Deus ab
æterno (inquit) scit Christum nasci-
turum pro tali tempore, & nasci pro
tali, & natum pro aliquo. Quod autè
hæc propositio Deus scit. Anti-Christi-
tum natum, non verificetur nunc, sed
potius sua cõrradictoria, scilicet Deus
nõ scit. Anti-Christum natum. Non
est propter principalem cõpositionè
verbi cum subiecto, sed propter tẽpus
connotatũ in materia verbi. Hoc enim
quod est natũ includit tẽpus præteri-
tum, circa natiuitatẽ Anti-Christi, quæ

Neque
ideo scien-
tia Dei
variabi-
lis.

Quia so-
lum va-
riatur tẽ-
pus con-
notatum.
Durand.

inclusio est falsa pro nunc, quia nunc
nõ est præterita: & ideo hæc Deus scit
Anti-Christum natum dicitur esse
falsa, non quia Deus nesciat natiuitate
Anti-Christi præteritã, pro tempore
pro quo erit præterita, sed quia impli-
catur falsè nunc esse præteritam, &
ideo nihil sciet Deus, quod modo
nesciat, nec econuerso, (scilicet in es-
se rei, & ex parte modi cognoscendi)
licet propositiones de scientia Dei
quædam verificentur modo, & quædã
postea, non propter variationem scien-
tiæ Dei, sed propter variam implica-
tionem temporum circa materiam ver-
bi, quod est dari variationem ex par-
te rei cognitæ.

Nam du-
plex veri-
tas eam
rationis
Egid.
D. Ans.

319 Accepit fortassis Duran-
dus hanc doctrinam ex Egidio in 1.
dist. 41. art. ultimo. Vbi distinguit cum
D. Anselmo lib. de veritate, duplicem
veritatem enuntiationis, secundum
quod ei duplex significatum competit.
Vna est cum significat, quod significa-
re accepit. Alia cũ significat ad quod
est facta. Nam Sortem currere signifi-
cat cursum in esse Sorti, & sic siue Sor-
tes currat, siue non; enuntiatio hanc
significationem retinet, & ab ea nun-
quam cadit: quia est immutabilis, &
ei veluti essentialis. Et hanc appellat
D. Anselmus significationem, quã sig-
nificare accepit, & Durandus princi-
palem compositionem verbi. Rursus,
licet Sortem currere semper significet
cursum in esse Sorti, aliquando hoc sig-
nificat Sorte currente, aliquando non
currente: & cum hoc significat Sorte
currente, tunc non solũ significat quod
significare accepit, videlicet cursum
in esse Sorti, sed etiam ad quod facta
est. Nam orationes affirmatiuæ, licet
significare acceperint rem esse, factæ
tamen sunt, ut hoc significent, quan-
do res sunt, & sicut est de affirmati-
uis, ita est de negatiuis. Et hæc sig-
nificatio est accidentalis orationi, in-
hærens ei mutabiliter, & secundum

vsus. Et hanc appellat Durandus mi-
nus principalem compositionem ver-
bi, per ordinem ad tempus connota-
tum in materia Verbi.

320 Vnde ait Egidius in
enuntiatione considerandum esse du-
plex tempus; vnum quod per se, & qua-
si essentialiter orationem respicit, &
hoc est illud, quod orationem immu-
tabiliter comittatur. Nam Sortem cur-
rere semper significat cursum de præ-
senti in esse Sorti, & Sortem currisse
semper significat Sortem de præteri-
to fuisse sub cursu, & sic accepto esse,
& currisse, quali essentialiter orationes
præsentis, & præteritas respiciunt.
Alterum tempus est, quod se habet
respectu orationis accidentaliter, &
mobiliter. Nam pronuntiare Sortem
currere quando currit, vel quando
non currit, tale tempus per accidens
se habet ad orationem. Vnde per se
loquendo non variatur oratio, ex eo
quod profertur re existente, vel non
existente.

Et du-
plex tem-
pus, essen-
tiale, &
acciden-
tale.

321 Igitur certum est Deum
ab æterno scisse omnia nobis futu-
ra, etiam enuntiabilia, ut sibi præ-
sentia ab æterno in suo esse. Quia sci-
uit Christum nasciturum tali tempo-
re, & natum esse post tale tempus (om-
nia hæc sibi sunt nota, quia in æter-
nitate præsentia) sed tamen quia ex
parte obiecti materialis, & ex parte
rei cognitæ Christi natiuitas dicit or-
dinem essentialem ad tale tempus, &
accidentale ad aliud, licet hoc totum
Deus, ut sibi præsens cognoscat in
suo esse: cognouit quidem ab æter-
no in sua æternitatẽ Christum nasci-
turum pro tali tempore, & an-
te illud illam enuntiationem ex par-
te rei cognitæ esse de futuro, licet
non sibi proprie futuram, & post il-
lud esse nobis natum; sed tamen quia
hæc variatio temporis est accidens
logicum respectu enuntiationis, &
non mutatur enuntiatione ad mutationẽ

Et varie-
tione tem-
poris enun-
tiationis,
veritas
variatur.

temporis, quod materia enuntiatio- nis importat, ideo scientia Dei non va- riatur, sed tantum res scita, & eius ve- ritas, quæ de materiali se habet ad scientiam Diuinam. Videantur dicen- da a num. 384.

DVB. VII.

An Deus cognoscat futura contin- gentia in decreto sua volunta- tis?

Explica- tur 322
tut 119-
lus.

CONSTAT ex dictis dubijs præcedentibus Deum cognoscere fu- tura, vt ubi præsentia in æternitate, non præsentia se tenenti ex par- te modi essendi rerum in se ipsis, sed ex parte modi essendi rerum in seip- so. Cum autem in ipso Deo sint plura prædicata in quibus possint esse, id cir- co nunc inquirendum est. In quibus prædicatis ea futura cognoscat? Et primo. An illa cognoscat in decreto? Et hoc dubium supponit Deum præ- diffinire omnes actus nostros liberos, saltem bonos efficaci decreto, quod late probatur in tractatibus de prou- dentia, & voluntate Dei.

CAP. I.

Proponuntur sententiæ, & modi, qui- bus defenduntur.

Alij di- cunt illa 323
cognosce- re in de- creto pro- xime.
Scotus.

PRIMA sententia affirmat Deum cognoscere futu- ra contingentia in de- creto efficaci suæ voluntatis. Ita Scotus in 1. dist. 39. q. 1. §. Viso de contingentia, vbi communiter eius discipuli, licet aliqui dicant in reportatis in 1. dist. 38. q. 1. hanc sententiam sibi non placuisse, & priori loco §. Vel aliter aliam via

infra ponendam aggrediatur. Fœlix de scientia cap. 5. diff. 3. n. 4. licet num. 8. & 9. hanc sententiam modificet. Et eidem sententiæ adhærent recentio- res Thomistæ, quos referunt, & sequuntur Viues totus tomo de primatu Diui- nae libertatis. Michaelius 1. p. q. 14. art. 13. dub. 2. Prado in metaphys. p. 1. controu. 12. art. 1. §. 2. Gonet fere in to- to tractatu de scientia Dei. Sylua 1. p. q. 14. art. 13. dub. 9. Bona spes disp. 10. dub. 4. resolut. 3.

Fœlix.
Viues.
Michael.
Prado.
Gonet.
Sylua.
Bona spes.

324 Secunda sententia affir- mat Deum cognoscere futura contin- gentia in suo decreto efficaci, tan- quam in causa remota, proximè autem illa cognoscere in se ipsis. Sic videtur sentire Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 18. memb. 3. Et expressè Vazquez 1. p. disp. 66. cap. 2. Aluiz disp. 6. sect. 8. num. 14. Alarcon disp. 2. cap. 6. & alij, quos sequitur Arrubal disp. 43. cap. 2.

Alij so- lum remo- te.
Molina.
Vazquez.
Alarcon.
Arrubal.

325 Tertia sententia affirmat Deum cognoscere futura contingen- tia in suo decreto efficaci, sed non omnia. Ita Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum cap. 4. Granados tract. 4. de scientia Dei disp. 4. sect. 3. Ruiz disp. 26. de scientia sect. 3. Pen- notus lib. 3. de auxilijs cap. 21. Herice disp. 6. cap. 3. num. 52. Ex suppositio- ne quod datur prædiffinitio efficaci: & plurimi alij. E quibus Suarez so- lum extendit hanc cognitionem ad fu- tura contingentia supernaturalia, Gra- nados autem extendit illam ad om- nia futura contingentia bona. Ruiz vero illa extendit ad omnia futura contingentia mala, quæ (inquit) possunt cognosci in decreto permis- suo.

Alij cog- noscere aliqui. Suarez. Granad. Ruiz. Pennot. Herice.

326 Differunt vero harum sen- tentiarum Doctores in explicando na- turam, & modum decreti. Nam Tho- mistæ dicunt hoc decretum esse an- tecedens consensum voluntatis crea- tæ, & ex se efficax, requirique ad actus ced.

Sed Tho- mistæ di- cunt de- cretum ef- ficax, & ante- cedens.

bonos, & ad materiale peccati, & mā- dari executioni media physica præ- determinatione essentialiter connexa cum actu, & sic decretum non depen- dere ab vsu voluntatis creatæ præui- so: sed potius præuisio futuri consen- sus præsupponit necessario decretum, prædiffiniens actus bonos, quoad om- nes circumstantias, & malos quoad omnia physica.

Et etiam Scotistæ, sed diuer- so modo.

327 Scotistæ autem, vt plurimū docent hoc decretum esse efficax an- tecedenter ad consensum voluntatis, sed non mandari executioni media physica prædeterminatione essentialiter connexa cum consensu, vt dicunt Thomistæ; sed vt dicunt alij medio decreto executione Dei, cui volun- tas creatæ obtemperat, & obedit prop- ter naturalem sympathiam, & subor- dinationem, quam ad ipsum habet, non secus ac membra externa ad vo- luntatem: vel vt dicunt alij per con- cursum vniuersalem, qui est prior in operando prout à Deo, quam prout à creaturis: vel vt alij per actus inde- liberatos, & prædeterminationes in- fallibilizantes, quos reuli disp. 1. num. 474.

Alij di- cunt esse consequens, vsu lib.

328 At auctores secundæ, & ter- tiæ sententiæ dicunt tale decretum nō esse antecedens, sed consequens vsu nostræ libertatis, præuisum per scien- tiam mediam sub cōditione futurum. Ideoque auctores secundæ sententiæ dicunt decretum esse medium remo- tum, & ipsa contingentia videri in se ipsis vltimo; & tanquam in ratione proxima. Auctores vero tertie dicunt decretum esse etiam medium proximum. Differunt etiam in eo quod ali- qui dicunt, hoc decretum, supposita scientia media, esse ex se efficax, licet executioni mandetur per media in- differentia, præuisa habitura effectum per scientiam mediam. Alij vero di- cunt non esse ex se efficax, sed aufe- ribile à voluntate per dissensum, per

quem potest auferre scientiam me- diam, ac proinde semper est efficax per ordinem ad voluntatem creatam, & dependenter ab illa, vt præuisa be- ne vsura auxilio.

329 Quarta sententia negat Deū cognoscere futura contingentia in gāe Deū decreto efficaci suæ voluntatis. Ita cognosce- Ocham, & Gabriel in 1. dist. 38. q. 1. recōting. Noster Ariminensis ibidem q. 2. art. in decreto 2. Aluertinus q. 2. Theologica 2. corollar. ex 4. principio philosophico numero Osborn. 9. Et videtur mens nostri Puteani Gabriel. 1. p. q. 14. artic. 13. dubitat. 2. §. alij Arim. respondent. Et Noster Mendoza q. Aluert. 7. Scholastica conclus. 3. Aldrete dis- put. 25. section. 1. præcipue numero 15. & 8. Aldrete.

330 Quinta sententia affir- mat Deum cognoscere futura con- tingentia in sua essentia, & in suo ef- ficax non se, & ideis post decretum, ita vt de- cretum non sit medium cognoscen- di per quod futura cognoscuntur, sed si nequo non cognoscuntur. Ita Gerard. noster Gerardus in 1. distinct. 38. q. Ruiz. 1. artic. 1. Et sic sentiunt etiam Ruiz, Cornesjo. Coqnejo 1. part. quæst. 14. art. 13. dis- put. 2. dub. 6. Fœlix numer. 8. & 9. Villegas Villegas controu. 4. dis- put. vltima cap. 4. & controu. 3. cap. 1. Vbi plurimos refert, estque mens Ægidij latè du- bio sequenti explicanda. Neque aliud, vt credo, intendunt Thomistæ.

CAP. II.

In decreto non cognoscantur futu- ra contingentia, licet non cog- noscantur absque de- creto.

331 NOBIS dicendum vide- tur futura contingen- tia non cognosci in ipso decreto, vt in medio, licet non possint cognosci absque decreto. lib.

Deum nō cognosce- re conting. in decret. prob. ex lib. Est

Est contra primam sententiam, & id docent alie sententia. Probatum com muniter hac conclusio ex ablatione libertatis. Quia decretum, prout ab Scotistis, & Thomistis ponitur, est in impedibile a voluntate creata, cum non sit in eius potestate, ne sit. Quia nō potuit impedire, ne ab eterno Deus illud decretum habeat. Neque etiam est in eius potestate, ut postquam se mel, est non habeat effectum, cum sit essentialiter connexum cum consensu: & sic si nō potest impedire ne sit decretum, nec potest etiam impedire ne sit consensus, essentialiter connexus cum ipso.

Quia in voluntate non est potentia ad omiff.

332 Explicatur hoc aliter. In voluntate creata (hoc decreto admisso) nō est potentia activa ad omiffionem dissensus prædissimulati, nec cum decreto, nec cum carentia decreti. Non cum decreto. Quia non est possibilis omiffio cum consensu essentialiter illato a decreto. Nec cum carentia decreti. Quia non est possibilis in voluntate creata virtus ad auferendum decretum. Ergo in voluntate creata non est possibilis potentia ad omiffionem consequenter ponendam in aliquo sensu. Quia hæc solum potest esse in ipsa, vel ad omiffionem ponendam consequenter cum decreto, vel cum carentia decreti: cum inter decretum, & eius carentiam non detur medium.

Neque satisfacit potentia consequ.

333 Neque euaditur difficultas a Prado supra §. 3. a num. 149. dicendo hanc impotentiam esse consequentem, quia, ut ipse docet num. 141. modus causæ proximæ non repugnat cum modo causæ primæ, sed ab illo deriuatur: quod latissime ibi probat. Nam hoc certissimum cum sit, explicandum restat. Quo pacto possit decretum causæ remotæ dare libertatem causæ proximæ, si in ea non relinquit potentiam ad ponendam omiffionem cum decreto, nec cum carentia decreti.

334 Si autem dicatur cum Scotistis hoc decretum non habere connexionem essentialem cum consensu. Quia medium per quod executioni mandatur illam connexionem non habet: iam decretum non potest esse medium infallibile ad cognoscendum in eo consensum infallibiliter futurum.

Si dicatur decretum non connecti cum cons.

335 Vnde contra utrosque sic arguit noster Arminensis supra, cum Ochamo. Vel decretum auferat contingentiam a voluntate creata, vel non? Si auferat, non potest esse medium, ut in eo cognoscantur futura contingentia. Si non, ergo sicut in ipsis causis proximis: quia medium indifferens sunt, non possunt cognosci contingentia futura, ita neque in decreto.

Non poterunt in eo cognosci fut. conting. Armin.

336 Neque euaditur difficultas ex prælucentia scientiæ mediæ, ut putant auctores secundæ, & tertiæ sententiæ. Quia vel tale decretum ex se, & natura sua est impedibile a voluntate creata, vel non? Si non. Ergo etiam si præcedat scientia media de futuratione consensus liberis sub conditione, voluntas in statu absoluto non operatur libere. Nam quoties in statu absoluto ponitur aliquod principium in auferibile a voluntate: quod non fuit positum ex parte conditionis in statu conditionato, auferatur libertas actus, qui alias esset libere a voluntate. Si est impedibile, ergo non est medium infallibile ad cognoscendum consensum infallibiliter futurum, quia poterit non esse consensus, qui potest impediri a voluntate impediendo decretum. Videatur Aldrete supra, & sectionibus sequentibus.

Nec sufficit prælucentia scient. medi.

337 Nec satisfacit, si dicas decretum esse essentialiter connexum ex se cum consensu, & auferibile, & impedibile a voluntate in aliquo antecedenti, scilicet in scientia media. Nam cum voluntas creata possit impedire scientiam mediam, potest etiam impedire ne sit decretum.

Nec auferibilitas in anteced.

Quia nō datur.

Molina

338 Sed imprimis nos posse impedire scientiam Dei, & facere, ut nō sciuerit quod ab eterno sciuit libere futurum, licet placuerit aliquibus antiquis, miratur tamen, & merito Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 16. §. miror, quod illi amplexati fuerint talem sententiam, quam §. sententia hæc, appellat paruum consentaneam, tum litteris sanctis, tum altitudini, certitudini, ac perfectioni Diuinae scientiæ. Et ex se difficile ad modum videtur dari in nobis potentiam ad præteritum, & maxime Diuinum, quale est scientia Dei. Ideoque hoc impossibile esse late probabitur tract. de prædest. quod non solum nos hoc non posse efficere, sed neque Deum, late cum S. Thoma probat Molina supra. De quo disputare nō est huius loci. Videatur dicta disp. 1. a num. 284.

Et scient. medi. necessaria ad operandum. Viues.

339 Deinde, quia, ut late probat Viues disp. 9. dist. 7. scientia media iuxta eos, qui illam admittunt, est simpliciter necessaria ad nostros actus liberos exercendos, ut ipse ostendit (ex eorum qui scientiam mediam admittunt sententia) a num. 153. Id autem quod est simpliciter necessarium ad aliquem actum, impossibile est esse effectum talis actus, & ab eo dependere, ut ostendimus disp. 1. num. 594. Et pater, quia principium meriti non potest cadere sub merito, nec virtua potentia potest esse effectus visionis, & sic de alijs. Vnde si scientia media est principium, & prima regula nostrorum actuum liberorum, impossibile est dependere eius existentia a nostris actibus liberis. Quod ex alijs capitibus probat Viues supra numer. 154. Quare citato loco, & disp. 11. dist. 4. probat prædictus auctor, decretum Diuinum purificandi conditionem, aut dandi vocationem congruam (etiam admissa scientia media) esse iuxta eam necessario requisitum ad operandum, & nullo modo esse in potestate volun-

tatis creatæ: & sic eadem difficultas manet in decreto poenes tollere libertatem nostram, siue non ponatur scientia media, siue ponatur. Vide Esparzam lib. 1. q. 36. ar. 16.

Et in auferibilis. Suarez.

340 Tertio. Quia, ut arguit Suarez apud Viues citata disp. 4. num. 86. vel voluntas creata potest impedire decretum, ut præmissa operatura per scientiam visionis? Et sic non. Quia talis scientia supponit in Deo essentia liter tale decretum. Ergo non potest auferre decretum propter dicta num. præcedenti. Quia decretum essentialiter requiritur ad operandum absolute. Aut, ut præmissa operatura per scientiam mediæ? Et sic multo minus. Quia illa operatio non intelligitur ut simpliciter futura, quia conditionalis nihil ponit in esse. Imo, si solum posset voluntas creata impedire decretum in statu conditionato, & non in absoluto, & dumtaxat hoc modo saluaretur libertas creata, solum haberet homo meritum conditionatum, non absolutum, quod dici nequit.

Si recurratur ad media in diff.

341 Quare respondent alij, ideo scientiam mediam, & decretum per illam regulatum non auferre libertatem, quia licet voluntas non possit impedire decretum, ne sit, neque ipsum frustrare, quando est: tamen cum scientia media, & decretum sint causæ remotæ, & operentur per mediæ proximam, ex se indifferentia, ideo in demerit seruat libertatem creaturæ.

Argumentum sit inefficax.

342 Hæc solutio non potest mihi displicere, quia cum S. Thoma, & Egidio vultum sum disp. 1. a numer. 336. A tamen iam etiam Thomista, & Scotista dicent decretum a se positum executioni mandari per mediæ ex seruantia iura libertatis, & sic tota huius difficultas reducitur ad hoc punctum, quod non est huius loci examinare.

Quare omittitur.

343 Propter hoc, & quia propositum argumentum non probat directe

futura non cognosci in decreto, sed potius probat non dari tale decretum in Deo: ideo relicto hoc medio, aliter à nobis probanda est prædicta conclusio.

Prob. sct. negativæ. S. Thom. Egid. Michael. lius. Concl.

344 Et in primis ab argumento negatiuo. Quia S. Thomas, & Egidius cum sæpe hoc punctum attigerint, nunquam dixerunt Deum futura cognoscere in decreto, sed in æternitate. Et licet Michaelius hic dub. 2. & Gonet etiam hic adducant plura testimonia S. Thomæ, vt probent Doctorem Sanctum hoc sentisse. Tamen ea solum probant necessarium esse decretum, vt illa cognoscat, quod nullus negat, non quod decretum ipsum medium sit cognitionis Diuinæ. Quinimo in d. st. 38. q. 1. art. 5. ait decretum ex se esse causam remotam, & modificari a causis secundis, sicut influxus solis: quod etiam docet alijs in locis.

Et ex carentia continentia.

345 Secundo probatur conclusio argumento positivo ex carentia continentia intelligibilitatis creaturarum, & desumitur ex Egidio de laudibus Diuinæ sapientia cap. 16. Quia ad hoc, vt vnum cognoscatur in alio, tanquam in medio cognitione perfecta, requiritur, & quod medium habeat connexionem cum re cognita, & quod perfecte contineat intelligibilitatem illius: decretum autem esto habeat connexionem cum futuro contingenti, non continet perfecte eius intelligibilitatem. Quia decretum in suo essentiali conceptu dicit amorem necessarium: connotando futuritionem contingentis: amor autem, vt amor non continet intelligibilitatem rerum, neque illas repræsentat, aut significat.

346 Respondet noster Bernardinus hic in manuscriptis, decretum efficax includere in suo conceptu essentiali Diuinam, & hanc continere intelligibilitatem creaturarum, hocque docere omnes Theologos.

347 Sed contra. Quia licet omnes

Theologi dicant decretum Dei includere amorem necessarium, nullus tamen dicit includere essentiali Diuinam, nisi vt principium remotum volendi: quo pacto solum includit perfectionem generis volitui, in quo nulla continetur intelligibilitas creaturæ, sed dumtaxat latio amantis, & propensio in rem amatam, & determinatio Diuinæ artis ad hanc, vel illam rem.

Neque. creatum in cludis. sentiam Dei.

348 Secundo. Quia iam decretum non est ratio cognoscendi futura, sed essentia Diuina est medium in quo res futuræ repræsentantur, vt illius imitationes, & decretum solum est determinatio repræsentationum. Ex quo solum fit, sine decreto non posse cognosci futura, non vero in ipso futura cognosci.

Alio. quia des. trahitur sent. appo. sita.

349 Secundo potest responderi quod licet in solo decreto non possint cognosci alia futura, posse tamen cognosci actus voluntatis creatæ, vt futuros. Quia isti sūt speciales participationes actus liberi Dei, & in eo specialiter continentur. Sic modernus quidam.

Nec actus voluntatis in decreto continetur.

350 Sed contra. Quia saltem nõ cognoscit Deus actus liberos nostros, qui sūt virtutes intellectuales, vt actus fidei: quia isti, licet quoad libertatem sint participationes actus liberi, non tamen quoad substantiam.

Saltem intellectuales.

351 Secundo. Quia licet actus voluntatis creatæ sit specialis participatio actus liberi Dei, & hac ratione contineatur in eo, vt talis perfectio specifica est, tamen, vt est ens non continetur in actu libero Dei, sed in omnipotentia, & vt est quid artificiale non continetur adæquate in actu libero Dei, sed in idea, & arte Diuina. Ergo vt futurus non continetur actus liber creatus in solo actu Diuinæ voluntatis, neque in eo solo potest cognosci.

Præcipue vt entia sunt.

352 Tertio probatur conclusio

Prob. ex reflexione.

ex reflexione, qua solum potest cognosci decretum. Nam si futura contingentia solum cognoscerentur in decreto, vt in medio, Deus non posset cognoscere futura, nisi actu reflexo: consequens est falsum. Ergo, & antecedens. Sequela probatur. Quia decretum non potest cognosci a Deo nisi reflectendo supra suum actum. Minor probatur. Quia non posse cognoscere aliquod obiectum nisi per reflexionem est imperfectio cognoscentis, vt quod intellectus noster pro hoc ita non possit cognoscere particulam directe, vt Angeli, & Deus ita Egidius, & S. Thomam, ori ut ex potentialitate intellectus. Qua ratione ab hac sententia recessit Scotus S. vel aliter.

Non possunt tamen futuræ sine decreto cognosci.

353 Verum est futura contingentia non posse cognosci in aliqua perfectione Diuina absque decreto. Quia perfectiones Diuinæ determinantur, & extenduntur ad tempus, suntque formaliter practicæ ratione decreti, & sic absque decreto contingentia futura esse non possunt, neque cognosci, vt talia.

CAP. III.

Solvuntur argumenta.

Obijcit. testim. P. Aug. Vines.

354 **O**BIICIT primo Vines disp. 1. dist. 2. §. 2. aliqua testimonia P. Augustini de prædest. Sanctorum cap. 10. vbi loquendo de promissione Dei, facta Abrahamæ ait. Non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Promissit enim quod ipse facturus erat, non quod homines, quia, & si faciunt homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit, vt ille faciat, quæ præcepit, non illi faciunt, vt ille faciat, quod promissit. Et idem habet de corrept. & Gratia

cap. 12. Et citato cap. 10. de prædest. ait, prædestinatione Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus. Unde dicitur est fecit, quæ futura sunt, scilicet Esai 45.

355 Secundo obijcit testimonium ex lib. 26. contra Faustum cap. 4. Quod etiam ponderat Michaelius. Quid de Elia factum sit nescimus, illud sane scimus hoc de illo factum, quod Dei voluntas habet.

Michael. lius.

356 Sed hæc, & alia testimonia solum probant nihil esse futurum absolute ante decretum Diuinæ voluntatis, quod solum intendit Vines, & nullus negat, licet nominales negasse dicantur, non autem probant futura in ipso decreto, vt in medio cognosci.

Quæ pro bnt nihil futurum sine decreto.

In primo ergo testimonio in endit S. Doctor contra Semipelagianos, & Missilenses necessariam esse gratiam specialem ad bene operandum, & quod omnia opera bona originem ducunt ex prædestinatione, seu proposito Dei, & ex Dei omnipotentia: licet differant in explicando eo in quo tale speciale beneficium gratiæ consistat, vt attigimus disp. præcedenti numer. 881. In secundo testimonio docet Deum prædestinatione sciuisse, quæ futura sunt: quia prædestinatio est præscientia & præparatio beneficiorum Dei. De quo citato loco. Non ait autem P. Augustinus in prædestinatione, sed prædestinatione, quia illa non in illa futura præsciuit. Tertium testimonium probat nihil esse futurum sine voluntate Dei, & hoc esse futurum, quod illa præparauit, & disposuit, quod non negamus: neque aliud probant testimonia Sacræ Scripturæ, & Patrum, quæ adducunt Thomistæ, quare omittuntur.

357 Secundo obijcit à S. Thoma. Essentia Diuina antecederet ad decretum non est sufficiens medium ad cognoscendam determinatam futuritionem contingentium. Ergo necessarium est decretum, vt cognoscantur. Et confirmatur. Quia quod futurum

Obijcit. necessarium esse decretum. à S. Tho.

fit determinate futurum, & nō maneat in statu meræ possibilitatis, non est prædicatum necessarium, sed contingens. Ergo debet reduci talis futuritio in primam causam contingentia, quæ est Diuina voluntas.

Sed non ut mediz sed, vnde de terminatio.
358 Respondeo concessio antecedenti, distinguendo consequens. Et go necessarium est decretum, vt cognoscantur, tanquam medium cognitionis nego, tanquam determinatio medij cognoscendi concedo. Et id voluit S. Thomas pluribus in locis ab hoc auctore relatis. Ad confirmationem concessio antecedenti etiam concedo consequentiam in sensu dicto. De quo *dub. sequenti, & nam sequenti.*

359 Tertio obijcit. Futura contingentia in ea causa debent cognosci tanquam in medio, à qua habent determinationem. Sed hæc est decretum Diuinae voluntatis. Ergo in eo debent cognosci.

In sufficiens ad cogniti.
360 Respondeo negando maiorem. Quia, vt futura cognoscantur nō sufficit causa determinationis, sed necessaria est causa cognoscibilitatis, vt probauimus *num. 345.* vel (quidquid sit de maiori) distingo minorem, & concedo decretum esse causam determinationis in adæquatam, licet principalem, & nego esse causam adæquatam: quia hæc constat ex idea, tanquã ex causa directiua, & ex omnipotentia, tanquam ex causa effectiua, imo etiam est causa secundaria voluntas creata, ante cuius determinationem non potest adæquate futuritio cognosci.

Obijcit.
361 Quarto obijcit Noster Bernardinus. Deus volens efficaciter conuersionem Pauli, verbi gratia, habet esse connexionem cum illa: & aliunde continet quidquid perfectionis est in intelligibilitate motiua ipsius conuersionis actualis. Ergo potest illam certo cognoscere in sua voluntate.

362 Respondeo ex dictis negando antecedens, quoad secundam partem. Vel secundo potest dici decretum non tam habere connexionem cum actu conuersionis liberæ, quam illam includere saltem de connotato extrinseco: quia vt diximus *tract. de voluntate Dei* decretum dicit in recto actum necessarium volitionis Diuinae connotando futuritionem rei: vnde vt intelligatur decretum Dei immutabile, & invariabile, & omnino constitutum in esse voluntatis consequentis, debet intelligi futuritio rei, vel res futura & consequenter debet intelligi res nobis futura præsens Deo in æternitate secundum modum essendi, quem habet in esse Diuino, vt dictum est *dub. precedentium. 310.* cum D. Anselmo adducto ab ipsis Thomistis pro sua sententia. Et ob hanc causam S. Thomas, & Egidius dicunt, vsque dum res sint præsentis æternitati, non esse intelligibiles. Quia vsque intelligatur talis præsentia, solum intelliguntur, vt futura, & vt futura non habent veritatem determinatam: nec decretum immutabilitatem. Vide *num. 308.*

363 Quod si dicas decretum esse causam efficiētē futuritionis rei, quia illam effectiue causat. Ergo ante futuritionem rei intelligitur existens decretum. Ergo futuritio ad decretum non intrat, vt constitutum, neque de connotato.

364 Respondeo distinguendo duplicem futuritionem rei. Alteram in esse ideali, obiectam immediate Diuinae cognitioni, vt representatam in esse Diuino. Alteram, vt exercitam comparatione ad propriam mensuram rei, quæ dicitur futura, quæ est effectus prioris: & prior est obiectum decreti, posterior vero effectus. Quod sic explico. Idea Diuina representat rem creatam, vt futuram, si determinetur à Diuina voluntate, & ordinetur ad opus ab ipsa. Quare representatio cō-

Verum est ratio ne præscient.

Dicis ante futuritionem esse decret.

Verum est de exercita non de ideata.

uersionis actualis Pauli ab his causis, & eius existentia, & futuritio præcedit vt obiectum, & materia volibilis, ad decretum: & solum expectat determinationem voluntatis Diuinae, determinatæ ad ipsam, vt repræsentetur absolute futura. Quia solum expectat purificationem conditionis, vt repræsentetur futura absolute. Posita autem tali determinatione, iam intelligitur ex parte obiecti futura conuersio, in esse representatiuo, & decretum constitutum per ordinem ad suum obiectum, & vt causa efficiens futuritionis exercitæ conuersionis, & prior illa in genere causæ efficientis: & sic intrat futuritio ideata ad constitutionem decreti, vt obiectum connotatum intrinsece, & est prior illo, veluti in genere causæ materialis, & obiectiua, & futuritio exercita, vt effectus decreti, & vt connotatum extrinsecum. Et sic saluatur quomodo dicat P. Aug. *num. 256.* relatus, cum Esaia, quod Deus fecit ab æterno, quæ futura sunt: & disposuit in se, quæ facturus erat in tempore. Quod etiam docent alij PP. *num. 287.* explicati, & etiam saluatur. Quomodo voluntatis Diuinae actus non specificentur à creaturis, sed ab ipsa bonitate Diuina: & Deus velit omnia in se, & propter se: & secundum quod sunt in se ipso. Ex quo facile etiam deducitur quo pacto scientia approbationis sit causa rerum. Nā hoc ipso quod Deus complacet in scientia illa de futuritione ideata, quæ formaliter est speculatiua, & virtualiter practica, extenditur ad opus, & fit actu, & formaliter practica. Videatur Egidius *quodlib. 3. q. 4.*

Egid.

365 Et amplius explicatur quomodo scientia approbationis, seu beneplaciti sit causa rerum. Quia licet scientia simplicis notitiæ solum sit causa sine qua non, vt ibi explicat Egidius, tamen scientia simplicis notitiæ, quæ ex se est indifferens, per ele-

ctionem Diuinae voluntatis determinatur, & ordinatur ad opus, vt illud faciat, & vt det futuritionem exercitam in seipso operi, vt videtur velle ibi Egidius. Quæ scientia approbationis, seu approbata, vt trum sit dicenda scientia visionis? Quæstio videtur de voce. Pars autem affirmatiua non videtur esse contra Egidium *loco citato.*

DVB. VIII.

An Deus cognoscat futura contingentia in suis ideis practicis?

366 **C**ONSTAT ex dubijs *vt titulus precedentibus* Deum cognoscere futura contingentia, non vt futura, sed vt præsentia tibi ab æterno: & hanc præsentialem non habere creaturas secundum modum essendi in se ipsis: quia secundum hunc modum producuntur in tempore, neque prout præcisse sunt in decreto: quia decretum secundum quod tale non continet intelligibilitatem creaturarum, idque circo nunc inquirimus. An Deus cognoscat futura in ideis practicis? Id est in ideis, vt determinatis per voluntatem Diuinam?

367 Ideæ autem (vt ex P. Augustino *lib. 83. questionum q. 46.* docet Egidius in *1. dist. 36. q. 2. art. 1.*) licet iuxta nominis ethymologiam, & secundum proprietatem vocabuli, sint *forma, vel species*; tamen secundum rei veritatem etiam possunt dici *rationes*. Ideoque ideæ dicuntur *forma, vel species* in intellectu existentes: quæ sunt rationes exemplares instar quarum aliqua producuntur. Cum autem in intellectu Diuino nullæ species sint, sed ipsa essentia Diuina sit Diuino intellectu forma, instar cuius creatu-

rae producuntur ab ipso, fit, ut idea in Deo nihil aliud sint, quam ipsa essentia Divina, non secundum se, sed secundum quod est imitabilis a creaturis, & cum quibusdam respectibus rationis ad ipsas: ut cum Egidio docent plurimi. Igitur dubium inquit. An Deus cognoscat futura contingentia in ideis, seu in essentia Divina sub habitudine ideae?

368 Rursum compertum est Deum non cognoscere res absolute futuras in ideis, secundum se simpliciter, & ut est in ideis sunt obiectum scientiae merae speculativa. Hoc docet Egidius in Ep. ad Rom. cap. 9. lect. 30. circa finem dubij secundi. Quia scientia speculativa non fatiatur est causa rerum, qui tunc simul fierent absoluta. Quare non bene impugnant Egidium, Cornejo, Sylva, Gonet, & communiter recitantes putantes Egidium dixisse Deum cognoscere futura absolute in ideis speculativis, antecedenter ad decretum, quod ipse, nec alius docuit. Ideo dubium procedit de ideis practicis, prout habent ad iunctum decretum: & inquitur. An Deus in illis cognoscat futura contingentia?

CAP. I.

Idea sunt Deo ratio cognoscendi, non respectu actus intelligendi Dei, sed respectu cognitorum.

369 PRIMA sententia negat. Ita aliqui antiqui apud Egidium infra referendum. Scotus in 1. dist. 39. §. contra omnes. Noster Ariminensis in 1. dist. 39. q. 2. art. 2. Aluertinus q. 2. Theologica in 2. cor. lex 4. principio philosophico num. 12. Noster Putcaus 1. p. q. 14. art. 13. dubitat. 2. §. tertio alij. Ram relect. de infallibilitate cognitionis Di-

uina. conclus. 2. fol. 31. Felix de scientia cap. 5. diff. 4. numer. 2. Vbi plures refert. Bricennius contron. 11. art. 3. & plures alij.

370 Differunt autem huius sententiae Auctores in motivo, propter quod defendunt hanc sententiam, quia antiquiores illi, quos Egidius refert, ideo defendunt hanc sententiam, quia dicunt ideas non posse esse rationem cognoscendi, sed res cognitae, quia alias aliquam actualitatem darent intellectui Divino. At Scotus, & alij ideo defendunt hanc sententiam, quia putant ideam solum representare contingitiam, ut possibilis, non ut futura, vel ut existentia. Cum idea solum representent res incomplexas, a complexione earum cum futuritione, ideoque non possunt ante decretum representare res, ut futuras. Quae etiam fuit sententia Aureoli, apud nostrum Gerardum, infra referendum.

371 Secunda sententia affirmat. Ita D. Bonau. in 1. dist. 39. art. 2. q. 3. D. Thom. in 1. dist. 36. q. 2. art. 1. & 1. p. q. 14. art. 13. vbi Caietanus §. ad huius difficultatis. Capreolus in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. vbi etiam Soncinas q. 2. §. 1. spondeo negatur. Ferrara 1. contragent. cap. 66. §. secundo scientia. Zumel, Bañez, Nazarius, Albelda, Ripa, quos referunt, & sequuntur Carmelitani hic tract. 3. disp. 7. dub. 3. Sylva 1. p. q. 14. art. 13. dub. 5. Altitudorensis, Alensis, Albertus, Ricardus, Henricus, Deza, Michael de Bononia, & plurimi alij apud Villegas contron. 3. disp. 4. cap. 1.

372 Ex nostris Egidius in 1. Ex Augustina dist. 36. q. 2. art. 1. & quodlib. 6. q. 1. Gerardus Senensis in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. §. ad hoc respondent, vbi hanc sententiam defendit, ut genuinam S. Thom. Gerard. & Egidij, Argentinas in 1. dist. 40. q. 1. art. 3. ad argumenta inducunt pro erro Tolertan. re Cicronis. Tolertanus in 1. dist. 35. q. Franc. à Christo christo dist.

Felix, Bricenn. Aureol. Alij quia idea non sunt rationes cognoscendi.

Saltem complexo.

Affirmat alij.

D. Bon. D. Tho. Caietan. Capreol. Soncinas Ferr. ira. Carmelit. Sylva.

dist. 36. de ideis q. 4. Sciera d. si. 35. quae dist. 25. Lusitanus lib. 5. quae est. 16. art. 2. §. 4. numero 18. in fine, & sequentibus, & art. 3. p. s. sim, praecipue numero 39. & q. 18. art. 5. §. 3. num. 22. Mendoza q. 7. Scholastica, conclus. 3. Vbi ait, quod haec sententia asseritur in vniuersum a Theologis, & a Sanctis Patribus. Aluiz tract. 1. disp. 6. sect. 7. num. 14. Coelestinus quodlib. 13. disp. 2. cap. 2. §. 2. num. 4.

373 Ex alijs Molina in cons. cont. 1. 14. art. 13. disp. 48. Suarez lib. 1. de scientia futuror. cap. 4. numer. 5. & 7. Amicus hic, disput. 12. sect. 6. num. 121. Licet isti Doctores dicant ideas non esse rationem obiectivam determinantem scientiam Divinam ad cognitionem, sed ipsam determinationem Dei, & creature.

374 Nobis dicendum primo, ideam esse Deo rationem cognoscendi, non respectu intellectus Divini, sed respectu cognitorum. Est contra illos antiquiores, quos refert Egidius, pro prima sententia. Et id defendunt Auctores secunda sententiae, praecipue noster Franc. à Christo supra q. 4. Vbi hanc conclusionem defendit ad mentem S. Thomae de veritate q. 3. art. 2. & Egidij, & Gabrielis.

375 Et quidem ideam esse Deo rationem cognoscendi, expresse docet P. Augustinus lib. 83. questionum q. 46. vbi postquam late explicuisset. Quid sint ideae? Ait. Has autem rationes vbi arbitrandum esse nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extrinsece quid quare positum intuebatur, ut secundam id constitueret (ideest praediffiniret) quod constituerat. Nam hoc opinari sacrilegum est. Sentit ergo Deum in suis ideis cognovisse quid quid praediffiniturus erat, siue naturale, siue contingens: & oppositum opinari esse sacrilegum. Idem docet 11. de Civitate cap. 10. & 5. de Cens. ad litt. cap. 13. De primis (inquit) ergo illis Divinis in com-

mutabilibus; aeternisque rationibus, quoniam ipsa Dei sapientia per quam facta sunt omnia, priusquam fierent, ea noverat: sicut scriptura testatur. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quis ergo tam sit de mens, ut dicat non ea Deum fecisse, quae noverat. Porro, si noverat, vbi nisi apud ipsam; apud quem verbum erat, per quod facta sunt omnia? Nam, si extra ipsam ea noverat, quis eum docuerat? Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, ut quis prior dedit illi, ut retribueretur? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Vbi Augustinus expresse totam posuit nostram sententiam, & probavit. Nam dicit, in rationibus idealibus, quae sunt aeternae, & incommutabiles, Dei sapientiam omnia novisse, scilicet omnia factibilia, siue necessaria, siue contingentia; alioquin non omnia novisset, quae facta sunt. Aitque id testari Sacram Scripturam, cum ait, omnia per verbum, ideest per artem Divinam facta sunt, & sine ipso factum est nihil; aitque demeritiam esse dicere Deum non ea fecisse, quae noverat apud ipsum verbum incommutabile, & invariable, aeternaeque rationes. Ex quo deducit non praecessisse aliud obiectum, quod ipsi ostenderet faciendum, nec aliquem prius dedisse Deo, ut retribuat danti. Et reddit rationem ex Apost. ad Rom. 11. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Omnia (inquit) tam naturalia, quam contingentia sunt ex ipso tanquam ex prima radice, & principio finali, & efficienti, & per ipsum tanquam per primum movens, & in ipso sunt tanquam in primo artificio.

376 Ex quibus aperte deducitur Deum non regulari ad operandum scientia naturali, qua cognoscat contingencia vt factibilia, in se ipsis, nec scientia mediā, qua cognoscat contingencia sub conditione futura, sed sapientia, qua cognoscat ipsa contingencia, vt factibilia à se, in se ipso, & in ideis determinatione libera creaturarum rationalium. Primo, quia P. Augustinus ait, Deum omnia in illis incommutabilibus rationibus nouisse. Ergo non in se ipsis per scientiam, vel cognitionem naturalem extra ipsum. Secundo, quia ait illam notitiam esse sapientiam, idest cognitionem rerū nā per altissimas causas, idest, per ideas incommutabiles. Rursus, si illa notitia esset scientia mediā, rationes illae incommutabiles non essent. Quia expectarent consentum liberum creaturæ, vt repræsenterent, nec ipsa notitia esset sapientia, nec vere diceretur ab Apostolo, & Augustino. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Prius enim creatura daret Deo suum consentum, sub conditione, vt ei posset retribui absolute. Nec haberet locum probatio illa. *Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Non enim omnia ex ipso. Quia consensus ille sub conditione futurus esset ex creatura, determinante indifferentiam auxiliij supernaturalis. Nec per ipsum. Quia esset per liberam determinationem creaturæ. Nec in ipso, quia non prius esset in sua potentia, arte, & sapientia, quam creatura daret consentum suum sub conditione. Quare Egidius super illa verba Apostoli ait, *Bene dictum est, quod inuestigabiles sunt viæ eius, quoniam quis prior dedit illi, idest dedit Deo: supple qualiter agit, & qualiter res gubernet, & per quas vias debet incedere in gubernando res.*

377 Confirmatur ex P. Augustino citata questione 46. ibi. *Sunt nam-*

que ideae principales formæ quadam, vel rationes rerum stabiles, atque incommutabiles, quæ ipsæ formatae non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ in Diuina intelligentia continentur; & cum ipsæ neque oriuntur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oritur, & interire potest, & omne quod oritur, & interit. Vbi ideas ait esse formas, vel rationes repræsentiuias rerum omnium, & sic rationes cognoscendi, quæ scilicet formatae non sunt ab alio, & sic æternæ, ac semper eodem modo se habentes: quod non esset verum, si repræsenterent consentum liberum creaturæ, contingenter, & dependenter ab ipsius creaturæ voluntate. Et cum ipsæ neque oriuntur, neque intereant, quia sunt primæ regulæ cognoscendi, & operandi artificialiter, secundum eas formari dicitur omne quod oritur, & interire potest, & sic consensus liber, & quæcumque contingencia.

378 Idem docet D. Anselmus in *Monolog. cap. 8. ibi. Nullo namque pacto fieri potest aliquid rationaliter ab aliquo, nisi infacientis ratione præcedat, aliquod rei faciendæ quasi exemplum, sicut (vt aptius dicitur) forma, vel similitudo, aut regula.* Et subdit immediate. *Patet itaque, quoniam priusquam fierent vniuersa, erant in ratione summæ naturæ, quid, aut qualia, aut quomodo futura essent, aut idest, si Deus voluisset.* Quia in ipsa summâ natura, quasi in exemplo, forma, similitudine, aut regula præcedebant repræsentiatae res omnes, tam naturales, quam contingentes; cum omnibus modis necessitatis, & contingentie, quibus erant, & quomodo erant futurae. Quod loculentius explicat cap. 10. exemplo artificis creati, & cap. 11. hanc differentiam ponit inter naturam Diuinam, & creaturam artificem. Quod natura Di-

Et que d nullo alio.

Idea ratio cognoscendi respectu cogniti. Egid.

Secus respectu intellectus Dei.

nina habet hanc repræsentiatiōem à se, & nihil omnino aliunde assumpti. Secus vero artifex creatus. Et concludit, *quare in hoc differant ab inuicem illa in creatrice substantia, & in fabrica suorum operum faciendorum intimæ locutiones* (idest intellectiones, vt cap. præcedenti explicuerat.) *Quod illa nec assumpta, nec adiuta aliunde, sed prima, & sola eam sufficeret suo artificii, ad suum opus perficiendum. Ista vero nec prima, nec sola, nec sufficiens est ad suam incipiendum.* Hoc est locutio, seu idea, & regula Diuina, sine expectatione consentus alterius, ea sola est sufficiens Deo ad suum opus perficiendum: quia ipsa prima, & sola est causa totius operis, & modi faciendi, siue naturaliter, siue necessario, siue contingenter fiat.

379 Ratione probant nostram conclusionem Egidius, & sui. Quia essentia Diuina, vt est imitabilis a creaturis, & habet rationem ideæ, est similitudo, & repræsentiatio perfectissima a creaturarum, etiam contingentium, & modorum quibus fieri possunt, vt latissime disp. 1. dub. 1. cap. 5. probatum est. Ergo essentia Diuina prout habet rationem ideæ est ratio cognoscendi creaturas, etiam contingentes, & modos, quibus vna quæque fieri potest, & petit. Probatur consequentia. Quia id est ratio cognoscendi, quod est intellectui ratio repræsentiandi cognita, cum cognitio fiat repræsentiatiōem.

380 Quod autem idea non sit Deo ratio cognoscendi respectu intellectus Diuini, sed respectu cognitorum (quæ est secunda pars nostræ conclusionis) probant cum Egidio Gerardus, & Francisc. a Christo. Quia idea nullam actualitatem præstat intellectui Diuino, nec reducit illum de potentia ad actum: alioquin esset species intelligibilis, & sic haberet rationem principij, comparatione actus intelligendi Dei, sicut species intelligibi-

lis habet rationem principij comparatione actus intelligendi nostri, quod est falsum. Quia intellectus Diuinus est actus purus ingenere intelligendi. Deinde idea cum vt talis sit repræsentiatio creaturarum, quæ sunt obiectum secundarium Diuinæ cognitionis, sit, vt idea non habeat actualitatem comparatione Diuinæ cognitionis: nec det ei aliquam perfectionem, quia istam accipit cognitio Diuina ab essentia Diuina in se, quæ est obiectum primarium illius, & actus totam suam perfectionem accipit ab obiecto primario. Est ergo idea ratio cognoscendi solum respectu cognitorum, quia illis præstat actualitatem.

381 Explicant hanc Doctrinam prædicti Doctores cum Egidio exemplo. Quia cum per propositiones vniuersales, & magis confusas, intelligimus propositiones per se ordinem habentes ad ipsas, dicere possumus propositiones vniuersales esse id, quo intelligimus, cum sint nobis magis nota confusa magis. Et tamen propositiones vniuersales non simpliciter habent rationem principij respectu actus intelligendi, cum ex actu intelligendi formentur: habent tamen rationem principij per comparationem ad propositiones per illas cognititas. Sic quia Deus vnico intuitu intelligit se, & intelligit se imitabilem ab omnibus entibus, essentia Diuina est ratio cognoscendi se ipsam primario, & creaturas secundario: & vt est imitabilis a creaturis habet rationem principij, non comparatione intellectus Diuini, aut actus intelligendi Dei, sed comparatione ad creaturas.

Sicut præpositiones vniuersales.

CAP. II.

Deus cognoscit futura contingentia in suis ideis, posita eorum futuritione a decreto.

In ideis cognoscitur futura.

SECUNDO dicendum, Deum cognoscere futura contingentia absoluta in ideis, posita eorum futuritione a decreto. Hæc fuit mens auctorum secundæ sententiæ. Et probatur. Quia idem Divinus ex se naturaliter representant essentiam, existentiam, & futuritionem contingentium, & modum, quo possunt hæc omnia in se ipsis habere. Ergo posita futuritione ipsorum contingentium a decreto, cognoscitur a Deo talis futuritio in ideis.

Quia illa repræsentant.

383 Antecedens constat ex capite præcedenti, idque expresserunt, P. Augustinus, & D. Anselmus ibi relati, & probatum est disp. 1. dub. 1. cap. 5. ex infinita repræsentatione idearū, & ex modo proprio participabilitatis naturæ Divinæ a creatura. Nā quæcumque entitas, modusve entitatis repertus, vel reperibilis in quacunque creatura est participabilis ab essentia Divina, & ipsa secundum modū illum imitabilis, alioquin non esset primum ens, nec primum esse. Ergo natura Divina, ut est idea, ex se naturaliter independenter ab omni decreto repræsentat omnia illa.

Supposita futuritione a decreto,

384 Consequentia vero probatur. Quia quod in ideis ante omne decretum non possint cognosci futura absolute, non provenit ex defectu repræsentationis, & similitudinis naturæ Divinæ ad contingentia, ut futura in se ipsis: quia hæc datur ex se, & ex parte modi repræsentandi in natura Divina, sed ex defectu similitudinis ipsorum contingentium ad ipsam naturā, quæ necessaria est ad cognitionem. Et:

go posita tali futuritione ex parte ipsorum contingentium, quæ assimilentur Divinæ naturæ, a decreto Divinæ voluntatis, nulla mutatione facta in Divina natura, neque in eius repræsentatione, cognoscuntur a Deo ipsa contingentia, ut futura.

385 Hanc doctrinam explicimus citata disp. 1. n. 46. Cum S. Thom. q. 8. de veritate art. 9. ad 3. ubi ait. *Cum enim cognitio fiat per assimilationem cognoscentis ad cognitum; hoc modo contingit novam cognitionem de aliquo accipere, quomodo contingit de novo aliquid alicui assimilari, quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per motum suum: alio modo per motum alterius ad formam, quam in se iam habet. Et similiter aliquis incipit de novo aliquid cognoscere, vno modo ex hoc quod cognoscens de novo accipit formam cogniti, sicut in nobis accidit, alio modo per hoc quod cognitum de novo pervenit ad formam, quæ est in cognoscente, & hoc modo (ait) Angeli de novo cognoscunt præsentia, quæ prius fuerant futura: ut puta si aliquid nondum erat homo, ei non assimilatur intellectus Angelicus performam hominis, quam habet apud se, sed cum hoc incipit esse homo, secundum eandem formam incipit intellectus Angelicus sibi assimilari, sine aliqua mutatione facta circa ipsum. Et eandem doctrinā (quoad hoc) habet Egidius de cognit. Ange. lib. 1. q. 6. §. quinta differentia. Similiter ergo in proposito.*

386 Hanc doctrinam amplectitur noster Lusitanus lib. 5. q. 19. art. 3. §. 3. quamvis videatur indicare essentiam Divinam ratione decreti, accipere novam aliquam repræsentationem, vel expressionem, in quo ei non acquiesco. Nam, ut ex S. Thoma, & Egidio probatum est, non est necessaria aliqua repræsentatio ex parte essentia, sed sola similitudo ex parte creaturæ, quæ provenit a voluntate præ-

Nam cognitio fit a simili. S. Th.

Egid.

Per futuritionem non accipit idea repræsentationem Lusitan.

prædiffiniente esse creaturæ contingentis, secundum ordinem, & regulationem suæ sapientiæ.

387 At dicit Lusitanus, essentia Divina, licet facta suppositione decreti repræsentet naturaliter futura absolute, & simpliciter, potest illam non repræsentare. Ergo quod illa repræsentet est novum aliquid ex parte essentia.

Sed novam repræsentationis terminationem.

388 Respondeo duplicem esse repræsentationem, vna n ex parte modi repræsentandi, & cognoscendi Dei, & hanc esse naturalem, & absolute, & simpliciter convenire naturæ Divinæ independenter a decreto, quia est perfectio intrinseca repræsentationis ideæ. Alteram ex parte rei significatæ, & cognitæ, & est contingens naturæ Divinæ, & ei extrinseca: quia est similitudo creaturæ ad naturam Divinam, & sic potest esse sine illa, sed hoc non est naturam Divinam accipere novam repræsentationem, sed terminare similitudinem imitationis, quam dicit creatura ad ipsam. Et hoc videtur solum velle Lusitanus.

389 Non ergo (infert Egidius, Nec Deo quodlib. 6. q. 1.) *Deus aliter scit facta, aliter scit quam facienda, quantum est ex parte facta quæ scientis, quia non pleniorum cognitionem habet de rebus factis. Sciebat ex parte enim res factas, antequam fierent, quæ scientis. tum ad omnes circumstantias, secundum quas fieri debebant, ut nihil eius scientia accreuerit ex factione rerum, tamen quantum est ex parte rerum scitarum, aliter scit facta, quam facienda, quia facta scit esse facta, & facienda scit esse facienda; aliter enim deciperetur in sua scientia. Deus itaque non aliter se habet sciens facta, & facienda, sed ipsa scita aliter se habent facta, & facienda, quia in Deo propriam repræsentationem habebant. Omnes enim res sunt aliter aptæ naturæ imitari Deum: non tamen omnes actu illum imitantur, quia fa-*

ctæ illum imitantur actu, & faciendæ potentia.

390 Atque hinc accipit lucem, quo pacto respectu enuntiabilium, ut enuntiabilia sunt, possit Deus scire, quod non sciuit, & non scire quod sciuit, licet non ut res quædam sunt; ut dicebamus dub. 6. n. 246. Quia secundum quod variantur res in se ipsis, variatur similitudo illarum ad ideas, & intellectum Divinum, & sic eis assimilatur, vel non assimilatur idea, & intellectus, & aliter, & aliter ab eis repræsentatur, & cognoscitur, non per mutationem ideæ, vel intellectus Divini, sed ipsarum rerum. Sicut enim posito decreto intelligitur habere contingentem futuritionem determinatā, & sic ratione illius assimilari suo exemplari, & cognosci ut futurum in se; sic etiam in tempore, cum contingens intelligitur habere existentiam, intelligitur ratione illius assimilari suo exemplari, & cognosci, ut existens in se, & in esse enuntiabilis, licet existentia, & futuritio cognoscantur a Deo ab æterno etiā ante decretum, in esse rei, & ex parte modi cognoscendi, & ipsa enuntiabilitas, & mutatio, quia hæc omnia entia sunt, vel entium carentiæ: & aliud est Deum cognoscere futuritionem rei, & aliud cognoscere futuritionem rei esse, aliud esse in Deo rem futuram, & aliud rem futuram esse: primum enim dicit rem, quæ potest esse futura esse in Deo: secundum vero rem, quæ est in Deo habere in se esse futuritionis.

CAP. III.

Solvuntur argumenta.

391

CONTRA primam nostram conclusionem possent obijci aliqua argumenta.

Minus ad-

adducta ab Aegidio citato loco, & ex dictis num. 379. possunt solui.

Obijcit. sequi fut. conting. habere determinationem ante decretum.

392 Contra secundam obijcit primo, sequi ex ea futura contingencia habere determinatam veritatem antecedenter ad decretum Dei, quod esse falsum diximus dub. 3. sequela probatur. Quia in ideis, vt ideæ sunt, possunt cognosci a Deo futura contingencia, non possent autem cognosci nisi in illis representaretur veritas determinata illorum ante decretū. Alias non in ideis, sed in decreto futura contingencia cognoscerentur.

Et Deum illum cognoscere.

393 Confirmatur. Quia etiam sequitur ex nostra sententia Deum cognoscere futura contingencia ante decretum, cuius oppositum latè ibi probauimus. Sequela probatur. Quia idè ante decretum representant contingencia, & eorum futuritionem, & existentiam etiam absolutam, cum infinita sint in representando, ac proinde possunt a Deo cognosci.

Verè est de determinatione possibile, non de futur. exercitè.

394 Respondeo concedendo sequelam, si sermosit de determinata veritate sub ratione possibilis, & prout est ex parte modi significandi Dei: negando autem illam, si sermosit de determinata veritate sub ratione futuri, futuritione exercita in ipsis contingentibus, modo sibi proprio: & hoc negauimus dub. 3. Ad probationem sequelæ dico non posse cognosci futura contingencia in ideis, vt ideæ sunt; nisi in illis representaretur ante decretum veritas determinata illorum, ex parte modi representandi Dei: vt tamen cognoscantur vt futura, futuritione se tenente ex parte ipsorum, necessarium esse decretum, quod det illis talem futuritionem, determinando ideam, eamque ordinando ad operandum; sed hæc futuritio se tenens ex parte contingentium etiam representatur in esse entis in ideis: sed hæc sola non sufficit ad cognitionem, nisi detur similitudo ex parte ipsorum

contingentium, quæ assimilètur ideis, vt dictum est num. 384. & hæc solutio est conformis Aegidio num. 362. S. Th. allato. Et S. Thoma in 1. dist. 38. q. 1. art. 3.

Aegid. S. Th.

395 Ad confirmationem concedo sequelam de futuritione sub ratione possibilis, & in esse entis representati, & modi cognoscendi Dei, nego vero sequelam de futuritione sub ratione futuri, & tenente se ex parte ipsorum contingentium, & hoc negauimus dub. 3. ad probationem sequelæ dico illam representationem esse in ratione futuritionis possibilis, & sic cognosci a Deo ante decretum, sed præterea requiritur, vt contingencia cognoscantur futura ex parte ipsorum, quod ipsa habeant futuritionem, vt dictum est.

Et de determinatione ex parte Dei, non ex parte cogit.

396 Est autem præ oculis semper habendum, aliud esse ideas ante decretum representare futuritionem contingentium absolutam, aliud vero representare futuritionem absolutam conuenire contingentibus. Nam primum est futuritionem absolutam contingentium representatam, & cognitam esse Deo: secundum vero est contingentibus in se ipsis conuenire futuritionem: & primum habet Deus a se ob sui infinitam perfectionem, de qua prædicatur representatio talis futuritionis, secundum vero habent contingentia a Deo, ob sui imperfectionem, de quibus prædicatur futuritio.

Nā aliud representatio futurit. aliud existentis futurit.

397 Et sic intelligitur quomodo Deus prædistinguat esse rerum etiam contingentium (vt diximus disput. 1. numero 58.) prædistinguit enim, vt res, quæ sunt in Deo admodum Dei, sint in se ipsis admodum sui, vt assimilata Deo cognoscantur ex parte sui, vel futuræ, vel existentis.

Quomodo Deus prædistinguiat.

398 Secundo obijciunt. Ideæ secundum se sumptæ non habent connexionem cum contingentium futuri-

Obijcit. in ideis non cogit.

nosci fut. quia in connexion.

ritione absoluta. Ergo non potest in illis cognosci. Antecedens probatur. Quia alias independenter à decreto necessario essent contingencia futura absoluta. Consequentia vero probatur. Quia vnum non potest cognosci in alio, nisi ratione connexionis cum illo.

Sed connectio nō est necessaria ad intuitionem.

399 Respondeo concessio antecedenti distinguendo consequens, & concedo non posse in ideis secundum se sumptis cognosci futuritionem, sed nego posita futuritione à decreto non posse futuritionem ipsam in ideis cognosci. Sicut licet species Angeli non habeat connexionem cum existentia, non ideo non potest existentia Anti-Cristi, si semel ponatur, per species ipsas cognosci. Vnde ad probationem consequentiæ nego non posse vnum cognosci in alio, nisi ratione connexionis: hoc enim licet fortassis verum teneat in cognitione deductiua, qua vnum cognoscitur ex alio, non vero in intuitiua: ad hæc enim sufficit mutatio, & assimilatio ex parte rei cognitæ, ad cognoscentem, vt ex S. Thoma, & Aegidio diximus supra.

Nam cognitio extenditur ad obiect. 2. sola connos.

400 Huius doctrinæ ratio est. Quia cum obiectum secundarium representetur, & cognoscatur per eandem omnino formalitatem, per quam representatur, & cognoscitur primum, solum addita connotatione extrinseca alicuius rei (quia effectus secundarius nullam perfectionem intentionem, aut extensiuam addit supra primum, alias secundarius non esset) fit, vt forma representans primum, solum requirat illam connotationem, vt ad ipsum se extendat. (Nō enim potest se extendere ad id quod omnino nō est) & denominet formam representantem, seu cognoscentem primum, representantem, & cognoscentem secundarium: & sic posita futuritione absoluta contingentium (a quacumque causa ponatur) incipit

idea Diuina representate contingens futurum ex parte sui, & cognitio Diuina illud cognoscere, si ex parte ipsorum detur inceptio, & eomodo quod datur, siue realiter, siue per nostram rationem.

401 Dices, si semel essentia Diuina, vt imitabilis à creatura representat futuritionem absolutam contingentium, poterit talis futuritio in ipsa cognosci, etiam futuritione in se non existente, quia sufficit quod sit in suo representatiuo.

Dicitur posse cognosci in representatiuo.

402 Respondeo representatio nem illam essentia Diuina non posse denominare neque in se, neque extrinsece, quod nullo modo est, & ideo, vt denominet contingencia futura in se ipsis representatiue, oportet futuritionem in ipsam positam esse ab aliqua causa: quia ea semel posita, representatio se extendit ad representandum ipsam futuritionem, in se ipsa futuram. Quia illa relatio incipit esse similitudo illius termini noui, quæ similitudo antequam intelligatur positio talis futuritionis, solum est representatio futuritionis absolute prout in causa, & sub ratione possibilis.

Sed requiritur futuritio, vt ad ipsam extendatur representatio.

403 Est hæc doctrina vniuersaliter vera in omnibus effectibus secundarijs. Nam vt gratia habitualis denominet subiectum, in quo est, filium adoptiuum, oportet ponere in eo extraneitatem. Et vt denominet iustificatum, oportet præexistere antecedenter peccatum, quod expellat. Et vt omnipotentia (quæ, vt diximus disput. 1. numero 567. non distinguitur etiam ratione ab intellectu, & voluntate) denominet Deum potentem producere creaturas, oportet creaturas esse in se posibles. Et vt forma caloris, quæ primario denominat subiectum, in quo est, calidum, denominet ipsum calefactiuum, oportet esse possibile calefactibile. Et vt intentio finis denominet media amabilia, oportet esse media

Et sic in omni effectus secundario.

ad quæ extendatur efficacia intentionis: & sic de alijs. Atque ad hoc confirmandum potest adduci doctrina Egidij, super predicamenta q. 45. vbi docet relationem esse in pluribus, in uno tanquam in subiecto, & in alijs, vt interminio. Et cum representatio Diuina essentia, vt est idea, sit ratio rationis, est in ipsa essentia, vt in subiecto, & in futuritione absoluta, vt interminio: & sic requiritur positio illius futuritionis absoluta, vt illa representatio sit in illa, vt in termino: quia non potest terminari ad futuritionem, quæ nullo modo est, videatur noster Lusitanus lib. 5. q. 18. art. 1. §. 5. numer. 14.

404 Tercio obijcitur. Si Deus cognosceret in ideis futura absoluta, cognosceret etiam in illis peccata, vt futura. Consequens est falsum. Ergo, & antecedens. Minor probatur. Quia mala non habent ideam, cum nō causentur à Deo.

405 Respondeo concedendo se- quelam cum Egidio citata dist. 36. q. de ideis & art. vltimis, & nego minorem. Ad cuius probationem dico, mala licet non habeant ideam factionis, quam imitentur, habent tamen ideam, à qua discordant. Nam per eandem ideam per quam Deus cognoscit bonum, vt illi concordans, cognoscit malum, vt illi discordans. Videantur dicta disp. 1. dub. 1. cap. 16.

406 Poterant contra nostram sententiam obijci plura argumenta ad probandum ideas non representare res complexas, sed in complexas, sed de hoc duabus disputacionibus precedentibus late actū est.

DVB. IX.

An futura cognoscantur à Deo in alijs perfectionibus Diuinis?

407 **C**ONSTAT ex dubio precedenti Deū cognoscere futura contingencia in essentia Diuina, vt habet rationem ideæ, nunc vterius inquirō. An illa cognoscat in alijs perfectionibus Diuinis?

CAP. I.

Proponuntur sententiæ.

408 **P**RIMA sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in essentia Diuina, vt est eminent exemplar omnium creaturarum, & alias est Deo ratio videndi decretum, quod habet de futuritione rerum. Pro hac sententia referunt aliqui Altisiodorenses, Alensens, Albertum Magnum, Richardum, & alios præcipue Egidium in 1. dist. 36. q. 1. art. 2. & alibi, & S. Thomam, cuius aperta testimonia adducit Villegas. Et possent referre nostros Franciscum à Christo in 1. dist. 36. q. 4. & 5. §. præterea Deus cognoscit Lusitanum lib. 5. q. 19. art. 3. §. 2. num. 12. Imo loquendo de creaturis possibilibus in hoc omnes conuenire affirmat q. 16. art. 2. §. 4. num. 18. & plures alios.

409 Secunda sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in se ipso, vt in causa in qua emittenter continentur. Sic loquendo de creaturis possibilibus S. Thomas, Egidius, Argentinas, & alij, quos refert, & sequitur Lusitanus lib. 5. q. 18. art. 5. §. 1.

Alij dicunt cognosci in Deo vt exemplari. Egid. S. Thom. Franc. à Christo.

Lusitan.

Alij, vt in causa in qua emittenter continentur. S. Thom. Egid. Argent. Lusitan.

§. 1. num. 3. Et interminis loquendo de futuris contingentibus. Egidius de cognitione Angelorum q. 11. §. tertiana via, Lusitanus lib. 5. q. 19. art. 3. §. 2. & 3. Sylua 1. p. q. 14. art. 13. §. 4. & communiter Thomistæ.

410 Tertia sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in essentia Diuina, vt est imitabilis à creaturis. Ita S. Thomas, Egidius, & alij, quos refert, & sequitur Lusitanus lib. 5. citata q. 18. art. 5. §. 2. licet loquantur de possibilibus.

411 Quarta sententia affirmat futura videri in essentia Diuina, vt est species intelligibilis. Ita videtur sentire Scot. in 1. dist. 35. §. ad ista verba. ad aliud, litt. N. Et sic pro hac sententia referunt à Gaetano 1. p. q. 14. art. 13. §. ad vlt. difficultatis. Et hæc videtur mens Fœlicis de scientia cap. 5. diff. 3. num. 9. vbi plures Scotistas, & ex alijs refert. Neque est aliena ab Egidij mente in 1. dist. 36. q. 2. art. 2.

412 Quinta sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in essentia Diuina, vt est causa perfectionalis. Ita Bachon in 1. dist. 35. q. vnica art. 4. §. 6. versic. hic non pono. Quod latius explicat dist. 39. q. vnica præcipue art. 1. & latissime lib. 1. quod. liberorum q. 9. 10. & 11. & interminis loquendo de futuris contingentibus in 4. dist. 1. q. 4. per totam, præcipue art. 1. & alij relati disp. 1. num. 50. Et discipulus Egidij B. Iordan de Saxonia in serm. 5. Aug.

413 Sexta sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in essentia Diuina, vt in speculo voluntario. Sic loquendo de cognitio- ne qua beati vident futura in verbo, aliqui, quos sequitur Egidius in 2. dist. 11. q. 2. art. 2. in secunda difficultate. Et quodlib. 6. q. 16. & cum addito diminuyente Lusitanus q. 18. citata art. 5. §. 3. num. 23.

414 Septima sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in sua essentia, & in suo esse. Sic Egidius in 1. dist. 36. q. 1. art. 1. & sequentibus, & dist. 38. passim præcipue Egid. art. vltimo.

415 Octaua sententia affirmat Deum cognoscere futura contingencia in omnipotentia. Sic alij quos reu- li disp. 1. num. 49.

Alij, vt in primo esse. Egid. art. vltimo.

Alij in omnipotentia.

CAP. II.

Defenduntur omnes istæ sententiæ.

416 **N**O BIS dicendum inter has sententias non posse esse aliquod diffiduum, & licet qui vnã sequuntur alias impugnent, tamē possent omnes simul defendi, nec vnã alijs officit, sed potius iuuant.

417 Pro cuius explicatione suppono certum esse apud omnes sententias Deum cognoscere contingencia futura in Diuina essentia, licet differant in explicanda habitudine, sub qua in Diuina essentia cognoscuntur. Rursus certum est Deum non cognoscere creaturas futuras, neque possibilis in Diuina essentia, vt præcisse essentia est, & nuda ab illis habitudinibus, vt bene post alios obseruat Lusitanus citata disp. 18. art. 5. §. 3. num. 24. Et colligitur ex his, quæ ex Egidio, & suis diximus à num. 345. Et ratio est. Quia essentia Diuina solum potest esse id, in quo cognoscuntur creatura, ratione, qua est representatum illarum, vel ratione imitabilitatis, vel causalitatis, vel alterius habitudinis ad creaturas. Quare solum potest esse dubium. An sub aliqua. An sub omni habitudine considerata sit medium, in quo futura contingencia cognoscantur?

418 Dicendum ergo Deum cognoscere futura contingencia in essen- li.

Alij, vt in primo esse. Egid. art. vltimo.

Vt omnes defendantur.

Certum est ist. nō cognosci in essentia nuda sumpta.

Lusitan. Egid.

Cognoscitur in essentia, vt imitabili.

tia Diuina, vt est imitabilis à creaturis, sic tertia sententia, & hanc esse primam radicem, quare creaturæ sint cognoscibiles à Deo in sua essentia, bene addit Lusitanus, nuper relatus, esseque ad mentem S. Thomæ, & Agidij, atque aliorum: & probatur. Quia essentia Diuina, vt est imitabilis à creaturis, repræsentat creaturas, & sic contingentiam, & futuritionem earum, quatenus est ex parte sui: vnde posita futuritione à decreto, repræsentabit ipsa contingentia, vt futura ex parte rei repræsentata.

Et, vt est exemplar. 419 Secundo dicendum Deum cognoscere futura contingentia in essentia Diuina, vt est exemplar ipsorum contingentium, & hanc esse rationem proximioris cognoscendi. Sic prima sententia, & probatur. Quia in exemplari non possunt non repræsentari exemplata. Si ergo essentia Diuina exemplar est contingentium, nō possunt contingentia in ea non repræsentari, & cognosci.

Et, vt est causa illorum. 420 Vnde tertio dicendum Deum cognoscere futura contingentia in se ipso, vt est causa ipsorum, sic secunda sententia, & constat. Quia causa si est adæquata non potest non continere effectum secundum omnem formalitatem, & modum ipsius effectus. Et hæc est ratio proximior præcedenti.

Et, vt est species intelligibilis. 421 Quarto dicendum Deum cognoscere futura contingentia in Diuina essentia, vt est species intelligibilis. Ita quarta sententia, & probatur. Quia intelligibilitas omnium contingentium sicut, & aliarum creaturarum continetur in essentia Diuina, vt est infinita in repræsentando, & vt est primum repræsentatiuum, alias non esset infinita in repræsentando, nec primum repræsentatiuum. Ergo in ipsa possunt futura contingentia cognosci, sicut possunt in ea cognosci cæteræ creaturæ.

422 Quinto dicendum Deum

posse cognoscere futura contingentia in essentia Diuina, vt in prima perfectione. Ita quinta sententia, & probatur. Quia bonitas futurorum contingentium, & eorum perfectio, atque integritas est participatio bonitatis Diuinæ, & Diuinæ perfectionis, & sic in illa continetur sicut in prima perfectione. Ergo potest in illa cognosci. Videatur Agidius in 2. dist. 11. q. 2. art. 2. in secunda diff.

423 Sexto dicendum Deum cognoscere futura contingentia in essentia Diuina, vt in speculo voluntario. Sic sexta sententia, & constat ex dictis. Quia essentia Diuina est speculum, in quo relucet omnia creabilia, vt explicatum est, & voluntarium quoad futura absoluta, quorum futuritio dependenter à Diuina voluntate est. Ergo in essentia Diuina repræsentantur modo dicto dubio præcedenti.

424 Septimo dicendum Deum cognoscere futura contingentia in suo esse. Sic septima sententia, & probatur. Quia esse futurum est modus aliquis essendi. Ergo continetur in primo esse. Vnde Agidius in 1. dist. 38. q. 2. art. 2. in fine corporis ait. Sicut quia naturæ Diuina non est contracta ad aliquod genus, est similitudo omnium creaturarum, vnde ipse Deus cognoscendo se, omnia cognoscit, quia est similitudo omnium, sic quia suum esse non est contractum ad aliquod genus est representatiuum omnis esse, vnde cognoscendo ipsum suum esse, cognoscit omne esse rerum esse, & ideo videt quidquid est quælibet res, vel potest esse, & videndo quidquid res quælibet est, vel esse potest, videt quidquid res non est, vel non esse potest, & quia omnes enuntiationes accipiuntur pænes esse, & non esse, omnia enuntiable in eo relucet, & omnia ipse cognoscit, cognoscendo suam naturam, & suum esse, non quidem antecedenter ad suam voluntatem exer-

Et, vt est prima perfectio.

Et, vt est speculū.

Et, vt est primum esse.

Agid.

exercitiam, si intelligatur de futuris absolutis, vt ipsum interpretatur noster Mendoza q. 7. Scholastica num. 9. §. 1. ut infimè. in secunda editione, sed sensu explicato dubio præcedenti.

Mendoza
Et in omni potentia.

425 Octauo dicendum Deum cognoscere omnia futura contingentia in sua omnipotentia: sic octaua sententia, & probatur. Quia contingentium futuritio, & existentia modus quidam est entis. Ergo continentur in omnipotentia, sicut cætera alia entia sub ratione, qua entia sunt, & sic hæc ratio possunt in omnipotentia cognosci.

CAP. III.

Hæc nostra sententia magis explicatur.

Aliqua in Dei scientia, & potentia, quæ non est scientia. 426 **S**ED, vt hæc nostra sententia magis explicetur, suppono cum Agidio in 1. dist. 36. q. 1. art. 3. Quod in Deo dicuntur aliqua esse, vel quia sunt in eius essentia, vel in eius scientia, vel in eius potentia. Nam nihil est in Dei essentia, vel scientia, vel potentia directe, & per se, quod dici non possit directe esse in ipso Deo: & licet prædicta tria realiter in Deo non differant, aliqua tamen dicuntur esse in Dei scientia, & potentia, quæ non sunt in eius essentia. Nam cum (vt ibidem explicat) essentia dicatur ab esse, & scientia ab scire, & potentia à posse: secundum P. Augustinum 5. de Trinitate cap. 2. in Dei essentia solum sunt, quæ sunt formaliter in Deo, & sunt idem formaliter cum suo esse: in Dei autem scientia sunt, quæ possunt à Deo sciri: & in Dei potentia sunt, quæ possunt à Deo produci.

427 Hinc fit primo, vt in essentia Diuina, vt essentia Diuina est prædicibile, & nuda ab omni habitudine formalis possit cognosci ipsa essentia, quæ

est obiectum primum Diuine cognitionis: at tamen in essentia, vt dicitur diuersas habitudines possunt in ea cognosci creaturæ, quæ sunt termini illarum habitudinum. Et quia omnia procedunt ab ipso, vt quadam illius participationes, à quibus potest participari, ideo essentia Diuina, vt est participabilis, & imitabilis à creaturis secundum esse essentia, & existentia, & secundum speciales modos essendi futura, & existentes, necessario, & contingentem, est prima ratio cognoscendi creaturas necessarias, & contingentes secundum esse possibile, & futurum, & existens, & prima radix cognoscibilitatis contingentium futurorum.

ratio cognoscendi possibile.

428 Attamen quia, hoc ipso, quod Deus sit imitabilis a creaturis secundum hos modos essendi, Deus est primum exemplar, fit, vt in Deo tanquam in primo exemplari futura cognoscantur secundum omnes prædictos modos essendi. Quia omnia exemplabilia non possunt non esse secundum omnes suos modos in primo exemplari, & in prima arte omnium faciendorum. Et hæc ratio cognoscendi proximior est præcedenti.

Sed ratio exemplaris proximior.

429 Quia vero exemplar non est productiuum rerum, nisi prout ordinatur ad opus per voluntatem, quia in diffinitione artificialium ponitur voluntas: vt explicat Agidius in 2. dist. 11. q. 2. art. 2. §. sed hæc difficultas, fit. id circo res futura, & consequenter contingentia futura, vel futuribilia sunt in Deo, vt in causa artificiali, scilicet in essentia, vt in expresso exemplari, & prima arte, & in voluntate, vt applicatiua, & ordinatiua illius ad opus. Quia applicato, & ordinato illo exemplari ad opus, est causa illius: & sic futura cognoscuntur in Deo, vt in causa, & cognoscitur quodlibet futurum in suo proprio exemplari, posito decreto ordinatio illius ad opus: scilicet

Et idea practica ratio cognoscendi fut.
Agid.

422 Disp. 3. de cognit. cont. absolute futurorū.

quia intelligit, ergo prius intelligit, quam sit causa, & sic non potest intelligere operata in se, ut in causa.

Negatur assumptum. Lusitan. S. Thom. Suarez.
 440 Lusitanus loco citato n. 15. Respondet cum S. Thoma r. p. q. 19. art. 4. ad 4. & q. 25. art. 1. ad 4. potentiam nostro modo intelligendi antecedere scientiam, quia ex hoc quod continet omne esse alteri communicabile per omnipotentiam, est formaliter potens omnia scire: & sic scientia concurret per modum dirigentis ea, quæ voluntas imperat, & potentia exequitur, pro qua sententia refert etiā Suar.

Vel datur de causa completa.
 441 Attamen quia iuxta S. Th. Thom. probabile est, in Deo potentiam formaliter esse ipsam scientiam, & voluntatem; responderi secundo communem sententiam, quæ docet Deum scire creaturas, quia est causa earum, intelligendam esse non de causa completa, & proxima, sed de causa, & potentia radicali, quæ antecedit scientiam, & voluntatem: ut quia formaliter scit ipsam Divinam essentiam, prout eminenter continet omne esse imitabile, scit creaturas: & utroque modo fit satis argumento. De quo latius tract. de scientia Dei.

442 Tertio objicitur. Si per impossibile Deus non esset omnipotens, adhuc haberet notitiam futurorum. Ergo Deus non cognoscit futura in se ipso. Antecedens probatur. Quia Deum esse omnipotentem, & esse omnia scientem, sunt attributa distincta, quorum unum non est essentialiter connexum cum alio.

Si Deus non esset omnipotens.

443 Lusitanus num. 17. Respondet negando antecedens. Quia facta illa hypothese nulla creatura esset futura, nec possibilis: unde Deus non haberet sufficiens medium, ut ea posset cognoscere. Posset secundo responderi dato antecedenti, negando consequentiam. Quia licet in ea hypothese Deus non posset cognoscere futura, ut in causa, cognosceret tamen illa, ut in specie intelligibili, ut in idea & exemplari. Quia posita futuritione rerum, à quocumque poneretur, inciperet creatura assimilari Deo, & sic à Deo cognosci. Sicut patet in Angelo: iuxta dicta num. 385. Imò non aliud

Adhuc cognosceret futura. Lusitan.

intendere videntur Nominales, & alij, quos retuli disp. 1. dub. 10. cap. 2. (*)

Finis operis ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis, Immaculatæ Virginis Mariæ, & Magni P. N. Augustini.

IN

INDEX
 DOCTRINARUM, ET OMNIUM SENTENTiarum operis concatenatio.

QUIA prolixitas operis pluribus ingenijs nau-seam affert, placuit totius operis doctrinam epilogramam, & indicatam dare: ut quibus cædium longitudo, legendi iter diu pariat epilogatio.

Promptuarium Dis. Prævident.

1 Intentum principale operis est assignare promptuarium Divinæ Providentiæ, in quo habet Deus media congrua, quibus possit consequi Divina Providentiæ suum finem salvandi liberè, quos voluerit, quando voluerit, & quomodo voluerit. Et explicare supremum Dei dominium in voluntates creatas independentes ab ipsis creaturis, à quæstione de efficacia gratiæ, & sic a scientia media, & à phyticis prædeterminationibus.

Id. ad omnipotentia.

2 Hoc promptuarium dicimus esse ideas Divinas, & omnipotentiam, in quibus sunt omnes consensus, & dissensus liberi voluntatis creatæ sub ratione possibilitium determinati prout à talibus auxilijs: siue auxilia sint efficacia ex se, siue à consensu. Et sic Deus scientia merè naturali cognoscit consensum liberam creaturæ esse determinatè possibilem à voluntate sub hoc auxilio, in hoc instanti, & circumstantijs, cum impossibilitate consequenti dissentendi pro eisdem circumstantijs. Quia sic existit in tempore, & sic oportuit esse possibile. Et quia Divina scientia naturalis debet esse prima regula, & prima ars regulati-

Vbi omnes consensus liberi possibile.

ua Dei operantis, ut supremus artifex, & omnis operis creaturæ, siue necessarii, siue liberi, alias creatura esset prima regula suæ operationis. Sic explicatur in intento operis à n. 5. & probatur difusse tota disp. 1. præcipue dub. 10. Et hoc est fundamentum totius doctrinæ.

3 Hinc dicimus veritatem contingentium sub conditione futurorum non distingui à veritate merè possibili ipsorum ex parte rei significatæ, sed dumtaxat ex parte nostri modi significandi; & sic futuritionem conditionatam contingentium esse specialem possibilitatem ipsorum; explicatam modo conditionali: & consequenter dicimus scientiam conditionatam esse ipsam simplicem notitiam, quæ virtualiter est conditionata. Sic explicatur in intento à n. 8. Et probatur disp. 2. fere per totam. Nam si possibile est determinate consensus liber à voluntate sub hoc auxilio, & in hoc instanti, cum im-tas; alij, possibilitate consequenti dissentendi, ter sig- cognoſcit Deus scientia naturali, modo quo dicunt Thomistæ si vellem determinatè consensu esset in re. Ut explicatum est disp. 1. à n. 94. & modo, quod dicunt Jesuitæ: Si darem hoc auxilium in differens voluntati in hoc instanti, esset determinatè consensus. Ut explicatur disp. 1. n. 663. & probatur tota disp. 2.

Futuri-tio conditio-nal-ting.

Est eorū-tas; alij, ter sig-nif.

4 Hinc fit, nec scientiam mediā, nec decretum Thomisticum esse possibile. Quia futuritio conditionata nō

Non datur sciet; med.

Index Doctrinalis

extrahitur ab statu meræ possibilitatis: & supposita illa notitia naturali, non manet possibile obiectum scientiæ mediæ, nec decreti: vt explicatur *in intento operis num. 10. & probatur disp. 2. dub. 10. cap. 4. & dub. 11. cap. 5. & toto dub. 12.* Consilium enim inquisitionum, quale est scientia mediæ, & electione per illam regulatâ, dicimus esse naturæ potentialis, & ignorantis, qualis est creatura: cum D. Damasceno, S. Thoma, & Egidio *disp. 2. num. 469.* Quare solum agnoscimus in Deo consilium, quod sit cognitio firma, inuariabilis, & immutabilis, qualis debet esse cognitio actus puri; & hac regulatur totus ordo Diuinæ Providentiæ, & Prædestinationis. Quia prima radix veritatis, & cognoscibilitatis determinatæ contingentium est veritas determinatæ ipsorum formaliter possibilis, & futura sub conditione in esse ideali, cognita scientia naturali. Vt explicatur *disp. 1. dub. 10.*

Nec decretum, ad futurum condit.

6 Hinc ulterius dicimus Deum non cognoscere futura conditionata in decreto absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti. Vt probatur *disp. 2. dub. 10.* Neque in sua futuritione conditionata. Vt probatur *dub. 11.* sed in se ipsis prout existentibus in ipso Deo, naturaliter representatis prout ab his causis, siue indifferentibus, siue determinatiuis. Vt probatur *dub. 12.* Num nostra sententia non dependet à questione de efficacia auxiliij. Quid autem senserint P. Aug. in hac materia, & eius discipuli explicamus *dub. 14.*

Simplex notitia scientiæ.

7 Hanc scientiam naturalem Dei summi artificis appellamus *Prænotitia scientiam* cum Apostolo, Aug. & Theologis, *ly prædicente* antecessionem scientiæ ad decretum. Vt explicamus *disp. 1. dub. 5.* & ea admittimus euitari omnia inconuenientia sententiæ ponentis efficaciam à cōsensu, & sententiæ ponentis efficaciam

in physica prædeterminatione. Vt explicamus *disp. 1. dub. 8.* Ino ipsas sententias hac nostra posse conciliari inuenimus *disp. 1. num. 563. & disp. 2. num. 18. 28. & 147.* Quomodo autem nostra sententia ab vtraque distingatur explicamus *disp. 1. dub. 6.*

8 Quare, hæc scientia regulatus habet Deus pleam dominium saluandi homines quantumcumque rebelles, etiam si auxilia ponantur omnino indifferentia: non solum cum toto cumulo auxiliiorum, sed etiam singulis auxilijs indifferentibus. Vt explicatur *disp. 1. dub. 7. cap. 1.* Vbi etiam explicamus alias utilitates huius Præsentia.

9 Consequenter ad hanc doctrinam dicimus Deum non cognoscere futura contingentia absoluta in suis causis proximis. Vt probatur *disp. 3. dub. 2.* Neque in se ipsis, & in sua futuritione, ante, vel post decretum. Vt probatur *dub. 3. & 4.* sed vt præsentia Deo in sua æternitate. Vt probatur *dub. 5.* Sed dicimus hanc præsentia non fundari in existentia ipsorum contingentium, quæ existunt in se ipsis, in proprio genere, & natura, sed in existentia ipsorum, prout habere modum essendi in Deo: in quo est perfectius, quam in se ipsa. Vt probatur *dub. 6.* Dicimus etiam Deum non cognoscere futura contingentia in decreto efficaci, quamuis sine eo cognosci non possint. Vt probatur *dub. 7.* Sed cognoscere illa in ideis prædictis, scilicet in ideis Diuinis, & in omnipotentia, prout applicatis ad operandum per intentionem, seu prædeterminationem Diuinæ voluntatis, quibus Deus constituitur in esse summi artificis. Vt explicatur *dub. 8.*

10 Hinc consentaneè addicta ad dimus Deum, vt primum artificem sua arte dirigere, & regulare sua decreta, & operationes ad extra, & etiã

Et Deus illa habet plenam dominium.

Futura absolute cognoscatur.

Solum vt præsentia.

In ideis prædictis.

Deus sua arte creaturas dirigat, & moueat.

Et sententiarum concatenatio.

operationes omnium causarum secundarum, & sua voluntate illas mouere, & determinare ad operandum vt explicatur *disp. 1. dub. 10. num. 573.*

Sicut idea à voluntate Diuina.

Sic forma creata ab intentione determinatur.

Et Deus vt exemplar mouet subiectum.

Dando potestatem, & virtutem.

Quibus aliqua ad executionem.

11 Vnde sicut idea, quæ sunt rationes operandi Dei ad extra, & sunt actu, & formaliter speculatiuæ, & virtualiter, & in potentia practicæ, extendunturque ad opus, & determinatur ad operandum per intentionem, seu propositum Diuinæ voluntatis. Vt dicimus *disp. 1. num. 571.* Sic etiam forma, quæ sunt rationes formales operandi creaturis, & participationes quædam Diuinarum idearum extenduntur, & determinatur ad operandum à Diuina intentione, seu decreto: non immediate, sed media quadam intentione, seu inclinatione finis ad effectus faciendos à talibus causis, recepta in ipsis iuxta naturam vniuscuiusque. Vt ibi inuenimus *n. 573. & latè in quest. d. nam. 114.*

12 Ex quo colligimus Deum mouere creaturas ad operandum dupliciter. Primum tanquam primum ens, & exemplar. Secundo tanquam primum operatè, & primum liberum. Vt primum exemplar mouet creaturas, subiectiuè & ex parte actus primi, dando rebus potentias, & virtutes, quibus sint potentes, & virtuosæ in actu primo, & habitualiter inclinata ad operandum. Sic S. Th. *q. 3. de potentia art. 7. in corpore, & ad 7. Quem adduximus disp. 2. num. 773. & latè Egidius in 2. dist. 1. p. 1. q. 2. art. 6. §. aliqui vero, & alibi, vt ignem, verbi gratia, mouet Deus, dando ei calorem, quo constituitur in actu primo potens, & virtuosus ad operandum. Et sic etiam mouet Deus sensibilia, dando eis phantasiam, & appetitum sensitiuum. Et similiter mouet rationalia, dando eis intellectum, & voluntatem. Vnde dixit S. Thomas *1. p. q. 18. art. 3. aliqua se mouere solum ad executionem motus. Sed forma per quam agunt, & finis propter quem**

agunt determinatur eis à natura, & huiusmodi sunt planta. Alia se mouent non solum ad executionem motus, sed etiam ad formam, quæ est principium motus, quam per se acquirunt, & huiusmodi sunt animalia. Non tamen per se ipsa præstitunt sibi finem suæ operationis, vt sui motus, sed est eis inditus à natura, cuius instinctu ad aliquid agendum mouentur. Alia se mouent non solum ad executionem, & formam, per quam fit motus, sed etiam ad finem, propter quem fit motus, & huiusmodi sunt rationalia. Sed tamen, quamuis intellectus noster ad aliqua se agat, tamen aliqua sunt illi præstituta à natura: sicut sunt prima principia, circa quæ non potest aliter se habere, & ultimus finis, quem non potest non velle. Vnde licet quantum ad aliquid moueat se, tamen oportet, quod quantum ad aliqua ab alio moueatur. In ordine supernaturali mouet Deus vt primum exemplar creaturas per virtutes, & habitus supernaturales. Vt latè dicitur in tractatu de virtutibus.

13 Attamen, quia potentia, & virtutes creaturarum ex se non sunt aptæ ad operandum, & ex se sunt veluti in fœcunda, ideo Egidius in 2. dist. 18. q. 2. per totam ponit aliam motionem Dei vt primi exemplaris, qua in prima rerum conditione, postquam omnes naturas creauit cum suis potestibus, & virtutibus actiuis, & passiuis, quibus essent perfectæ in se (quod pertinet ad opus perfectionis) indidit eis aptitudinem ad operandum, ordinando actiua passiuis, & e contra: in serendo illis proprios effectus, & impertiendo illis suam benedictionem, cum Genes. 1. dixit singulis: *Crescite, & multiplicamini*, cuius benedictionis terminus fuit habitatio, & aptitudo causarum inter se, & ardor quidam se propagandi, vt plures Glosæ dicunt ad illa verba (& hoc pertinet ad opus pro-

Aliqua adformit.

Alia etiam ad finem se mouent.

Dat Deus creaturis rationes causales.

Genes. 1.

Index Doctrinalis,

pagationis) ubi aliqui non nullum vestigium inuenerunt matrimonij. Hæ quidem aptitudines sunt quidam ordines inditi rebus: & ab Egidio secundum doctrinam P. Augustini prout in animalibus dicuntur rationes seminales, & in alijs dicuntur rationes causales, & in ordine ad effectus supernaturales dicuntur rationes obedientiales, non potentia obedientiales, ut communiter dicuntur. Et dicuntur rationes, quia non sunt res distinctæ à subiectis, sed sola ratio: & quia sunt participationes rationum idealium, & virtute illarum creaturæ operantur suos effectus accidentales, & substantiales. Vnde Egidius supra art. 1. dub. 1. late: rali, ait: quod operatio creaturæ attribuitur principijs Diuinis, quia quidquid agit, hoc agit in virtute Diuinorum principiorum, id est Dei, & motorum orbium. Ut sicut virtus artis reuertitur in ferrum, sic virtus artis Diuinæ, & motorum orbium reuertitur in operatione seminis. Quod mirabiliter, & valde late explicat Egid. citato loco. Et ideo disp. 1. n. 575. diximus creaturas esse instrumenta Dei. Et easdem rationes seminales, & obedientiales Deū indidisse materiæ primæ affirmat S. Thom. in 1. dist. 43. q. 2. art. 2. ad 4. ubi ait. Quod Deus materiæ primæ indidit duplices rationes scilicet causales, vel obedientiales, & in 2. dist. 18. q. 2. art. 2. idem videtur docere ac Egid. præcipue ad 1. ubi ait. Quod huiusmodi virtutes actiue in natura dicuntur rationes, non quia sint in natura per modum intentionis, sed quia ab arte Diuina producantur, & manet in eis ordo, & directio intellectus Diuini, sicut in re artificiali manet directio artificis in finem determinatum, & idem docet, pluribus in locis, quem sequuntur Thomistæ, ut videre est apud N. Lusitanum lib. 10. de Beat. q. 2. art. 9. §. 3. num. 13.

Quæ sunt participationes Diuinæ artis.

Et S. Th. dat.

14. Præterea S. Thom. citata q. 3. de pot. art. 7. assignat aliam motionem

Dei, ut primi exemplaris, tenentem se ex parte actus primi, qua creaturæ eleuantur à Deo ad cauendum esse, seu existentiâ effectus. Nam cū esse sit effectus proprius Dei, non potest causari à creatura virtute propria, sed virtute Dei. Sic diximus disp. 2. n. 773. Et hæc motionem (ait ad 7.) esse quandam intentionem Diuinæ artis, seu virtutem Diuinæ artis, existentem in esse intentionali in ipsis causis, quæ actu operantur. Dicendum (ait) quod virtus naturalis, quæ est rebus naturalibus in sua institutione collata, in est eis, ut quædam forma habens esse natum, & firmum in natura. Sed id, quod à Deo fit in re naturali, ut actualiter agat, est ut intentio sola, habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis. Sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea quasi, quædam forma permanens, nisi habeat intellectum: ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens, non autem vis, quæ agit ad esse ut instrumentum primæ causæ (quæ agit ad esse inquit: Nam hæc motio non est prædeterminatio ad auferendam in differentiam, sed eleuatiua ad conferendam virtutem) nisi daretur ei, quod esset vniuersale essendi principium. Vbi Egidius, & S. Thomas præter collationem virtutis ponunt aliam motionem Dei artificis vniuersalis ex parte actus primi, quæ est participatio Diuinæ artis. Hac differentia, quod Egidius dicit illam esse relationem secundum dici in distinctam à virtute causæ, & ponit illam necessariam ad operandum absolute, & in omni genere causæ, & collatam rebus in prima rerum conditione. At S. Thomas dicit rationes causales solum esse in materia; & in causis efficientibus ponit aliam motionem, quæ dicit esse qualitatem intentionalem, distin-

efficientibus et a motio.

Ut primus operans mouet Deus obiectiue.

Et motio Dei, ut primo operantis non est impulsiva.

Et sententiarum concatenatio.

distinctam à virtute causæ, & hanc solum ponit in causis efficientibus: & solum in est eis, quando actu operantur, & non ad operandum ut cumque, sed ad cauendum esse effectus: quare non est determinatiua, sed eleuatiua causæ.

15 Ut primum operans, & ut primum liberum mouet Deus creaturas obiectiue, & ex parte finis, & actus secundi, dando eis inclinationes actuales, quibus creaturæ, quæ per potentias, & virtutes, & rationes causales sunt habitualiter, & per modum actus primi potentes, virtuosæ, aptæ, & inclinatur ad operandum, inclinatur, mouentur, & determinatur ad opus. Nam sicut motiones habituales, & subiectiue sunt participationes Diuini exemplaris, seu Diuinæ virtutis, & executiones eius: sic motiones actuales, & obiectiue, & ex parte finis sunt participationes intentionis Diuinæ, seu propositi, aut prædeterminationis, & eius executiones. Quare sicut rationes ideales ordinantur ad opus per intentionem Diuinæ voluntatis in se, sic rationes cauendi creaturarum ordinantur, & mouentur, & determinantur ad opus per intentiones, seu inclinationes actuales, quas Deus causat in creaturis.

16 Vnde hæc motio actualis Dei ut primi liberi non est impulsiva, & se tenens ex parte efficientis, sicut est physica prædeterminatio. Quia sic mouentur inanimata ad actiones violentas, ut diximus disp. 2. numer. 826. & in quest. a. num. 115. Licet enim possit dici impulsus, & pulsatio, quia Deus per illam prius mouet causam in genere causæ efficientis, quam in genere causæ finalis, ut diximus disp. 2. num. 779. Quare dicitur Deum per illam pulsare ad ostium: & sic illam impulsivam appellat Egidius in Epist. ad Rom. cap. 9. lect. 31. dub. 6. & in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. Tamen secundum quod

contra ponitur impulsui, & ab eo distinguitur, dicenda est tractio. Nam ut cum Arist. 7. phys. text. 10. docent S. Thomas, & Egidius ibi. Pulsio est motus, quo projicitur aliquid à se. At tractio est motus, quo alicitur aliquid ad se. Vnde impellere est mouere aliquid, projiciendo illud à se: trahere vero est mouere aliquid, illum ad se inclinando, & aliciendo, ut ipsum se naturaliter, & sponte, aut libere veniat ad mouentem. Vnde ait S. Thom. Quod tractio a pulsione differit: quia in pulsione mouens se habet ad mobile, ut terminus, à quo est motus eius. Quia scilicet impellens aliquid, illud a se projicit. In trahendo vero se habet, ut motus ad quem: illud ergo trahere dicitur, quod mouet alterum ad se ipsam. Idque late ibi explicat. Et similiter Egidius ibi. Et ait Philosophus quod motus pulsionis est disgregatiuus, & tractionis est congregatiuus. Quia pulsio se parat mobile à mouente, & tractio vnit illud sibi. Quod vterius explicat S. Thom. 1. 2. q. 23. art. 4. Vnde mouere impellendo est mouere coagendo, & violentiâ inferendo. Quare dominus ad seruum qui in vitatam ad coenam. Lucæ 14. cum in vitatam voluissent venire, dixit: cõpelle intrare, & Psal. 118. dicit Prophet. Impulsus, euersus sum, ut caderem. Sicque lapis ad motum sursum, quia violentus, impellitur aliquo impulsu ex parte efficientis, ad motum deorsum, quia naturalis, mouetur motu tractionis, & ex parte finis, ut diximus. Et ideo S. Thomas, & Egidius in 3. dist. 9. q. 1. art. 1. ad 1. docent eum, qui mouetur ex parte finis, moueri libere, quia mouetur gratia sui, eum vero, qui mouetur ex parte efficientis, non moueri libere, quia non mouetur gratia sui, sed gratia mouentis, & coactus, & mere serbilitate, & veluti instrumentum inanime. Secundum Philosophum in principio metaphys. (ait S. Thom.) liber est, qui sui causa est.

S. Thom. Egid. Quid pulso, quid tractio.

Lucæ Psalms

Qui mouetur ex parte finis, mouetur libere, secus, qui ex parte efficientis.

Index Doctrinalis

S. Thom. est. Unde seruus dicitur, qui est causa alterius, & seruitus quod causa alterius agit, sed alterius causa agi est dupliciter, vel sicut finis, sicut seruus non lacrat sibi, sed domino, vel sicut mouentis: sicut seruus non proprio motu, sed motus sicut instrumentum domini operatur. Seruitus ergo quantum ad hoc secundam tollit libertatem voluntatis, & per consequens virtutem, sed quantum ad primum non, quia homo potest propter alterum operari, quod sibi debet etiam propria voluntate.

Etiam dicitur Egid. 17 Eandem doctrinam habet Egidius ibi, qui magis illam explicat. Sed esse propter alterum (ait) cuius modi est seruus, potest esse dupliciter, vel propter alterum formaliter, sicut seruus, qui non lacrat sibi, sed domino, vel propter alterum effectiue, sicut instrumentum aliquod, etiam inensibile, effectiue est propter alterum; quia non proprio motu agit, sed solum ut mouetur a principali agente. Quantum ergo ad hoc non secundum modum, videlicet quoad moueri ab alio effectiue, tollitur omnino libertas arbitrii, &c. Et idem docet D. Thom. in Epist. ad Rom. lect. 1. column. 2. litt. B. & clarius in Epist. Ioannis cap. 15. lect. 13. litt. C. & in Epist. ad Titum lect. 1. litt. F.

Et ergo motio 18 Est ergo illa motio tractiua, quia est ex parte obiecti, & finis operis, ut super illum Ioannis 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum, ponderat P. Aug. tract. 26. in Ioann. & docet S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 2. cuius verba adduximus Ioann. disp. 2. num. 787. Hac autem determinatio (inquit) sicut in rationali natura S. Thom. per rationalem fit appetitum, qui dicitur voluntas, ita in alijs per inclinationem fit naturalem, quae dicitur appetitus naturalis, Egidius in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. §. sciendum ergo. Ex Thomistis Aluelda, Araujo, & alij, Scotistae communiter, & omnes Augustinenses relati disp. 1. num. 474. Et illam proba-

uimus disp. 2. num. 826. Quia motio impulsiva non est ad actus naturales, ad quos causa sua inclinatione mouetur, sed potius ad violentos, ut ibi explicuimus. Et hoc videtur intendere Trident. sess. 6. can. 4. dum damnat liberum arbitrium a Deo motum habere se sicut inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque passiuose habere, scilicet secundum considerationem moralem. Secundo, quia ut diximus in quaest. num. 115. motio debet esse proportionata mobili: & sic rationalia non debent moueri modo mortuo, & impulsivo, sicut inanimata, sed modo rationali, & ex parte finis. Tertio, quia sicut ut actio dicatur naturalis, & non violenta, debet oriri a causa secundum inclinationem naturalem per modum actus primi ipsius causa, ut ex S. Thom. docet Egidius in 1. dist. 17. p. 1. q. 1. art. 2. sic etiam effectus debet oriri ab eadem causa secundum inclinationem in actu secundo. Unde omnes motus causarum oriri ex aliquo amore, docent D. Dionysius 4. de Diuinitatibus no. nibus. P. Aug. 13. confessionum cap. 9. & de substantia amoris cap. 1. Arist. 10. metaphysic. textu 10. & S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 1.

19 Quarto, quia causa efficiens maxime rationalis, mouetur a fine, & determinatur ad effectum a fine, ut demonstrat S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 2. cuius verba adduximus disp. 2. n. 787. Est igitur talis motio tractio, seu inclinatio, quae non se tenet ex parte actus primi, nec dat virtutem causa in ordine ad se, sed in ordine ad effectus, ut diximus disp. 2. num. 785. Quia est ipse effectus, qui prout in apprehensione, & in intentione causa, & praesentus a causa, mouet illam, ut finis, & inclinat ut illum producat in se, & sic non est uniformis in omnibus causis, sicut neque effectus: sed vnicuique naturae accommodata: & est intentio Dei, quae vel uti transit per causas, & recipitur ab

Quia ad actus secundam naturam.

Trident.

Quia proportio nata mobile.

Quia rationalia mouentur a fine.

Et sententiarum concatenatio.

ab eis iuxta vnius cuiusque captum, & dispositionem.

Sic in causis naturalibus est inclinatio naturalis. 20 Quare in causis naturalibus, & in voluntate operante per modum naturae, haec motio est inclinatio naturalis, seu appetitus innatus, quo Deus inclinat causam, ut praesentat hunc numero effectum praesentis, quem Deus intendit illam causare, ut docent S. Thom. & Egid. num. praecedenti allati: & sic est amor, & intentio talis effectus, seu ipse numero effectus insertus causis, ut praesentatur. Quare haec motio cum recipiatur in causis determinatis per suam formam ad vnum quoad speciem, & solum in determinatis quoad exercitium, & indiuidua, recipitur in eis modo determinato quoad speciem, & determinatio solum quoad exercitium, & quoad indiuiduum effectus, ut docet S. Thom. adductus disp. 2. numer. 774. Quare naturalia non se mouent, sed mouent alia.

In sensibus est instinctus. 21 In sensibilibus autem, quae sunt in determinatiora, & ad plura se extendunt eorum potentiae, haec motio est instinctus quidam finis, ut docent S. Thom. & Egid. adducti disp. 2. num. 795. Et late explicat Egidius in 2. dist. 19. q. 2. art. 2. §. Ad quod possumus, & dist. 26. q. 2. art. 3. §. dicemus enim. Hoc enim naturali instinctu mouentur hirundines ad nidificandum, & araneae ad faciendas suas telas, & consequendos suos fines. Et haec motio recipitur in sensibilibus modo in determinato, quia mouet ea ad finem, & relinquit ea indifferentia, ut se moueant ad formam, per quam fit motus. Ut cum S. Thom. diximus num. 12.

In rationalibus est amor boni vniuersalis. 22 In rationalibus, quae sunt in determinatiora, & indifferentiora, & ad plura se extendunt eorum potentiae, haec motio est multo vniuersalior. Est enim cognitio veri vniuersalis, scilicet primum principium speculatiuum, quale est: *Omnis res, vel est, vel non est,*

in speculatiuis. Bonum est prosequendum, & malum est fugiendum, in practicis. Et in voluntate est vltimus finis, scilicet amor boni simpliciter, ut explicuimus disp. 2. a num. 777. & docet D. Thomas allatus hic num. 9. & late q. 6. de malo. Differt autem haec motio a motione naturali (ut late S. Thom. q. 6. de malo) quia forma rei naturalis est forma indiuiduata per materiam. Unde inclinatio ipsa sequens, & motio in ipsa recepta est determinata ad vnum; sed forma intellecta est vniuersalis, sub qua multa possunt comprehendere, & sic ad illam sequitur appetitus boni vniuersalis voluntatis, sub quo multa comprehenduntur. Quare cum primum principium contineat virtualiter omne verum naturale particulare, siue simpliciter, siue apprensens, homo licet sine illo principio nullo modo possit intelligere, tamen motus illo principio potest discurrere bene, sequendo motionem illius principij, quia talis est, mouens per se ad verum simpliciter, vel male, sequendo illud principium, ut motio est, ut diximus disp. 2. cit. num. 777.

23 Similiter cum sub fine vltimo, sub quo & vniuersali contineantur omnia bona particularia, siue vere bona, siue solum apparentia, licet homo, sine illa motione non possit aliquid velle: tamen actus illa motione potest per rationem, & dominium voluntatis determinare se ad hoc volendum, vel illud, quod est vere bonum, vel apprensens bonum, ut docet S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. & alibi: cuius verba adduximus disp. 2. a num. 773. Quia illa motio licet per se, & qua talis moueat ad actum, qui respiciat bonum, quod est vere bonum, tamen occasionaliter mouet ad actum, qui respiciat bonum, quod est tale solum apparenter, quia actus est praecisse. Ut de motione intellectus, & voluntatis diximus disp. 2. a num. 936. Et ne intellectus, & voluntas prop-

in speculatiuis. Bonum est prosequendum, & malum est fugiendum, in practicis. Et in voluntate est vltimus finis, scilicet amor boni simpliciter, ut explicuimus disp. 2. a num. 777. & docet D. Thomas allatus hic num. 9. & late q. 6. de malo. Differt autem haec motio a motione naturali (ut late S. Thom. q. 6. de malo) quia forma rei naturalis est forma indiuiduata per materiam. Unde inclinatio ipsa sequens, & motio in ipsa recepta est determinata ad vnum; sed forma intellecta est vniuersalis, sub qua multa possunt comprehendere, & sic ad illam sequitur appetitus boni vniuersalis voluntatis, sub quo multa comprehenduntur. Quare cum primum principium contineat virtualiter omne verum naturale particulare, siue simpliciter, siue apprensens, homo licet sine illo principio nullo modo possit intelligere, tamen motus illo principio potest discurrere bene, sequendo motionem illius principij, quia talis est, mouens per se ad verum simpliciter, vel male, sequendo illud principium, ut motio est, ut diximus disp. 2. cit. num. 777.

23 Similiter cum sub fine vltimo, sub quo & vniuersali contineantur omnia bona particularia, siue vere bona, siue solum apparentia, licet homo, sine illa motione non possit aliquid velle: tamen actus illa motione potest per rationem, & dominium voluntatis determinare se ad hoc volendum, vel illud, quod est vere bonum, vel apprensens bonum, ut docet S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. & alibi: cuius verba adduximus disp. 2. a num. 773. Quia illa motio licet per se, & qua talis moueat ad actum, qui respiciat bonum, quod est vere bonum, tamen occasionaliter mouet ad actum, qui respiciat bonum, quod est tale solum apparenter, quia actus est praecisse. Ut de motione intellectus, & voluntatis diximus disp. 2. a num. 936. Et ne intellectus, & voluntas prop-

Index Doctrinalis;

rer suam malitiam possunt peruerse ab
vri illa motione in ordine ad actus
prauos, vt cū P. Aug. docet S. Thom.
allatus *disp. 2. num. 828.*

Mouet Deus in intellectu efficien- ter, & finaliter.
24 Mouet Deus creaturam ratio-
nalem (& etiam suo modo alias crea-
turas) vt explicuimus *disp. 2. numer. 776.* & latissime *Egidius in 2. dist. 41. q. 1. art. 2. & q. 2. art. 3.* primum in ge-
nere causæ efficientis, & postea in ge-
nere causæ finalis. Nam per verum
existens obiectiue in phantasia medio
lumine intellectus agentis mouet ef-
fectiue intellectum ad intellectiōem:
& postea in genere causæ finalis, &
terminatiuæ, terminando ipsam intel-
lectiōem. Nam vt late explicuimus
disp. 3. d. num. 219. nulla res potest esse
terminus, seu finis actionis, quæ non
fuerit motum, & principium actio-
nis, & eo modo, quo est principium, est
terminus: & sic intellectus prius moue-
tur effectiue ab obiecto media specie
intelligibili ad intellectiōem, & pos-
tea intellectus media intellectiōe
ipsa se mouet intentionaliter, & ratio-
nalitèr in obiectum, quod finaliter in-
tellectum mouet.

Et etiam voluntatem.
25 Similiter per bonum in com-
muni (siue in particulari) vt existens
in intellectu, mouet Deus voluntatē,
primo in genere causæ efficientis mo-
tu ad formam, & postea mouet illam
in genere causæ finalis motu ad finē.
Nam vt explicuimus *disp. 2. d. numer. 795.* duplex processus reperitur in vo-
luntate, vnus, quo obiectum, seu bo-
num existens in intellectu, mouet vo-
luntatem in genere causæ efficientis
motu ad formam, scilicet ad actus in-
deliberatos illam actuando per amo-
rem indeliberatum, & respectu huius
actus licet voluntas se habeat actiue
secundum considerationem physicā,
& animasticam, se habet passiue secun-
dum considerationem moralem, vt *ibi*
diximus: & postea bonum voluntatem
iam actuatam per amorem indelibera-

tum mouet illam in genere causæ finalis
motu ad finem per allicientiam, vt
per actus deliberatos illum consequa-
tur, vt enim ait *Egidius in 2. dist. 41. q. 2. art. 3. Primo intellectus apprehendit bonum, & ostendit illud voluntati, sed ad illam apprehensionem vel non mouetur voluntas, quia forte non curat de tali bono ostenso, vel si mouetur ex illa ostensione, aggeneratur in ea quadam intentione boni, siue quadam intentione finis, vel quidam amor ipsius boni, quod est finis. Nam in omni motu voluntatis quantum ad quodcumque bonum, relucet ibi amor finis, vel intentione finis, quia talia bona non mouent nisi in virtute finis. Postquam in voluntate generatus est amor finis, inquit vias, & eligit bonum, per quod possit deuenire ad illum finem. Post electionem est ibi executio operum, per quæ voluntas possit adipisci illum finem: ita tamen quod semper, quod est vltimum in electione, est primum in operum executione. Quinto & vltimo est ipsa adeptio, & ipsa acquisitio boni. Modus ergo, quo Deus creaturas mouet trahendo, est imprimendo eis aliquam inclinationem, & amorem sui; & aliquam participatiōem sui esse, vt cum *Egidio* explicuimus *disp. 2. num. 814.* & docet *D. Th. 1. 2. q. 23. art. 4.**

26 Hæcmodi mouet Deus im-
mediate, vel medio obiecto creato vo-
luntatem, illam trahendo. Nam vt ex-
plicuimus *disp. 2. numer. 814.* & late
Egidius loco citato, sicut graue pri-
mo mouetur ad formam grauitatis
motu ad formam, prout est in graui
motu ad formam, qui est à generan-
te, & illa eadem grauitas, quæ est ter-
minatio motus ad formam, est princi-
pium, per quod graue moueatur in cæ-
trum: sic ille idem amor boni, qui est
terminus motus voluntatis, vt moue-
tur ad formam, est principium motus
voluntatis, vt mouetur in finem. Dif-
ferentia tamen: quia per grauitatem
sic

Egidius
*Hoc ordi-
dine.*

Et sententiarum concatenatio.

sic determinatur graue, vt moueatur
in centrum, vt non possit dici graue in
hoc motu se ipsum mouere, neque in
motu ad formam, neque in motu ad
centrum in se; sed mouetur à generan-
te. Sed in motu voluntatis, licet actue-
tur voluntas, & fiat in ipsa amor finis
à suo generante, idest ab intellectu
ostendente sibi obiectum, & finem: ta-
men facta in actu per finem, mouet se
ipsam ad ea, quæ sunt ad finem, & ad
ipsum finem in re; & sic amor finis est
voluntati aliquo modo naturalis: quia
naturaliter, vel in generali, vel in spe-
ciali est in nobis amor finis. De quo
late *Egidius* ibi; & cum *S. Thoma* 1.
2. q. 10. c. 1. dicitur discipulo. Vnde prout
voluntas mouetur ad formam, & mo-
uetur ad finem, potest dici esse in ea
motum indeliberatum. Sed prout fac-
ta in actu per finem in se mouet se
ad finem in re, potest dici eius motus
deliberatiuus.

*Voluntas
actus
quo moue-
tur, inde-
liberat;
quo se mo-
uet delibe-
ratus.*

27 Hinc iam patet quomodo
voluntas virtute huius motionis vni-
uersalis possit se mouere ad actus de-
liberatos siue bonos, siue malos in par-
ticulari, sine phytica prædetermina-
tione, vt diximus *disp. 2. d. num. 784.*
Quia cum amor boni vniuersalis, qui
est terminus motus voluntatis ad for-
mam, sit principium motus voluntatis
ad finem, & motuum deliberatorum,
vt dicebamus *numer. precedentis*; cum
sub bono vniuersali contineatur bonū
honestum, & bonum sensibile, & actus
bonus, & actus malus, quæ actus est:
quia vt sic est bonum naturale, & talis
motio habeat esse motionem ad ope-
randum libere in communi, & esse mo-
tionem ad operandum bene: potest
voluntas sequi ipsam completè, & vt
talis motio est, & virtute illius elicere
actum bonum, vel sequi illam in com-
pletè, & solum vt motio est, & virtute
illius elicere actum prauum, vt dixi-
mus *disp. 2. d. num. 936.* Quia hæc mo-
tio non dat virtutem intrinsecam vo-

*Sequendo
motionem
completè,
vel in com-
plete.*

luntati, & in ordine ad se, quia illam
habet ex se voluntas, sed in ordine ad
actus: quia virtus illius motionis non
est proprie virtus effectiua, sed deter-
minatiua, vt late *disp. 2. numer. 785.* &
Deus vt vniuersalis motor mouet per
hanc motionem voluntatem per se ad
operandum bene, & occasionaliter ad
actus prauos, vt actus sunt.

28 Et licet voluntas possit ap-
prehendere bonum aliquod per sen-
sus, quo moueatur ad bonum, vel ad
malum, tamen vt ait *Egidius numer. 25.* relatus: *In omni motu voluntatis quantum ad quodcumque bonum relucet ibi amor finis, vel intentionis finis: quia talia bona non mouent nisi in virtute finis.* Et, vt docet *N. Lusitanus lib. 2. de vltimo fine q. 7. art. 1. §. 2. no. 12.* Sicut in scientijs non est necessarium, vt intellectus incipiat ab actuali cognitione primi principij, quale est *Omnis res vel est, vel non est*, sed potest incipere à principijs proximis, quæ vir-
tute primi principij mouet ad cognitio-
nem sui, sic in agibilibus non est neces-
sarium, vt voluntas incipiat ab actuali
voluntate finis, sed potest incipere à
fine, seu bono proximo, quod non mo-
uet voluntatem nisi virtute vltimi
finis. Videatur *Lusitanus*, qui late hoc
prosequitur. *Qui etiam q. 8. explicat.*
An, & quomodo vltimus finis cum pro-
ximis concurrat?

*Sic in om-
ni motu
volunta-
tis relucet
motio
finis.*

*Nec oportet
ab in-
tellectione
se
nisi actum
incipere.*

29 Hinc habetur vniuersalem
motionem Dei vt summi artificis esse
ad bonum in communi, & relinquere
creaturis rationalibus, & sensibilibus
indifferentiam, vt se determinent ad
bonum in particulari. Hoc enim expli-
cant *S. Thomas 1. 2. q. 9. art. 1.* & alibi,
*Egidius in 2. dist. 2. q. 2. art. 4. §. aduer-
tendum.* Quia sicut contingit in arti-
bus, sic etiam contingit in agentibus.
In artibus autem ars inferior moue-
tur, & regulatur ab arte superiori sub
ratione vniuersali, & ars inferior sic
mota se mouet, ad operandum, vt fræ-

*Sicut ars
inferior à
superio-
ri, sic a-
gēs infe-
rius mo-
uetur à
superiori.*

Index Doctrinalis,

nefactiua ab equestri, & equestris à militari, & domifaciua ab œconomi- ca: quia finis frenafaciua est sub fine equestris, & finis equestris est sub fine militaris, & finis domifaciua est sub fine œconomica; ideoque militaris præfigit finem vniuersalem equestri, illamque dirigit, & mouet ad operan- dum, & equestris præfigit finem franc- factiua, & œconomica ædificatiua: & idem patet in regimine politico, & in virtutibus. Sic igitur Deus motione vniuersali mouet creaturas rationa- les ad bonum.

In natura lapsa
Specialis motio.

30 At, quia in natura lapsa natu- ra humana, licet sola motione vniuer- sali, & vniuersali concursu possit cog- noscere plures veritates practicas, dictantes bonum esse prosequendum, non tamen cognoscit bonum bene esse agendum; nec potest elicere bonum opus morale vndequaue bonum: quia licet possit opus bonum, non ta- men bene: quod cum Ariminenti, & alijs docent plures. Nec voluntas iux- ta S. Thomam, & Egidium potest di- ligere Deum autorem naturalem su- per omnia, & consequenter nec bo- num honestum, quia honestum est for- maliter, nisi tantum materialiter; ideo necessaria est alia motio specialis ordi- nis naturalis saltem ad has actiones,

Ex parte intellectus.

vt cum S. Thoma diximus *disp. 2. n. 788.* quæ motio ex parte intellectus est cognitio practica dictans. *Bonum propter finem honestum esse prosequen- dum,* quæ ponatur loco minoris sub il- la motione vniuersali. *Bonum est prose- quendum, & ambæ influant in conclu- sionem, scilicet in iudicium practicum,* quod format intellectus ad bene ope- randum. *Quæ videtur mens S. Thomæ 1. 2. q. 109. art. 1. in corpore, & ad 1. Ex parte vero voluntatis S. Thom. ibi art. 2. maxime ad 1. & q. 6. de malo & quodlib. 1. q. 7. ait esse instinctum quen- dam prouenientem a Deo, scilicet ac- rum in deliberatum amoris boni honesti,*

Ex parte voluntatis.

ti, quo mouetur voluntas ad confi- lium, iudicium practicum, & electio- nem. Et ad amorem Dei, est amor qui- dā strictus boni Diuini, virtute cuius, simul cum illa generali motione vo- luntas, quæ (vt ait S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 3.) *propter corruptionem naturæ sequitur bonum priuatum* sanetur; & virtute motionis gratuita moueat se supra se, & amet bonum commune su- per se, & super omnia. De quo Egid. in *Epist. ad Rom. cap. 7. lect. 23. in fine dub. 1. & 2. & in 2. dist. 7. q. 1. art. 1. §. Est tamen aduertendum: & dub. lat. 31*

31 At actus vero supernatura- les tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis necessaria est alia mo- tio specialior, qua creatura rationa- lis moueatur, vt se moueat non solum supra se, sed supra totum ordinem na- turæ, vt diximus *disp. 2. numer. 788. & 826.* Nam ad actus fidei est necessariū iudicium practicum prudentiale ex par- te intellectus, quo moueatur quoad specificationem, & pia affectio ex par- te voluntatis, vt moueatur quoad exer- citium, vt dicitur in *tract. de fide.* Ad actus spei necessarius est amor imper- fectus boni Diuini, vt voluntas eliciat actum ipsum spei, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 17. art. 8. Quia vt ibi dicit omnis motus voluntatis oritur ex aliquo amore. Ad actum vero charitatis mo- uet Deus voluntatem motione ducti- ua, & regulatiua. Præuiso enim consen- su negatiuo, Deus mouet, & applicat potentiam habitu supernaturalem ele- uatam ad eliciendum actum superna- turalem. Vt iam explicuimus *disp. 2. numer. 826.*

Ad actus super- nat. neces- saria alia specialior

32 Motiones istæ Dei vt primi operantis, & primi liberi mouent cau- sas secundas, & determinant ad ope- randum secundum quod ipsæ causæ in se sunt capaces, & dispositæ in actu primo per formas, & virtutes motio- nis Dei recipiendæ. Sic Egid. in *Epist. ad Rom. cap. 9. lect. 31. dub. 6. & 7. su- per*

Motio- nes istæ mouent iuxta ca- pacitatē recipien- tis,

Et sententiarum concatenatio.

Dei di- rigit ad bonum, & ex corruptione recipiens fit de- factus.

per litter. vbi docet Deum, quatenus est ex se, inclinare, & dirigere res natura- les in proprios fines, & tamen prop- ter corruptionem aliquam in femine plantæ, vel animalis fieri deuiationē a fine, & contingere monstrua in natu- ralibus. Et similiter Deum, quatenus est ex se, quemlibet inclinare, & diri- gere in bonum: tamen propter corrup- tionem aliquam in appetitū ipsum se voluntarie deuiare a fine, & non con- sequi illud bonum. Et idem docet D. Thom. q. 6. de malo. Et addit quod vo- luntas ieratur in id, quod sibi offertur magis secundum hanc particularem conditionem, quam secundum aliam, potest contingere tripliter. Præmo quidem modo, in quantum vna præponderat, & tunc mouetur voluntas secundum rationem, pata cum homo prædeligit id, quod est vtile (sanitati, eo quod est vtile voluptati. Alio vero modo in quantum cogitat de vna particulari circumstan- tia, & non de alia: & hoc contingit plerumque per aliquam occasionem ex- hibitam vel ab interiori, vel ab exteriori, vt et talis cogitatio occurrat. Tertio modo contingit ex dispositione homi- nis: quæ secundum Philosophum quæ- lis vna quisque est, & talis finis videtur ei. Vnde aliter mouetur voluntas ierati, & voluntas quieti: quia non idem con- ueniens vtrique; sicut etiam aliter ac- ceptatur cibus a sano, & ab ægro. Et idem docet Egidius supra: & quod lib. 3. q. 16. Quare illi, qui ponunt hanc motionem efficacem ex natura sua, debent ponere illam efficacem effi- cacia respectiua ad dispositionem cau- sæ siue naturalis, siue liberæ.

Cur volū- tas magis ieratur in vnum, quam in aliud?

Posita motione in voluntate potest illa non sequi.

33 Hinc fit, vt posita in volunta- te motione (saltem specialis) voluntas possit sequi, vel non sequi motionē, & possit non sinere se mouere: quia potest ponere impedimētum. Sic Egi- dius de cognit. Angel. q. 11. §. secunda via, cuius verba adduximus *disp. 3. n. 70. & D. Th. quodlib. 1. q. 4. n. 7. ad 2. &*

q. 6. de malo ad 15. vbi ait. Sic ergo illa causa, quæ facit voluntatem aliquid vel- le, non oportet, quod ex necessitate boni faciat, quia potest per ipsam voluntatem impedimentum præstari, vel remouen- do talem considerationem, quæ inducit eam ad volendum, vel considerando op- portunitatem, scilicet, quod hoc, quod proponi- tur vt bonum, secundum aliquid non est bo- num. Quod docuit Trid. *sess. 6. cap. 5.*

34 Rursus dato quod voluntas finat se moueri, potest sequi motionē cōplete, vel in cōplete. Sic Egidius alius *disp. 3. n. 70. & in 2. dist. 26. q. 2. art. 3. a §. dicemus enim: & quod lib. 3. q. 16. & S. Th. q. 3. de malo a. 1. ad 8. & clarè a. 2. in corpore & q. 6. ad 11. & probatur ab Egidio citato quod lib. Quia cū motio moueat ad bonum ho- nestum, potest voluntas vel sequi mo- tionē, qua est motio boni honesti; & sic cōplete: vel solum qua est motio ad bonum, & sic in cōplete. Et simili- ter potest sequi motionem completē vel inter se, vel in cōplete. Et potest as- signari alia ratio, ex Egidio ibi. Quia voluntas mouetur ab amore, & sic a conuenienti; & sic a sibi simili: quia similitudo est causa amoris, sicut dis- similitudo causa odij. Vnde proposi- to aliquo obiecto voluntati potest non apparere illi conueniens, & simile, vel quia ratio manifestat contrarium illi conuenientius, & similius. Et tunc auertitur a motione Dei per ignoran- tiam. Vel potest non apparere illi cō- ueniens: quia concupiscentia ad con- trarium facit contrarium videri sibi similius, conformius, & conuenien- tius. De quo n. 32.*

Trid. Et potest illam se- qui in cō- plete.

35 Ex quibus colligitur Non ta- voluntatem sine motione vniuersa- men po- li nullomodo posse aliquid velle, test volū- etiam obiectum prauum: est enim tas ali- hac motio vniuersalis necessaria quid vel- etiam ad materiale peccati. Sic di- le sine u. ximus *disp. 2. n. 776.* cum S. Tho- hione ma 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. ait enim: vni- quod

Index Doctrinalis

quod Deus mouet voluntatem hominis sicut vniversalis motor ad vniversa. *hic dictum voluntatis, quod est bonum, & sine hac vniversali motione non potest homo aliquid velle.* Idem etiam docet Egidius q. 11. de cognit. Angel. §. secunda via, cuius verba adduximus disp. 3. n. 70. & etiam in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. §. sed est alius modus, & ad 2. Idque probat ex Aug. P. 5. de Genes. ad litt. Ab illis verbis. *Mouet ita que occulta potentia vniversam creaturam suam, &c. & infra. Dum iniqui istos exercere permittuntur, & ratione etiam probat. Quia Deus non solum est primum ens, in quod reducuntur omnia entia, & a quo omnia entia sunt, sed etiam est primum agens, & primum mouens, a quo sunt omnes actiones, & motus, & in quem reducuntur omnes motus, & actiones. Et cum omnis actus voluntatis, & sit ens, & sit actio, seu motus: vt ens est a Deo primo ente, vt sunt omnia alia entia, & vt est actio debet esse specialiter ab eo primo agente, & primo mouente, saltem motione vniversali: & sic quid quid motionis est in actu peccaminoso, & quidquid est actionis totum est a Deo, & quidquid defectus, & obliquitatis totum est a nobis, vt ait Egidius citatus disp. 3. n. 70.*

36. Verum est autem Deum hac motione vniversali per se solum mouere ad bonum simpliciter, & occasionaliter ad actum prauum, vt actus est dum taxat, sed voluntatem vt illa motione ad actum prauum pro suo libito, motione abutendo. Vt cum Egidio sufficienter explicuimus disp. 2. n. 936. vbi diximus Deum nullomodo esse causam, & multo minus autorem peccati. Vnde ille, qui non sequitur motionem, & auxilium, sed peccat, habet auxilium sufficiens, quia illa met motione, qua male vtitur, mouetur a Deo ad actum bonum.

37. Sed licet voluntas non possit aliquid velle sine motione rate se. Dei; tamen semel mota non potest non velle aliquid: siue illud sit bonum simpliciter, ad quod mouetur per se, & directe a Deo; siue bonum apparet, ad quod mouetur occasionaliter, & per accidens. Sic diximus disp. 2. n. 938. cum Egidio in 2. dist. 41. q. 2. art. 3. Et rationem dedimus cum ipso: quia cum ratio boni vniversalis reseruetur in quolibet bono speciali, sicut ratio generis reseruetur in qualibet specie: si ex ostensione boni non necessitetur voluntas, vt velit bonum speciale, ad quod mouetur per se, necessitabitur vt velit aliquid, in quo reseruetur ratio boni saltem apparenter, ex qua necessitate mouebitur, vt conuenitur, & inquirat vias, per quas possit habere bonum, in quo quiescat. Nam semel mota voluntate, aggeneratur in ea amor, & inde desiderium boni, & sic non quiescet, vsque dum consequatur illud vel verè, vel apparenter.

38. Hæc motio tractiua (præcipue specialis) in nostra sententia potest poni efficax vel a se, vt ponant Patres Thomistæ, vel a consensu, vt Patres Iesuitæ ponunt, vel physica, vel moralis, vel absolutâ, vel respectiua. Vt late disp. 1. n. 448. Nâ in sententia nostra quocumque modo excogitabili potest motio saluari. Vt ibi diximus. Est enim differentia materialis respectu præsentia, vel respectu Dei. Nam semper discretio bene operantis a non operante, & auxilium efficax (a quocumque efficaciam habeat,) vt efficax est descendit ab ideis, omnipotentia, & voluntate Diuina. Nam Deus vt summus artifex, & vt omnipotens habet in sua potestate consensum liberum, vt est determinatè possibilis per auxilia, per quæ est possibilis. Quod

Et voluntate se. mel mota non potest, non vel. le ali. quid.

Diffic. de efficacia grat. in connexa cum diff. de cognit. conuenit.

Concur. sus vniversalis prior prout a Deo.

Potest ad mitti prædeterminatio physica, & quo modo.

Et sententiarum concatenatio.

autem hic fiat per auxiliū prædeterminans voluntatem, vel per voluntatem determinantem auxiliū; sicut comparatione entis possibilis sunt differentia materiales: ita etiam comparatione omnipotentia, quæ attingit res sub ratione possibilis: & etiam comparatione ideæ, quæ attingit res sub ratione entis artificialis. Quare difficultas de efficacia gratiæ in nostra sententia in connexa est à difficultate de cognitione futurorum contingentium, sub conditione futurorum.

39. Concursum vniversalem diximus disp. 2. n. 770. esse priorem prout a Deo, quam prout a creatura, & etiam prout a voluntate operante per modum naturæ. Et hoc non obstante dicimus actus voluntatis in esse moris, & determinatiuè, posse esse prius imo, & vnicè prout a voluntate, quam prout a Deo, vt late ibi explicuimus triplici via n. 798. vbi n. 831. diximus difficultatem, de concursu Dei cum creaturis non dependere à difficultate de cognitione contingentium. Quare potest concursus præuius defendi cū scientia media, & e contra. Neque ex præuius concursu.

40. Hinc deduximus: Cit. disp. 2. n. 787. modum, quo possit defendi prædeterminatio physica, etiã ad materiale peccati, quin laudatur libertas, nec Deus sit causa peccati. Quia Deus sicut concursus vniversalis applicat voluntatem ad substratum peccati, prout est actus quidam naturalis, quin sit causa moralitatis, quia hæc prouenit ab vfu libero voluntatis, quæ vtitur illo actu: sic etiam potest Deus prædeterminare ad tale substratum, quin sit causa malitiæ. Vt diximus disp. 2. n. 787. sed tunc dicendum Deum prædeterminare ad actum, vt solum actus est, non vt moralis, & liber est; vt

sic enim non est prædeterminabilis physicè: Quia vt sic non prouenit à voluntate, vt effectiua efficienter, & vt motiua, sicut prouenit substantia actus, sed vt dominatiua, & vsua, quo pacto solum potest prædeterminari moraliter, & ex parte finis. Nam voluntas, vt libera, & vt domina sui actus solum operatur vtendo suo actu, & rebus alijs suo dominio, & imperio subditis. Quod corollarium maxime procedit in sententia dicentium concursum præuium non distinguere ab vniversali. Sic Pradus in metaphysic. controu. 12. 1. 7. §. 4. n. 142. Michaelius 1. p. 7. 19. r. 8. dub. 1. n. 359. Et hoc dicendum si dicatur actus naturalem præcedere determinationem moralem, & vsum voluntatis. Vt diximus disp. 2. n. 798. si vero dicatur determinationem moralem esse priorem concursu simultaneo Dei, vt diximus n. 803. dicendum physicam prædeterminationem supponere permissionem, & determinationem voluntatis. Vt diximus n. 836.


41. Consequenter ad hanc doctrinam graues Theologi cum P. Augustino, vt putant, dicunt Deum, licet non possit esse causa per se peccati, vt patet, & definit Tridentinum tamen supposita futuritione absoluta peccati à determinatione creaturæ prouenienti, & præuissa per scientiam visionis, dicunt Deum posse ordinare materiale peccati, imo, & ipsam deordinationem Physicè sumptam, & vt est quædam disconformitas ad naturam rationalem in pœnam præcedentium peccatorum. Sic retulimus disp. 2. n. 932.

42. Qua sententia supposita poterat vltius dubitari, vt etiam possit Deus supposita futuritione absoluta peccati ex determinatione libera creaturæ, Deo permissiue tantum se habente circa

Index Doctrinalis;

malitiam; dubitari in quam posset, an ipsa deformitas physica possit ordinari ad alios fines bonos à Deo intentos, sicut ordinatur ad pœnam præcedentium peccatorum? ut v. g. ad hoc ut cruciando ipsum, qui peccavit eliciat inde odium peccati, actus pœnitentiæ, & sic sit effectus prædestinationis, saltem imperatus, licet non possit effectus. Possent etiam aliæ quæ-

siones, illa opinione supposita, excitari, ut v. g. an supposita futuritione peccati Iudæ, & impœnitentiæ illius verba illa Christi Domini Ioann. 13. *Quod facis, fac citius!* importent præceptum accelerationis eius mortis ob finem redimendi genus humanum? & similes aliæ, quas excutâdas, & resoluendas alijs relinquimus.



IN

INDEX RERVM NOTABILIVM, QUÆ IN HOC OPE RE CONTINENTVR.

Disp. disputationem deocat. N. numerum illius.

A

Accidens.

Quando aliquod accidens oritur ex alio, sequitur ipsum, non præcedit, disp. 2. à n. 74.

Actio.

Nihil potest terminare actionem per se, vel per aliud, quod non mouerit ad actionem per se, vel per aliud, disp. 3. à n. 219.

Côsideratio actionis ingenere physico, & ingenere moris, disp. 2. n. 765. & sequentibus.

Actiones physicae prius sunt prout à Deo, quam prout à creatura, disp. 2. n. 770. & ingenere moris si bonæ sunt, secundum simalæ, n. 773.

Actiones hominis, & actiones humanae, quæ disp. 2. à n. 795.

Actualitas.

Actualitas vltima necessario supponit primam, disp. 2. n. 335.

Actus.

Circa eundem actum non potest esse dominium æquale in solidum penes duos, disp. 2. n. 569.

Actus prædiffiniti, ut præscindunt

à præfentialitate in æternitate, & etiã decretum secundum se sumpsum sunt mirabilia. Ex D. Anselmo, disp. 3. à n. 108.

Actus charitatis supernaturalis nõ potest regulari aliqua cognitione creatâ, nisi ab Spiritu Sancto, disp. 1. n. 530. disp. 2. n. 778. 826.

Actus cum eisdem dependentijs quibus existit in tempore, videtur sub ratione possibilis, disp. 2. n. 761.

Côsideratio actus ingenere physico, & ingenere moris diuersa, disp. 2. n. 765.

Actus vitalis quomodo sit à Deo, & quomodo non? disp. 3. n. 822.

Actus pravus quomodo sit à Deo? ibidem, & 827.

Egidij elogia in Sinopsi per totam

Luminare maius Augustinensium ibi n. 1.

Egidius iuxta Venetum Augustinensibus è cœlo missus, ibidem.

Eius doctrina defendenda ab Augustinensibus ibi, n. 9.

Nunquam sibi aduersatus, ibi n. 4.

Eius documentis Parlamèri domus constructio debetur in Gallia, ibi n. 8.

Ab Egidio Bonifacius 8. defensatus, ibidem n. 19.

Eius humilitas, ibi n. 17.

Eius doctrinæ Catholice veritati defendendæ accomodatæ, ibi n. 22.

Puppis, & prora theologorum, ibidem.

Index Rerum.

Doctor beatus appellatus, ibi n. 26.
Egidij sententia de cognitione obic-
torum contingentium sub conditione
futurorum, disp. 1. a. n. 116.

Quæ sit illa Præscientia, quæ iuxta
Egidium præcedit prædestinationem?
disp. 1. n. 213.

Est scientia naturalis Deo, ibidem.
Vnde proveniat certitudo Divinæ
prædestinationis iuxta Egidium? disp.
1. n. 218.

Egidius medius inter Thomistas,
& Iesuitas ibi n. 117.

Eternitas.

Quid sit? disp. 1. dub. 1. cap. 9.

Eternitas mensurat esse, & tempus
motum, disp. 3. n. 294.

Nunc æternitatis ab alijs nūc disti-
guitur ibidem, n. 295.

Quomodo possit dici diuisibilis,
disp. 3. n. 305.

Mensurat primo, & principaliter esse
Diuinum, & secundario res etiam pos-
sibiles in eo, disp. 1. n. 82.

Nullam creaturam mensurat prout
in se ipsa, sed prout in Deo, disp. 1. n.
576. disp. 3. n. 260. & 294.

Futura quæ dicuntur conditionata
sunt Deo ab æterno præsentia in æter-
nitate sub ratione possibilium, disp. 2.
a. n. 312.

Nullus actus Dei etiam liber potest
non mensurari æternitate, disp. 3. n. 80.

In æternitate solum dantur signa
quo, non in quo ibidem, n. 83.

Eternitas identificat sibi omnes dif-
ferentias formales durandij, disp. 3. n.
250.

Angelus.

Angelico intellectui quid repræsen-
tatur actu? disp. 1. n. 74.

Angelus nō potest cognoscere futura
cōtingentia absque reuelatione, disp. 1.
n. 254. & disp. 2. n. 207. & disp. 3. n. 263.

Angeli, & beati cognoscunt futura

cōtingentia eis reuelata in verbo, disp.
2. n. 612.

Aristoteles.

Liberatur à censura, disp. 2. n. 198.

Arts Diuina.

Regulat omnem actionem creatam,
disp. 1. n. 38. 294. 460. 483. & disp. 2. n.
510. 524. & disp. 3. n. 375.

Est causa rerum sub ratione vniuer-
salissima, disp. 1. n. 608. 689. & disp. 3. n.
137.

Artifex.

Debet habere ideam totius artificia-
ti; & non solum partium, disp. 1. n. 40.

Artifex superior, & maxime Deus
continet in se determinationem infe-
rioris, disp. 1. n. 176.

Differentia inter artificem creatū,
& in creatum, disp. 3. n. 378.

Artificiatum.

Artificiatorum ordō est eis ab arte
disp. 2. n. 145.

Ad producenda artificiatum concur-
runt ars, & voluntas, & qualiter? disp. 2.
a. n. 143.

In diffinitione artificialium ponitur
voluntas, disp. 3. n. 429.

Habet artificiatum duplex esse, vñ
ideale, & alterum reale, disp. 1. n. 550.

Assimilatio.

Dupliciter potest vnum assimilari
alteri, disp. 1. n. 46. & disp. 3. n. 140.

Auctoris sententia.

In quo differat à sententia Iesuitica,
& Thomistica. In intento operis per to-
tum, & disp. 1. a. n. 191. & a. n. 397.

Auctoris sententiam quot Docto-
res teneat? disp. 1. dub. 2. cap. 4. per totū
&

Index Rerum.

& dub. 6. per totum, & n. 408. & disp. 2.
a. n. 664.

Cum sententia Auctoris possunt de-
fendi omnes sententiæ Thomisticæ, &
altarū Scholarum disp. 1. n. 436. & 448.

Possunt cum illa defendi auxilia ex
se efficacia, & ex se indifferentia ibi-
dem.

Defendi potest absolutum Dominiū
Dei ibi n. 446. 469.

Et etiam Deum posse saluare homi-
nem cum singulis auxilijs indifferenti-
bus n. 447.

Intententia Auctoris commodatius
saluatur summa perfectio Dei disp. 1. a.
n. 441. plenum Dei dominium num.
446.

Potest etiam defendi auxilia esse ef-
ficacia antecedenter in vna prouidentia,
& à consensu in alia, disp. 1. n. 435.

Etiam cum auxilijs indifferentibus
saluatur prima causalitas Dei in operā-
do disp. 1. n. 445.

Auctoris sententia utilis ad explicā-
dam efficaciam gratiæ cum auxilijs in-
differentibus disp. 1. n. 468.

Quæ inconuenientia illa sententia
vitantur? disp. 1. n. 466.

Cur ab Auctore scientia simplicis in-
telligentiæ appelletur præscientia? disp.
1. n. 500.

Sententia Auctoris communis est
antiquis Theologis, & recentioribus?
ibi n. 501.

Augustinus Patens.

Augustini P. Auctoritas quanta? disp.
2. n. 837.

Augustini P. sententia contra Semipe-
lagianos, disp. 1. n. 852.

Ex eius doctrina transcripti Canones
concilij Arausicani 2. ibidem.

Augustini P. sententia de futuritione
conditionata operum disp. 2. n. 856.

Præscientia posita ab Augustino P.
necessaria ad prædestinationem, est scien-
tia naturalis disp. 2. n. 884.

Auxilium.

Quomodo Deus cognoscat congrui-
tatem auxilij disp. 1. n. 307. 448.

Efficacia auxilij (etiam si sit ex se in-
differens) potest cognosci scientia natu-
rali disp. 1. n. 434.

Sub quo cumque auxilio etiam om-
nino indifferenti est possibilis conse-
quen. er consensus in aliquibus circum-
stantijs disp. 1. n. 353.

Quocumque auxilio indifferenti po-
test Deus quem cumque hominem quā-
rum cumque proteruum saluare disp. 1.
n. 447.

In sententia ponente auxilia effica-
cia, siue in aliquo antecedenti absoluto,
siue a consensu, non fit satis argumento
de sumpto ex exprobratione vnius cō-
paratione alterius disp. 2. a. n. 432.

Fit illi satis iuxta eos, qui ponunt effi-
caciā respectiuam disp. 2. n. 443.

Quomodo habeat auxilium suffi-
ciens grauitate tentatus? disp. 2. a. n. 449.

Cum efficacia auxilij moraliter con-
nexi cum consensu non saluatur certu-
tudo Diuinæ prouidentia disp. 2. n. 17.
& 456.

Necessitatem specialis auxilij colli-
gunt Patres ex oratione, disp. 2. n. 538.
451.

Sicut auxilia omnino indifferentia
non possunt reddere euentum omnino
certum: sic essentialiter connexa nō pos-
sunt reddere euentum omnino contin-
gentem, disp. 2. n. 555.

Omnibus auxilijs moralibus positis,
methaphysicè potest voluntas dissen-
tire, disp. 2. n. 557.

B

Bruta.

In quo sensu actiones brutorum
dicantur passiones, disp. 2. numer.
795.

Causa.

Index Rerum.

C

Causae.

Causae materialis, & formalis intrinseca licet non possint suppleri a Deo, continentur in illo, disp. 1. n. 163.

Causae materialis, & formalis extrinsecae possunt a Deo suppleri in genere causae efficientis disp. 1. n. 167.

Causa quare operetur, & quare hoc modo operetur? disp. 1. n. 249.

Causae secundae modificant influxum causae primae, disp. 1. n. 345.

Quod necessario requiritur ex parte causae ad omnem operationem non potest esse effectus ipsius causae, disp. 1. n. 594. & disp. 2. n. 571. 772.

Causarum ordo regulatur Diuina praescientia, disp. 2. n. 22.

Certitudo.

Certitudo moralis quantumcumque crescat non potest peruenire ad certitudinem metaphysicam, disp. 3. n. 53.

Duplex certitudo cognitionis, & ordinis, disp. 1. n. 219.

Certitudo praedestinationis provenit a praescientia, qua regulatur, & ab ordine causarum, disp. 1. n. 213. 433.

Christus.

Quo modo cognoscat futura contingentia? disp. 2. n. 612.

Quo modo fuerit liber in adimplendo praecipio mortis? disp. 2. n. 234.

Cognitio.

Quidquid cognoscitur debet esse praesens cognoscenti in se, vel in alio, disp. 1. n. 255. & disp. 2. n. 281. & 597. & disp. 3. n. 176.

Multipliciter potest aliquod obiectum esse praesens cognoscenti, disp. 3. n. 222.

Cognitio fit per mutuam assimilationem cognoscentis ad cognitum, disp. 1. n. 46. & disp. 2. n. 599. & disp. 3. n. 140. & 385.

Cognitio intuitiva, & super intuitiva quare? disp. 3. n. 268.

Cognoscere res a posteriori est naturae potentialis, & imperfectae, disp. 2. n. 287.

Cognitio obiecti secundarij non addit perfectionem supra cognitionem primarij, disp. 3. n. 400.

Cognitio Diuina.

Cognitio contingentium sub conditione futurorum est scientia simplicis intelligentiae, disp. 1. n. 385. & disp. 2. n. 673.

Specialiter est dicenda Praescientia, disp. 1. n. 388.

Cognitio Diuina nostro modo concipiendi incipit ab actualioribus, disp. 1. n. 55. & 490.

Ordo Diuinae cognitionis ad quamcumque rem cognitam est praesentis ad praesens, disp. 3. n. 21.

Cognitum.

Debet mouere, vel quasi mouere cognoscentem in genere causae efficientis, & terminare eius cognitionem in genere obiecti, disp. 2. n. 600.

Debet esse praesens cognoscenti per se, vel per aliud, disp. 1. n. 255. & disp. 2. n. 281. & disp. 3. n. 176.

Vt una res cognoscatur in alia non est necessaria connexio cum illa, disp. 3. n. 441.

Concursus Dei.

Quo modo concurrat Deus cum creaturis? disp. 2. n. 500. & disputatur, disp. 2. n. 13.

Concursus Dei cum creatura prior est prout a Deo, quam prout a creatura, disp. 2. n. 570.

Spe.

Index Rerum.

Speciali concursu concurrat Deus ad actus bonos, quo non concurrat ad malos, disp. 2. n. 826. & 827.

Consensus liber.

Est voluntas, & auxilium non habeant connexionem cum consensu, hic potest illam habere cum illis, disp. 1. n. 157.

Consensus liber prauidetur possibilis consequenter in aliquibus circumstantijs, etiam si auxilium sit omnino indifferens, disp. 1. n. 354.

Ab eisdem met causis, a quibus dependet in tempore, prauidetur dependere in statu conditionato, & possibilitatis, disp. 1. n. 471.

Hic consensus liber sicut habet specialem entitatem specie, & numero, habet specialem possibilitatem, disp. 2. n. 366. 714.

Consensus liber a tenta indifferentia voluntatis potest ab ea non oriri: a tenta sua determinatione consequenti, non potest ab ea non oriri, disp. 1. n. 290. 553. 592. 613. 637.

Consensus liber quare magis sit possibilis consequenter in aliquibus circumstantijs, quam dissensus? disp. 1. dub. 1. toto capite 12. & disp. 2. dub. 9.

Consensus liber qua ratione sit participatio volitionis liberae Dei? disp. 3. n. 350.

Consilium.

Consilium inquisituum est naturae ignorantis, & impossibile Deo disp. 1. n. 193. disp. 2. n. 469. & 620.

Consultatio.

Consultatio de futuritione contingentium non est necessaria, nec possibilis supposita scientia naturali, in intento operis n. 8. & disp. 1. n. 193. & disp. 2. n. 620.

Contingentia.

Quid, & quomodo sit? In materia operis n. 1.

Potest considerari in triplici statu ibi n. 5.

Potest habere duplicem veritatem disp. 1. n. 7.

Contingentia habent veritatem determinatam, ut merè possibilis disp. 1. n. 11. & a n. 16. & 191. 279.

Contingentia habent modum contingentiae, & determinationis, disp. 1. n. 47.

Contingentia habent esse in statu possibilitatis, & quare? disp. 1. a n. 126. & n. 113.

Altera pars contingentium, ut contingentia sunt, non est determinate vera, sed ut sunt existentia in esse Diuina disp. 1. n. 172.

Singula contingentia habent specialem possibilitatis modum disp. 1. n. 185.

Contingentia comparatione ad suas causas sunt contingentia: comparatione ad scientiam Dei habent quandam necessitatem, disp. 1. n. 207. & 222.

Non est in conueniens vnum, & idem comparatione diuersorum esse contingentis, & necessarium, disp. 1. n. 207. 223. 338.

Contingentia sola naturali scientia cognita possunt a Deo praediffiniri sine periculo frustrationis, disp. 1. n. 307.

Prima radix veritatis determinatae contingentium non est decretum disp. 1. n. 512. nec futuritio absoluta obiectiua a n. 518.

Contingentia neque, ut possibilis, neque ut futura, neque, ut existentia mensurantur aeternitate, nisi prout habent esse in Deo, disp. 1. n. 576.

Futura contingentia dicuntur *esse futura*, & *esse contingentia*, disp. 2. n. 78. & disp. 3. n. 114.

Et qua sunt futura excludunt existentiam in se, & qua contingentia determinationem in suis causis. Ibidem.

Con.

Index Rerum.

Contingentia futura, vt talia non habent veritatem determinatam, neque ante, nec post decretum disp. 2. a n. 162.

Ex existentia contingentium de presenti produratione subsequenti potius inferitur illa non habere veritatem determinatam, produratione antecedenti, disp. 2. n. 74. 169. & 219.

Sicut indifferentia prohibet, vt contingens non habeat veritatem determinatam in causa, sic indifferentia in se ipso prohibet, vt illam non habeat in se ipso disp. 2. n. 171.

Si contingentia haberent veritatem determinatam pro tota duratione antecedenti, haberent illam ante determinationem Dei, & essent futura sine providentia disp. 2. n. 172.

Determinatio obiectiva contingentium supponit determinationem realem ibi n. 174. & disp. 3. n. 86.

Contingentia nobis futura, vt existentia habent veritatem determinatam, & quomodo? disp. 2. a n. 191.

Quando dicimus contingentia futura sub conditione, *sub conditione* est remouens futuritionem disp. 2. n. 123. 358. 482.

Contingens in suis causis proximis probabilius est non habere veritatem determinatam disp. 3. a n. 47.

Etiā si inter illas computetur motio moralis coaptata naturae voluntatis. Ibi n. 52. & 64.

Contingentia non cognoscuntur a Deo per ordinem ad suum decretum, vt futurum, disp. 3. n. 84.

Non potest esse contingens, consensus liberum prout a tali causa possibile esse disp. 1. n. 16. 144. 290. 650.

Contingentia actuum.

Contingentia, & necessitas sunt differentiae materiales comparatione omnipotentiae, & Diuinae scientiae disp. 1. n. 21. 387.

Contingentia desumitur per ordinem

ad causas proximas, non per ordinem ad remotas, disp. 1. n. 222. disp. 3. n. 341.

Conuersio.

Ille qui conuertitur debet habere speciale beneficium gratiae, quod non habet, qui non conuertitur, disp. 2. num. 434.

Creatura.

Omnis creatura est potentialis ad essendum simpliciter, & in quolibet genere disp. 1. n. 70.

Creaturae in Deo sunt ipsa creatrix essentia, disp. 1. n. 103. & 559.

Creaturae posibles non cognoscuntur a Deo in se ipsis sed in se ipso disp. 1. n. 368.

Non est possibilis creatura, quae possit resistere omnibus auxilijs, etiam si sint omnino indifferentia, disp. 1. n. 446. 468.

Omnis creatura in omni operatione operatur, vt instrumentum Dei: disp. 1. n. 575. disp. 2. n. 773.

Creaturae praesentialitate fundata in modo existendi sibi proprio non sunt Deo ab aeterno praesentes, disp. 3. dub. 6. per totum.

Creaturae, & Dei modus oppositus operandi, & cognoscendi disp. 1. a n. 70.

Deus, & creatura non coniunguntur ad operandum casualiter disp. 2. n. 570.

Creatura si esset ab aeterno esset futura disp. 3. n. 105.

Creatura naturaliter non potest cognoscere futura contingentia, disp. 3. n. 263.

Creaturae quando existunt non mensurantur immediate in se ipsis ab aeternitate, disp. 1. n. 577.

Etiā dicendum de creaturis, prout attinguntur ab omnibus attributis secundum quod dicunt perfectionem Dei ibi n. 578.

Et hoc iuxta Paues disp. 3. n. 258. & seq. & a n. 386.

Decretum.

Index Rerum!

D

Decretum.

Decretum Dei disponit secundum ordinem Diuinae sapientiae, & infert necessitatem consequentem, sicut, & ipsa, disp. 1. n. 218.

Decretum Dei iuxta Sanctum Thomam supponit praesentiam, quae est scientia naturalis, & regulatur per illam disp. 1. a n. 219. & a n. 345.

Decretum, & omnis influxus Dei ad extra recipitur in creatura ad modum ipsius creaturae disp. 1. n. 345.

Decretum Dei An tollat libertatem? excutitur disp. 3. a n. 331.

Decretum efficax connotat futuritionem Dei, vt prauius in Deo, & mensuratam aeternitate, disp. 3. a n. 362.

Decretum est necessarium, vt natura Diuina representet futuritionem absolutam rerum disp. 3. n. 384.

Decretum vel non relinquit contingentiam, vel in eo non possunt cognosci certo futura, disp. 2. n. 17. 456.

Duplex Dei decretum, quo concurrunt cum creaturis, disp. 2. n. 500. & a num. 570.

Decretum comitans explicatur, & non admittitur, disp. 2. a n. 560.

Decretum Dei quo modo intelligatur prius, vt possibile, quam, vt futurum? disp. 3. n. 90.

Decretum Dei non habet infallibilitatem nisi a praesentia rerum in aeternitate, & quo modo? disp. 3. a n. 308.

Decretum non continet intelligibilitatem creaturarum, disp. 3. n. 345.

Decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti.

Non est necessarium nec possibile ad cognoscenda futura sub conditione. In intento operis n. 11. & disp. 2. a n. 467.

Est tamen possibile, & defacto da-

tur ad alios effectus disp. 2. n. 460. 484. & 698.

Decretum etiam absolutum ex parte actus supponit exercitium voluntatis possibile, disp. 2. n. 466.

Decretum conditionatum dupliciter ponitur a Thomistis, disp. 2. n. 424.

Deus.

Qua summe perfectus continet eminenter perfectionem contingentium, qua sunt contingentia, & qua necessaria, disp. 1. a n. 50.

Omnis potentialitas repugnat Deo, disp. 1. n. 68. 71. 201. 235. 250.

Eius intellectui nihil representatur potentialiter, disp. 1. n. 74.

Dei, & creaturae oppositus modus cognoscendi, disp. 1. a n. 76. 244. 296. & disp. 2. n. 370. & disp. 3. n. 270.

Deus habet infallibilem scientiam contingentium: quia eius natura non distinguitur a suo esse, disp. 1. n. 75. 244. & disp. 2. n. 289. & disp. 3. n. 16.

Quare non possit habere decretum in tempore? disp. 1. n. 83. & disp. 3. n. 93.

Deum habere in sua potestate voluntates hominum, magis quam ipsi suas, magis saluatur in sententia Auctoris, quam in alijs, disp. 1. n. 99. 468. & disp. 2. n. 542. 684.

Id habet Deus quia omnipotens. Ibidem, & n. 484.

Eodem modo ac habet Deus in sua potestate effectus necessarios, habet causare liberos. Ibidem ex D. Chrysostomo.

Non est possibilis creatura, quam Deus non possit saluare, disp. 1. n. 353. 469. & disp. 2. dub. 11. cap. 4.

Deus licet non possit se solo causare aliquid in generibus causae materialis, & formalis, illa tamen causalitates continet, disp. 1. n. 163.

Deum cognoscere alteram partem contingentis esse determinate possibile defendunt plures, sed non explicat modum, disp. 1. n. 187.

Hoc

Index Rerum.

Hoc vero explicatur à n. 191. & 235.
Deo nihil casuale, & quare? disp. 1. n. 201. & 241.

Ex eo quod Deus necessario præsciat contingentia, non auferitur, sed confirmatur libertas disp. 1. à n. 331. 491.

Deus cognoscit creaturas ad modum sui, non ad modum creaturarum, disp. 1. n. 207. 246. & disp. 3. n. 261.

Deus non cognoscit creaturas, quia ipsa futura sunt, disp. 1. n. 286. 423. & late disp. 3. a. n. 124.

Non aliter cognoscit creatura, quam creanda, disp. 1. n. 244.

Cognoscit omnia præsentialiter, disp. 1. n. 255.

Deus regulatus scientia merè naturali potest homines prædestinare sine periculo frustrationis, etiam si auxilia sint indifferentia, disp. 1. n. 307. 555.

Deus per scientiam naturalem cognoscit congruitatem auxiliorum, etiam si fiat omnino indifferentia, disp. 1. n. 311.

Deus non vult vnum propter aliud, sed vnum esse, quia voluit esse aliud, disp. 1. n. 464.

Deus cognoscit creaturas posibles in se ipso, etiam contingentes, disp. 1. n. 368.

Cognoscit illas in se, vt in causa. Ibi dem n. 372. & disp. 3. dub. 9.

In essentia Diuina prout imitabilia creaturis, disp. 1. n. 373.

In rationibus idealibus, n. 374.
Prout est species intelligibilis, num.

375.
Vt habet rationem intellectionis, n. 376.

In verbo, n. 377.
Vt est summa perfectio, n. 378.

Et in omnibus perfectionibus modo præsentiali, n. 379. & num. 383. & disp. 3. dub. 9.

Hæc tamen præsentialitas tenet ex parte modi cognoscendi Dei, non ex parte futurorum prout in se ipsis, disp. 1. n. 384. disp. 3. dub. 5.

Deus peccatorum præsciens, non auctor, disp. 1. n. 495. disp. 2. n. 227. 936.

Deus defacto circa peccata habet puram omissionem, disp. 2. n. 829.

Cognoscit futura contingentia conditionata in sua idea per scientiam naturalem, disp. 2. per totam.

Deus sua scientia dirigit, & sua voluntate mouet creaturas ad operandum, disp. 1. n. 565. & 573. & disp. 2.

Deus licet ab æterno cognouerit omnia futura contingentia, non tamen (iuxta plures) cognouit illa in esse enunciablem, disp. 2. à n. 268. disp. 3. n. 246.

Si Deus non cognosceret futura contingentia conditionata, non haberet media, quibus posset salvare homines in fallibiliter, disp. 2. n. 286. & 319.

Si Deus cognosceret suos actus liberos, vt futuros non operaretur libere, disp. 2. a n. 389.

Deus iuxta P. Augustinum habet in sua potestate vocationem altam, & secretam, disp. 2. n. 321. & 525. & disp. 3. n. 63.

Hoc quo modo intelligatur? disp. 1. n. 98. & 99. & disp. 2. n. 458. & 528.

Deus cognoscit futura, vt sibi præsentia in æternitate, nec aliter potest cognoscere, excutitur disp. 3. dub. 5.

Non quia futura cognoscuntur à Deo ab æterno sunt ei præsentia, sed vt cognoscantur, disp. 3. n. 205. 252.

Deus ex æternitate fecit sibi, quæ ex æternitate in tempore facere disposuit, disp. 3. n. 256. & a n. 286.

Deus ab æterno cognoscit creaturas intuitiue, & superintuitiue, disp. 3. à n. 265.

Non est concedendum Deum posse incipere cognoscere aliquid enuntiabile, seu aliquam enunciationem in esse rei, disp. 3. n. 275.

Deus quo modo moueat intellectum, & voluntatem? disp. 2. n. 777.

Deus quo modo moueat ad actus supernaturales? Ibi 826.

Deus mouet causas secundas occasionalia.

Index Rerum.

tionatus ex indigentia ipsarum, disp. 2. n. 827.

Deus quo moueat ad materiale peccati, ibi n. 936.

Quomodo Deus præ diffiniat substractum peccati, & actus bonos, disp. 2. n. 829.

Dei concursus ad extrin.

Quomodo Deus concurrat cum creaturis, disp. 2. n. 500.

Aperitur via, qua possint componi duæ extremæ oppositæ sententiæ circa modum quo Deus concurrat cum creatura, disp. 1. dub. 13. cap. 2.

Deus vt causa physica influit, prius quam voluntas in actiones physicas, & vt causa moralis in actiones bonas morales, disp. 2. a n. 780.

Discretio.

Discretio bene operantis à non operanti bene a Diuina prædestinatione, seu præ diffinitione prouenit, disp. 2. n. 521. & dub. 14. per totum.

Dominium.

Dominium æquale in solidum non est possibile penes duos circa idem, disp. 2. n. 569.

Circa actus creatos, dominium Dei est causa dominij creaturæ ibidem.

Dominium est relatio rationis, ibidem.

E

Effectus.

Effectus formalis formæ est distinctus realiter a subiecto, & formæ, disp. 1. n. 130.

Attingentia effectus seu termini secundarij non addit aliquam perfectionem supra attingentiam primarij, disp. 1. n. 568. disp. 3. n. 490. & seq.

Entitas, & veritas cuius cumque effectus correspondet Diuinae arti, bonitas

Diuinae voluntati, disp. 1. n. 574.

Effectus prius sunt prout à Deo, quæ prout à creatura, disp. 1. n. 579. disp. 2. n. 570. & late à n. 773.

Effectus formalis de præsentia impossibilis est sine forma de præsentia, disp. 2. à n. 224. 281. 602.

Effectus non potest habere maiorem actualitatem quam sua causa, disp. 2. n. 490. 682.

Quod essentialiter præ requiritur vt sit effectus, non potest oriri ab effectu ipso, disp. 1. n. 594. disp. 3. n. 339.

Electio.

Electio de futuritione conditionata vnius partis contingentis præ alia non est possibilis supposita scientia naturali, in intento operis, n. 11. & disp. 1. n. 93. disp. 2. a n. 464.

Electio sequens consilium inquisitionum impossibilis est Deo, ibidem.

Electio de quibus non potest esse? disp. 2. n. 470.

Licet voluntas non possit eligere actum, qui nullomodo est, potest eligere actum, qui est in actu signato, disp. 2. n. 806.

Creatura non potest eligere bonum præ malo, sine speciali beneficio gratiæ, disp. 2. n. 645.

Emanatio.

Emanatio filij, & Spiritus Sancti est ratio emanationis creaturarum a Deo, disp. 1. n. 564.

Esse, & existens.

Esse multipliciter accipitur, disp. 1. n. 130.

Nihil potest esse existens, aut futurum, nisi si Diuina arte reguletur, disp. 1. a n. 509.

Nullum esse, aut essendi modus esse potest, qui non sit participatio Diuini esse, disp. 1. a n. 540.

Duplex modus essendi rerum vnus in se, alius in Deo, disp. 1. dub. 1. cap. 6. de n. 558. & sequentibus.

Index Rerum

Esse semper prædicatur in omni propositione, disp. 2. n. 112.

Esse existentia requiritur ad omnem operationem exercitam creaturae, disp. 1. n. 285. & disp. 2. n. 221. & 331.

Esse obiectum supponit esse reale, disp. 3. n. 119.

Essentia Divina.

Repraesentat omnes res posibles, necessarias, & contingentes, & cum omnibus modis, quibus sunt posibles, disp. 1. n. 235.

Nullam potentialitatem admittit, disp. 1. n. 70. 251.

Nulla variatione sui, sola variatione creaturarum repraesentat futura post decretum, quæ ante repraesentabat, ut possible, disp. 1. n. 559. disp. 3. a n. 382.

Non repraesentat creaturas præcisse, ut nude essentia est, sed ut imitabilis, & ut exemplar, & sub alijs rationibus, disp. 3. a n. 417.

F

Futura contingentia absoluta.

Futura non sunt in se, sed in suis causis, disp. 2. n. 21.

Futurum contingens denominatur futurum non à determinatione causæ, sed ab ordine causarum ex se impediibili, ut regulato Divina præsciencia, disp. 2. n. 21.

Quomodo componatur in futuris contingentibus determinatio obiectiva cum in differentia subiectiva, disp. 2. n. 22.

Quo pacto futura contingentia sint Deo præsentia ab æterno, disp. 1. n. 86. & disp. 3. dub. 6.

Futura contingentia, ut existant solum requirunt duplicem actionem in Deo, disp. 1. n. 571.

Licet non habeant ab æterno determinationem obiectivam in se, habent illam in esse Divino, disp. 3. n. 16.

Futura contingentia sub conditione.

Quando, & qua occasione capit de eo

rū cognitione difficultas? disp. 2. n. 517.

Duæ celebres circa cognitionem futurorum sub conditione sententiæ, & tertia alia Auctoris, in intento operis, a n. 2. & disp. 1. a dub. 10.

Contingentium conditionatorum veritas non distinguitur ab eorum veritate possibili, in intento op. num. 8. & disp. 1. a n. 94. & n. 192. 654. 663. & disp. 2. a n. 105. & a n. 348. & toto dub. 12.

Futuratio.

Futuratio conditionata contingentium est mera possibilitas, in intento, n. 8. disp. 1. a n. 278. 398. disp. 2. n. 351. & 481. 590. 625. 673. 699.

Apud Iesuitas, & Thomistas non est mera possibilitas, disp. 1. n. 406.

Futuritionem exercitam in se ipsis contingentia non habent ante decretum, disp. 1. n. 509. & disp. 2. n. 138. 572. & sequentibus.

Futuratio provenit ab ordine causarum præmissis per scientiam naturalem, disp. 2. n. 18. & seq.

Futuratio dicit determinationem præsentem Deo ab æterno, & quæ sit? disp. 2. a n. 37.

Duplex futuratio repraesentata, & exercita, disp. 1. n. 45.

Futuratio est aliqua denominatio realis extrinseca, disp. 2. n. 58.

Est intrinsecè in ordine causarum, ut repraesentatarum in Deo, disp. 2. n. 60.

Veritas futuritionis conditionatæ iuxta Iesuitas regulatur per veritatem de præsentibus? disp. 2. n. 71.

Futuratio conditionata est illa, quæ esset, si esset ordo causarum, sub quo videtur determinate possibilis, disp. 2. a n. 105.

Futuratio est ordo ab esse, quod habet contingentia in suis causis, ad esse quod habitura sunt in se, ibidem.

Futuratio conditionata non est species futuritionis, sed futuritionis remotio, disp. 2. n. 123.

Futuritionis prima radix regularis Divina præsciencia, determinativa Divina voluntas, disp. 2. n. 138.

In

Index Rerum

Inintelligibile est futuritionem esse de præsentibus, & formam, aqua est talis non esse de præsentibus, disp. 2. n. 224.

Futuratio conditionata exercita contingentis qualiter transit ad esse talem ab statu meræ possibilitatis? disp. 2. a n. 580.

Futurum.

Futurum quid, & quotuplex? disp. 2. n. 2. Proprie est quod est subiectum variationi temporum, ibidem.

Prout est in causa creata potest impediri, ibidem.

Valde differunt futuritionem alicuius esse, & aliquid esse futurum, disp. 2. n. 3.

Futura conditionata quotuplex, disp. 2. n. 62. & 374.

Futurum conditionatum licet ex parte modi significandi significetur ut futurum, ex parte rei significata est mere possibile, disp. 2. n. 223. 302. 490. 525.

Tot sunt futura sub conditione, quot possible, disp. 2. n. 670. 684.

Futura conditionata disparata habent veritatem determinatam, & qualè? disp. 1. n. 155. & disp. 2. n. 381.

Ad cognoscenda futura contingentia conditionata non sufficit supercomprehensio voluntatis, disp. 2. n. 388.

In futuro sub conditione nullo modo potest esse meritum, disp. 2. n. 625. & 678.

In quo distinguatur futurum amere possibile? disp. 2. a n. 694.

H

Homo.

Non est possibilis homo, quem Deus præsciat nulli auxilio cõsensurum, etiã si auxilia omnia indifferentia ponantur, disp. 1. n. 353. disp. 2. n. 542. 1.

Homo bene operans non se discernit à non operante, etiam si auxilia ponantur omnino indifferentia, disp. 1. n. 356. 473. 483. & disp. 2. n. 520.

Quidquid potest homo operari libere, multo melius Deus potest facere ipsum operari, disp. 2. n. 552.

I

Idea.

Ideæ quid sint? disp. 1. n. 104. disp. 3. n. 367.

Sunt actu infinitæ in repraesentando, disp. 1. n. 36. 1.

Repraesentant veritates complexas, etiam contingentes, n. 37.

Nō accipiunt vim repraesentandi à voluntate creata, aut in creata, disp. 1. n. 41.

Non sunt in potentia, ut repraesentent futuritionem creaturarum ex parte modi repraesentandi, disp. 1. n. 69. 426. & 548.

Participatione idearum fit quidquid est, quomodo est, disp. 1. n. 105. disp. 3. n. 383.

Dantur in Deo ideæ rerum complexarum, disp. 1. n. 142.

Ideæ etiã repraesentant illa, quæ Deus non potest causare, disp. 1. n. 165.

Ideæ contingentium determinate, & naturaliter repraesentat vnam partem contingentium, disp. 1. n. 174. 342. 548.

Hac ideæ dirigitur Divina voluntas, & potentia executiva ad operandum, disp. 1. n. 555. & disp. 3. n. 375.

Ideæ repraesentatio non potest esse effectus creaturae, disp. 1. a n. 596.

Certum est non repraesentare futura absolute ante decretum, nisi sub ratione possibile, disp. 3. n. 368. & 394.

Sunt Deo ratio cognoscendi non respectu intellectus Divini, sed respectu cognitorum, disp. 3. n. 374. & sequentibus.

Ideæ nullam actualitatem, aut perfectionem præstat intellectui Divino, sed rebus cognitis, disp. 3. n. 380.

Ideæ ante decretum repraesentant futuritionem absolutam contingentium, post decretum vero contingentibus conuenire, disp. 3. n. 396.

Pp 2

101

Index Rerum.

Impossibile.

Duplex impossibile, vnum absolutū, & aliud respectiuum, disp. 2. n. 716.

Inconuenientia.

Inconuenientia, quæ vitantur auctoris sententia, disp. 1. a n. 465.

Inconuenientia, quæ adduci solent contra scientiam mediam, euitantur admissa auctoris sententia, ibidem.

Inconuenientia, quæ adducuntur contra sententiam Thomisticam, etiam euitantur, disp. 1. a n. 474.

Intellectus humanus.

Expectat esse rerum, vt illas cognoscatur, disp. 1. n. 238.

Quia potentialis est, omnia cognoscit modo potenciali, disp. 1. n. 248. & 353.

Repræsentatur in essentia Diuina, vt determinatus ad omnem intellectiōem possibilem, sicut, & voluntas ad omnem volitionem, disp. 1. n. 251.

Cognoscit omnia, abstrahendo illa ab hic, & nunc, disp. 1. n. 253. & 255.

Cognoscendo alia, cognoscit se, disp. 1. n. 370.

L

Libertas

Libere operanti debet proponi obiectum cum indifferentia practica, disp. 2. n. 398.

Exercitium liberum quod subsequitur ad actum necessarium, non reddit illum formaliter liberum, disp. 2. n. 415.

Libertas in causa sufficit, vt actus sit liber, disp. 2. n. 450.

Libertas quomodo componatur cū Diuina præscientia, disp. 1. a n. 333.

Confirmatur ex Diuina præscientia, disp. 1. n. 491.

Etiā si Deus operaretur ex necessitate naturæ, posset esse libertas in creatura, disp. 1. n. 493.

M

Malitia moralis.

Consistit in carentia, & in qua? disp. 2. n. 769.

Mensura.

Mensura non potest mensurare, quod non est, disp. 3. n. 250.

Mensura semper est vnigena mensurato, disp. 3. n. 394.

Variatur variatione mensuratorum, ibidem.

Modus essendi.

Duplex modus essendi rerum, in Deo, & in se ipsis, disp. 1. n. 398. 550. & disp. 2. n. 20. & disp. 3. n. 253. 258.

Modus cognoscendi Dei.

Est contrarius modo cognoscendi creaturæ, disp. 1. a n. 70. n. 235. & sequentibus, 296. 565. 592.

Attingit res, vt sunt hic, & nunc, disp. 1. n. 253. & sequentibus.

Modus discurrendi.

Modi discurrendi Doctorum circa modum, quo Deus concurrat ad materiale peccati, disp. 2. dub. 13. cap. 1.

Modus quo Deus concurrat cum creaturis, ibi a cap. 2.

Modus operandi.

Modus operandi sequitur modum essendi principij operantis, disp. 1. n. 249.

Ex fine prouenit agere simpliciter, ex forma modus agendi, ibidem.

Deus, & creatura habent modum operandi contrarium, disp. 1. n. 296. & 569.

Na.

Index Rerum.

N

Natura.

Nulla natura creata absque reuelatione potest cognoscere futura contingentia, disp. 1. n. 254.

Necessitas.

Necessitas antecedens quid sit? disp. 1. n. 335.

Necessitas orta ex Diuina præscientia non est antecedens, sed consequens, disp. 1. n. 340.

Imo neque est antecedens nec consequens, sed necessitas consequentiæ, disp. 1. n. 341.

Obiectum præscientiæ, & scientiæ mediæ distinctū, disp. 1. a n. 404. & 411.

O

Omnipotentia.

Continet contingentia, vt contingentia, & vt determinata sunt, disp. 1. a n. 47. & a n. 558. & disp. 3. n. 436.

Quo ad suam perfectionem intrinsecam non conuenitur cum possibilibus, disp. 1. n. 570.

Non distinguitur ratione ratiocinata ab intellectu, & voluntate Diuina, disp. 1. n. 567. & disp. 3. n. 436.

Omnipotentia iuxta D. Thomam præcedit scientiam, disp. 3. n. 444.

Operatio.

Omnis operatio est prior prout à Deo, quam prout à creatura, disp. 1. n. 579. & disp. 2. dub. 13. per totum.

Ordo.

Duplex ordo rerum, exercitus, & re-

presentatus in Deo, disp. 1. n. 18. 66. 100. & disp. 3. n. 258.

Ordo operandi Dei, & creaturæ oppositus, disp. 1. n. 246.

Ordo operandi, & cognoscendi Dei est incipere ab actualiori, creaturæ vero a potencialiori, ibidem.

Ordo rerum est terminus formalis Diuinae prouidentia, & prædestinationis, disp. 1. n. 463.

Ordine intentionis, & perfectionis res prius sunt prout à Deo, ordine imperfectionis, & executionis prout à creatura, disp. 1. n. 464.

Ordo Diuinae prouidentia non desumitur a scientia media, sed a scientia naturali, disp. 1. n. 483.

Ordo causarum regulatur Diuina præscientia, disp. 2. a n. 21. & 3 n. 27.

Ordo concurrenti Dei cum creaturis, disp. 2. dub. 13. per totum.

P

Peccatum.

Peccatum habet ideam, a quo discordat, disp. 1. a num. 165.

Quomodo cognoscatur a Deo? ibi & disp. 2. dub. 13.

Vnum peccatum potest esse poena alterius, disp. 1. n. 459. & disp. 2. a n. 961.

Quomodo Deus concurrat ad materiale peccati? disp. 2. dub. 13.

Peccatum quomodo subdatur Diuinae prouidentia? disp. 2. n. 931. disp. 3. n. 138.

Quomodo prædefiniatur a Deo materiale peccati, disp. 2. n. 829.

Perfectio.

Repræsentare contingentia, vt determinata sub ratione possibilium est perfectio in Deo, disp. 1. n. 82.

Possibile, & possibilitas.

Possibile, & impossibile quid? disp.

Index Rerum.

1. n. 92. & 329. disp. 2. à num. 715.
Deus non cognoscit possibilis in se ip-
sis, sed in se ipso, disp. 1. n. 365.
Duplex possibile, disp. 2. n. 716.
Omne existens, eomodo quo est exi-
stens, fuit possibile, in întero n. 7. & disp.
1. n. 25. disp. 2. n. 723.
Bene fiat aliquid esse possibile secun-
dum se, & impossibile per accidens ratio-
ne adiuncti, disp. 2. n. 716. & 724.
Possibilis triplex consideratio, disp.
3. n. 90.
Possibilitas actiua, & passiua rerum
in quo consistat? disp. 1. n. 325.

Potentia.

Potentia executiua in Deo non distin-
guitur ratione ratiocinata ab intelle-
ctu, & voluntate, disp. 1. n. 568.
Nullam perfectionem addit supra
intellectum, & voluntatem, ibidem.
Vbi concipitur potentialitas, concipi-
tur limitatio, disp. 1. n. 37.

Prædestinatio.

Quid sit? disp. 1. n. 500. 516. 572.
Duos tantum actus includit, vnum in-
tellectus, & alterum voluntatis, disp. 1.
n. 572. disp. 2. n. 905.
Regulatur Diuina Præscientia, & si-
ne illa esse non potest, disp. 1. num. 197.
516.
Terminus Diuinæ prædestinationis
sunt res, prout stant sub ordine ad finem,
disp. 1. n. 463.
Ordo Diuinæ prædestinationis, disp.
2. n. 27.
Prædestinatus non solum differt à nõ
prædestinato ex parte Præscientiæ, sed
etiam ex parte ordinis, disp. 1. n. 219. &
disp. 2. n. 323.
Prædestinatio propriè est electio ad
gloriam, disp. 2. n. 928.

Prædeterminationes.

Prædeterminationes infallibilizan-

tes qui posuerint? disp. 1. num. 474.
Prædeterminationes physiciæ non dā-
tur, disp. 2. n. 826.
Dantur morales, disp. 2. à n. 778. 787.
826.
Vide indicem doctrinalē à n. 16.
Physiciæ prædeterminationes quo-
modo possint admitti? disp. 2. n. 787.
Admitti possunt ad actus, vt actus sūt
non vt liberi sunt, ibidem.

Prædiffinitio.

Quomodo Deus prædiffiniat nostros
actus liberos? disp. 1. n. 58. 620. disp. 3. n.
397.
Prædiffinitio licet secundum se non
tollat libertatem, secus vt nota operatu-
ro, disp. 2. n. 234.
Prædiffinitio mortis Christi fuit ab-
soluta ex parte actus Dei, & conditio-
nata ex parte voluntatis Christi, ibidē.

Præscientia.

Præscientia, qua præcedit prædesti-
nationem, & qua regulatur, est scientia
naturalis, disp. 1. a n. 196. 439. 457. disp.
2. a n. 528.
Præscientia Dei de futuritione con-
tingentium non potest impediri à crea-
tura, disp. 1. n. 284. & 326.
Præscientia quomodo componatur
cum libertate? disp. 1. à n. 231. 351.
Præscientia practica est aliquomodo
causa rerum, disp. 1. n. 336.
Necessitas orta ex Diuina præscientia
est consequens, imo consequentiæ, disp.
1. n. 341.
Præscientia est causa consensus, vt con-
ditio sine qua non, non vt causa per quā
sic, disp. 1. n. 334. & 343.
Et si est causa per quam sic est causa re-
mota influens per principia indifferen-
tia, disp. 1. n. 336. & 345.
Præscientia dicit scientiam cum præ-
cedentia, disp. 1. n. 389. 394. & disp. 2. n.
874.

Di-

Index Rerum

Distinguitur à scientia simplicis intel-
ligentiæ penes diuersa connotata, disp.
1. n. 391.

Quot modis accipiatur præscientia
ibidem.

In quo distinguatur à sciētia mediā?
disp. 1. à n. 405. & à n. 411.

Equitas scientiæ mediæ in conuenien-
tia, disp. 1. n. 466.

Quas utilitates afferat? disp. 1. dub. 7.
Præscientia est utilis ad saluandam
perfectionem, & perfectum dominium
Dei, disp. 1. a num. 442. & disp. 2. a num.
22.

Est utilis ad explicandam effica-
ciam gratiæ, siue sit antecedens, siue à
consensu, disp. 1. n. 448.

Est utilis, vt præscita futuritione
vnius peccati, Deus permitat alia in pœ-
nam alterius, disp. 1. n. 459.

Præscientia præcedit futuritionem
rerum duratione, & causalitate extrinse-
ca, & remota solum disp. 1. n. 463.

Est præparatio beneficiorum Dei disp.
1. n. 471. & disp. 2. n. 881.

Est simpliciter necessaria, vt creatura
operetur liberè, & vt operetur, disp. 1.
491.

Præscientia operum non est causa
prædestinationis, disp. 1. n. 219. & disp. 2.
n. 853.

Scientia simplicis intelligentiæ de
operibus factibilibus ad hominē futu-
ro dicitur Præscientia, disp. 1. num. 389.
disp. 2. n. 660.

Quo modo iuxta Patres sit in Deo
præscientia, & quo modo non? disp. 3. n.
259.

Præsentialitas.

Præsentialitas creaturarum ad Deū
non potest setenere ex parte rerū, prout
in se ipsis, sed prout in Deo, disp. 1. dub.
1. cap. 3. & disp. 3. à n. 253.

Principium.

Principium essentialiter requisitum

ex parte causæ ad operandum non po-
test esse effectus operis, disp. 1. num. 594.
disp. 2. n. 571. 772.

Propositio.

Ex duabus contradictorijs vna de-
bet esse determinate vera, & quo mo-
do? disp. 1. à n. 88.

Ab eo quod res est, vel non est, propo-
sitiō dicitur vera, vel falsa, disp. 2. num.
166. & 180.

Propositiones de futuro contingen-
ti si regulentur per ipsa contingentiā,
vt talia, non habent veritatem determi-
natam, disp. 2. n. 199.

Secus si regulentur per esse quod ha-
bent in arte Diuina. Ibidem.

Propositiones enunciatiuæ variantur in
esse enunciabilium variatione obiecti,
disp. 3. n. 246. & 259. 273. 302. 390.

Duplex veritas, & duplex significa-
tio enunciationis disp. 3. n. 319.

Propositiones vniuersales sūt id
quo intelligimus: non tamen sunt princi-
pium actus intelligendi, sed propositio
num cognitarum per ipsas, disp. 3. num.
381.

Propositio Conditionalis.

An idem sit propositionem conditio-
nalem esse veram, ac esse bonam conse-
quentiam, disp. 2. à n. 341.

R

Ratio naturalis.

Licet ratione naturali cognoscamus
Deum operari per verbum, & amorem:
non tamen cognoscimus amorem, &
verbum distingui realiter, disp. 1. num.
566.

Relatio.

Non distinguitur realiter à suo fun-
da-

Index Rerum.

amentō, disput. 2. num. 820.

Quod sit res habet à fundamento, & quod sit relatio à termino. Ibidem.

Est in vno, vt in subiecto, & in alio, vt intermino, disp. 3. n. 403.

Res.

Res creatæ contratio modo sunt in se ipsis, & in Deo, disp. 1. n. 56. & seq. & a n. 70.

Quo modo prædifiñantur à Deo, disp. 1. n. 58.

Res in se contingentes sunt in Deo modo in contingenti subiectiue, & obiectiue, disp. 1. à n. 59. & 255.

Non quia res sunt futuræ, sciuntur à Deo, sed e contra disp. 1. n. 206. 221. 244. 423.

Res cum eisdem modis, quibus sunt in se, sunt in esse Diuino, solo variato modo essendi, disp. 1. n. 400.

Res non vitales sunt in Deo modo vitati disp. 1. n. 100. & dub. 1. toto cap. 7.

Reuelationes Diuinae.

Quo modo reuelationes Diuinae sint verae? & quo regulentur disp. 2. n. 231.

S

Salmantica.

Salmanticensis domus Augustiniana quos doctores simul vno tempore habuit, disp. 1. à n. 505.

Scientia approbationis.

Quo pacto sit causa rerum? & etiam scientia visionis, disp. 3. a n. 364.

Scientia Dei.

Ho modo se habet ad factibilia sicut nostra ad facta disp. 1. a n. 19. & n. 198.

Comparatione scientiæ Dei contingentia: & necessitas sunt differentia: materiales, disp. 1. n. 21.

Scientia Dei confirmat libertatem, disp. 1. n. 202.

Est inuariabilis, & vniformis disp. 1. num. 203. 239. 428. & disp. 3. num. 299 317.

Est simplicissima, & non perficitur progredientibus rebus in esse, disp. 1. n. 204. 288.

Cognoscit futurum absque futuritione ipsius scientiæ, disp. 1. n. 205.

Per futuritionem rerum non acquirit aliquid pertinens ad genus notitiæ, disp. 1. n. 240. disp. 3. n. 273. 389.

Vt est practica non addit supra se, vt est speculatiua, aliquid pertinens ad genus notitiæ. Ibidem, & disp. 1. num. 396. 549.

Ex eo quod sit actus purus, nihil casuale potest ei euenire disp. 1. n. 241. 427. & disp. 3. n. 18.

Debet cognoscere res apriori disp. 1. num. 243.

Est opposita scientiæ nostræ, disp. 1. n. 244. 254. 296.

Scientia Dei regulat scientiam, & operationem creatam, disp. 1. n. 257. 295 458. & toto fere dub. 10.

Ad cognoscendum in statu possibilitatis contentum liberum prædissensu, determinatur a veritate obiectiua ipsius, disp. 1. a. n. 273. 278.

Non quia res sunt futuræ, sciuntur à Deo, sed e contra, disp. 1. n. 286. 423. disp. 2. n. 691. & latissime disp. 3. à n. 124.

Scientia Dei de contingentibus non potest impediri à creaturis disp. 1. num. 421. & 582.

Quæ Deus scit contingenter euenire, necessario euenient contingenter, disp. 1. n. 19. & 607.

Scientia conditionalis.

Obiectum scientiæ conditionalis nō est futuritio contingentium, exercita in ipsis.

Index Rerum.

ipsis, sed solum representata in Deo, in intento, a n. 8. disp. 1. n. 95. & à n. 398. a num. 441.

Est prima radix, & regula Diuinae prouidentia:, & prædestinationis, disp. 1. dub. 10.

Scientia conditionalis duplici modo explicatur, in indice doctrinali, nu. 10. & seq. & disp. 1. num. 234.

Scientia media.

Non est necessaria, nec datur, etiam si auxilia ponantur in differentia, in intento operis, num. 10. disp. 2. num. 334. & late disputatur, à n. 502.

Non est necessarius recursus ad scientiam visionis, seu mediam, vt Deus cognoscat futura contingencia conditionata, in intento, à num. 10. disp. 1. num. 193.

Scientiæ mediæ obiectum est veritas contingens, conditionata, futura in se ipsa, disp. 1. n. 406.

Differentia ipsius a scientia naturali, disp. 1. n. 398.

Potest impediri a creatura iuxta suos defensores, disp. 1. n. 420.

Scientiæ mediæ obiectum, quomodo diuersimode assignetur? disp. 2. num. 72. 575.

Obiectum scientiæ mediæ non est possibile, disp. 2. a n. 619.

Scientiam mediam primum typis mandasse Mendozam Augustinianum, docent aliqui, disp. 2. num. 503.

Quod Doctores Augustinenses docuerint scientiam mediam? disp. 2. a n. 515.

Duplex scientia media Bonæ spei impugatur, disp. 2. n. 632.

Semipelagiani.

Quam præscientiam posuerint Semipelagiani, disp. 1. n. 472. disp. 2. disputatur, dub. 14. cap. 3.

Semipelagianorum error late pro-

ponitur, disp. 2. à numer. 839.

Semipelagianorum cum P. Augustino no principale disidium erat de libertate ad se prædestinandum, & non prædestinandum, disp. 2. n. 851.

Signa rationis.

Tria signa assignanda in obiecto scientiæ Dei, disp. 1. n. 12. & 553.

Spiritus Sanctus.

Spiritu Sancto tribuitur specialis concursus ad actus meritorios, disp. 1. num. 530. disp. 2. n. 778. 826.

Spiritus Sanctus non procedit per se ex amore possibilium, disp. 1. n. 569.

Status.

Omne illud, quod essentialiter requiritur in statu absoluto ad operandum, requiritur in conditionato, disp. 2. num. 331.

Subiectum.

Subiectum accipit quendam modum actualitatis ex receptione formæ, disp. 1. num. 130.

Suppositio.

Suppositio antecedens quando non tollit libertatem? disp. 1. n. 334.

Aliqua suppositio præcedens libertatem, & cum ea connexa, quæ non cognita non tollit libertatem, cognita illam tollit, disp. 2. n. 172. 207. 232. & 393.

T

Tractio.

Quomodo Deus trahat creaturas ad se, disp. 2. n. 814.

Tractio quid sit? In indice doctrinali, n. 16.

Index Rerum.

Tempus.

Tempus mensurat motum, disp. 3. n. 194
 Nunc temporis mensurat substantiam rei mobilis; tempus vero motum, disp. 3. n. 295.

S. Thomas.

S. Thomas quid senserit de cognitione contingentium sub conditione futurorum? disp. 1. dub. 2. cap. 4. & num. 503.

Quid senserit de determinatione causæ secundæ liberæ? disp. 2. n. 773.

Thomista.

Patres Thomistæ, & Iesuitæ docere tenentur contingentia non habere veritatem determinatam in statu possibilitatis, disp. 1. num. 8. 94. & 178. & disp. 2. n. 662.

Et id docent, disp. 1. n. 506. & disp. 2. n. 394.

In quo Auctoris sententia de cognitione contingentium sub conditione futurorum differat a Thomistica, in intento, à n. 10. & disp. 1. n. 431.

Thomistica, & Iesuitarum sententia possunt conciliari, disp. 1. n. 563. & disp. 2. n. 18. 28. & 147.

Eodem modo quo Thomistæ suam defendunt sententiam, possunt Iesuitæ suam defendere, disp. 2. n. 79.

Punctum difficultatis circa primam radicem contingentium inter Thomistas, & Iesuitas, disp. 2. n. 125. 132.

V

Verbum.

Verbum est significat actualitatem essendi, disp. 1. num. 130. & disp. 2. num. 112.

Verbum Divinum.

Verbum Divinum non procedit per se ex cognitione possibilium, disp. 1. n. 569.

Deus omnia operatur per Verbum, disp. 2. n. 691.

Veritas.

Omnis veritas creata etiam contingentium regulatur à veritate existente in prima arte, disp. 1. num. 23. 38. 326. & à n. 524.

Eodem modo quo est in tempore, est in esse Divino, variato solo modo essendi, disp. 1. a n. 32.

Repræsentatur naturaliter in essentia Divina etiam ut futura, & quomodo? disp. 1. a n. 44.

Ante veritatem absolutam, & conditionatam contingentium debet intelligi veritas possibilis ut illorum regula, disp. 1. num. 524. & dub. 10. cap. 3. per totum.

Præcisse ex veritate determinata contingentium, quam habent de præsentia, non inferitur veritas illorum, ut futurorum, disp. 2. n. 74. 652. & disp. 3. num. 10. & a num. 176.

Veritas conditionata, & possibilis nõ distinguuntur, nisi ex parte modi significandi, in intento operis, n. 8. & disp. 1. n. 192. 663. & disp. 2. n. 103. 371. 673. & sequentibus, & 857.

Prima radix veritatis determinatæ contingentium non est veritas obiectiva illorum, aut decretum, sed ars Divina. Disputatur disp. 1. dub. 10. & disp. 2. dub. 3.

Veritates quo modo inter se connexæ disp. 1. n. 327.

In longe alio sensu inquirebant Antiqui, ac recentiores. An futura contingentia habeant veritatem determinatam? disp. 2. n. 160.

Ve;

Index Rerum.

Veritas determinata supponit esse determinatum, disp. 2. n. 164.

Ex lege contradictoriarum non arguitur contingentia habere veritatem determinatam, disp. 2. a n. 201. & disp. 3. n. 101.

Quomodo prius sit aliquid esse conditionaliter, quam absolute futurum? disp. 2. n. 409.

Omnia diriguntur à prima veritate, disp. 2. n. 690.

Veritates futuræ sub conditione, futuritione exercita in se ipsis, potuerunt aliter se habere, secus futuræ futuritione ideata, disp. 2. n. 733.

Vnum, & idem.

Vnum, & idem aliter, & aliter acceptum potest esse contingens, & necessarium, disp. 1. n. 323. & 338.

Voluntas creata.

Ex parte modi repræsentandi repræsentatur in essentia Divina ut determi-

nata ad omnem volitionem sibi possibilem, disp. 1. n. 251.

Ex parte tamen rei repræsentata repræsentatur ut indifferens, ibidem.

Non potest impedire scientiam, quæ Deus habet de contingentibus, disp. 1. n. 284. & sequentibus.

Voluntas creata in omni operatione sua regulatur scientia Divina naturali, disp. 1. a n. 524.

Semper operatur ut natura, prius quam operetur ut liberum, arbitrium, disp. 2. n. 500. & a n. 775.

Habet duplicem influxum in suos actus liberos, disp. 2. n. 571. 775. 798. & sequentibus.

Voluntas creata mota a Deo, ut causa physica, potest se movere physice, & mota a Deo, ut causa moralis, moraliter, disp. 2. n. 780. & sequentibus.

Vsus.

Vsus quid? disp. 2. a n. 809. & n. 936.

Vsus bonus specialiter a Deo, disp. 2. n. 814.

F I N I S